Approbatio, & ad *imprimendum* Facultas.

PErlecto hoc de THERMIS BRITANNICIS *Tractatu*, accuratè *à Doctissimo D. D.* THOMA GUIDOTTO Nostrate *conscripto, in quo quamplurima memoriæ prodita sunt* Antiquariis, Historicis, Physicis, Medicis, Chymicis, Pharmacopœis, *aliis tam* Sanis, *quàm* Ægrotis, *scitu jucundissima, pariter atq; utilissima*: Eum NOS, *pro jure Nobis per* Leges *in id concesso*, approbamus, *perdignumq; porrò censemus, qui* Typis *illicò mandetur. Cujus rei in Testimonium* Nomina *nostra Subscripsimus* ὑπογράφοις.

GUALT. CHARLETON
Præses Coll. Med. *Lond.*

Datum in *Comitiis* Censoriis ex ædibus *Collegii* nostri *Junii* 13. A. D. 1690.

Thomas Burwell.
Jo. Gordon *Eq. Auratus.*
Gu. Dawes.
Tho. Gill.
} *Censores.*

Approbatio, & ad *imprimendum* Facultas.

PErlecto hoc de THERMIS BRITANNICIS *Tractatu*, accuratè *à Doctissimo D. D.* THOMA GUIDOTTO Nostrate *conscripto, in quo quamplurima memoriæ prodita sunt* Antiquariis, Historicis, Physicis, Medicis, Chymicis, Pharmacopœis, *aliis tam* Sanis, *quàm* Ægrotis, *scitu jucundissima, pariter atq; utilissima*: Eum NOS, *pro jure Nobis per* Leges *in id concesso*, approbamus, *perdignumq; porrò censemus, qui* Typis *illicò mandetur. Cujus rei in Testimonium* Nomina *nostra Subscripsimus* ὑπογράφοις.

GUALT. CHARLETON
Præses Coll. Med. *Lond.*

Datum in *Comitiis* Censoriis ex ædibus *Collegii* nostri *Junii* 13. A. D. 1690.

Thomas Burwell.
Jo. Gordon *Eq. Auratus.*
Gu. Dawes.
Tho. Gill.
} *Censores.*


יְהוָה
THERMÆ
BRITAN-
-NICÆ

THOMÆ GUIDOTTI

Anglo-Britanni,

DE

THERMIS BRITANNICIS

TRACTATUS

ACCESSERUNT

OBSERVATIONES

Hydroſtaticæ, Chromaticæ, & Miſcellaneæ, uniuſcujuſq; *Balnei* apud *BATHONIAM* Naturam, Proprietatem, & Diſtinctionem, *Curatius* Exhibentes.

Experientiæ *Diuturnioris* opus, & *plurium* Annorum Penſum, cum *Indicibus* Neceſſariis.

AD

REGALE COLLEGIUM Medicorum *Londinenſium*.

LONDINI:
Excudebat *Franciſcus Leach*, Sumptibus *Authoris*.
MDCLXXXXI.

SION COLLEGE
LIBRARY.
SOLD BY ORDER OF THE
PRESIDENT AND GOVERNORS 1938.

REGALIS COLLEGII

Medicorum *Londinenſium*

PRÆSIDI

Electoribus, Cenſoribus, & Sociis,

Tractatum ſuum

De THERMIS BRITANNICIS

D D C Q T G.

QVod *libellum quendam*, Epiſtolari *modo ad Præcellentem Virum* D. Edvardum Greaves *Baronettum, Cœtus* Veſtri, *dum in Vivis, Ornamentum, qui præſentia ſua Humaniſſima & Docta, me* adjutum *voluit, & Experimenta nonnulla* αὐτοψία *propria confirmata dedit, in* Patrocinium, *& Clientelam ſuam, Vir Optimus, & multum Deſideratus, haud ita pridem perquam humaniter receptum vellet, animum addidit Doctiſſime* CHARLETONE, Præſes *Inſigniſſime!* Medici *Celeberrimi! Experimenta* plura *eodem tendentia, coram Judicii* Veſtri *acerrimi Tribunali jam ſiſtendi, De* Thermis *nimirum* Bathonicis,

Bathonicis, *Civitate in qua Scaturiunt* Aquæ Calidæ *exigua quidem mole, ædificiis autem Venusta, & Medicatis aquis Salutiferis ibidem demanantibus Celeberrima; indeq; fœtum γνήσιον esse & Aquilini generis experiamini, quod Solem ipsum ausit intueri, radiosq; istos perferre valeat, qui spurios occæcant. Et Sub cujus Umbra, quæsumus, aut Tegmine, ipsius* Solis Aquæ *poterant securius recumbere.*

Mirari quidem subit interdum THERMAS Totius Angliæ, *Europæ, & Universi, forsan, Orbis reliquis præripientes palmam, quarum famam, medendi virtutes experti, non* Angli *modo, sed &* Cambro-Britanni, Scoti, & Hiberni *deprædicant, annos ultra bis Mille intra angustum adeo ambitum comprehensas fuisse, & pessimo hoc vivendi genere, tam diu latuisse; nisi inde id accidere verosimilius fuerit, quod huc usq; de iisdem lingua per Totum Literarum Orbem ubicunq; recepta de industria tractare Nemo susceperit.*

Hoc a Clarissimo Jordeno, *Collega Vestro Antiquissimo, & Doctissimo, pridem expectavit Eruditus Orbis, Verum Literati Viri nimia Modestia* Cymbam *ejus sivit* littus legere. *Culpavit Eum Amicus Doctus* Nicolaus Stoughton *de* Stoughton *Armiger, Carmine quodam Libro de Balneis Naturalibus*

ralibus & Aquis Mineralibus, cujus frequens in Tractatu *noſtro mentio occurrit, olim præmiſſo, his Verſiculis ad* Jordenum:

Hoc unum Doleo, quod non ſint Anglica noſtra
Balnea, per Calamum facta Latina Tuum:
Creſceret ut Gentis per Te ſic Gloria Noſtræ
In longos Celebris per loca cuncta dies.

Aliorum defectum, pro Modulo Noſtro, ſupplere cupientes, Celeberrimam Societatem Veſtram, cujus fama ultra Garamantas, & Indos, Proferet imperium, *rogatam Volumus ut* Tractatui *huic Noſtro æqui boniq; Conſulere dignetur, Spondeoq; me, ſi Vitam mihi DEUS & otium prorogaverit, Gratiam Veſtram ulterius Meriturum.*

Principia olim Veteribus celebrata fuerunt Sulphur, Cuprum, Ferrum, & Marchaſitæ paululum; Recentioribus vero, Bitumen, Nitrum, & Sulphuris, nonnihil; Sulphur etiam Nitrum, & parum Bituminis; quæ tria ultimo memorata, excepto Solum Bitumine Stabilire conamur, addendo etiam alia, quæ Naturam Thermalium Aquarum conſtituunt partim, partim illuſtrant; ut nihil dicam de Methodo Bibendi Thermales iſtas Aquas ſecundum artis & rationis Regulas a Me, verbis abſit Invidia, primitus excogitata, ita ut THERMÆ jam, Potu

æq;

æq; ac Lotu *Summe proficuæ, Ægrorum Saluti ancillantur utrinq;. Et quidem* Collegio Veſtro *Celeberrimo, & prorſus Regali, præſertim* Veſtrum *Nonnullis, multis Nominibus diu obligatus, eo Sane hæc lubentius Scripſi, ut in quibus Morbis, aut Symptomatis, Ægroti* Veſtri *præcipue, a Thermis* Bathonenſibus *remedium expectent, facem aliquam accendam, &* Excellentiis Veſtris *Debitum meum, haud alieno ære, ſed proprio rependam.*

Quinetiam, tametſi in diffidentiam quandam de Scriptis Meis, potius quam confidentiam aliquam nimiam, ſim pronus Naturaliter; eo tamen Impudentiæ ſum advectus, ut credam Naturalis Nitri *exiſtentiam in* Thermis Bathonicis, *quibuſdam adeo in dubium vocatum, & Penſum meum jam ſub manibus, Experimentis Sequentibus, propria induſtria elaboratis præcipue, adeo clare demonſtratam, ut verba illa iu Epiſtola ad Doctiſſimum illum Virum, cujus ſupra meminimus, Sarta maneant & Tecta, quibus adſtruitur, Nitrum Thermis* Bathonenſibus *ineſſe indubitatum ſore.*

Et quidem, quum Regalis apud Gallos *Academiæ Pariſienſes Philoſophi, Balnea* Borbonenſia l'Archambault *in* Bourbonnois, *Antiquorum Nitro imbuta ſtatuerint, quumq; ejuſdem generis Salem in Balneis* Bathonenſibus *abundare, in*

Tractatu

Tractatu Sequente probatum dederim; quousq; Balnea illa aut æquant, aut superant, Thermæ Britannicæ, *penes* VOS, *& æquos* Omnes *rerum Æstimatores, esto judicium. Et quicunq; Sumptus & Labores pares Nostris susceperit, & notum Mihi fecerit, quem præfractum non inveniet, ubi Aqua hæserit, in Honorem illi, per me licet, cedat, si quid sit, Errantem reducere, qui Existimationem suam* vile *ducit Sacrificium, modo* Veritati *Sacra fiat. Hoc interim in Solatium redit, quocunq; inclinaverit Trutinantium lanx, ex hoc* NegotI *mihimetipsi dato, tam de* Patria *non male merendi ansam esse arreptam, quam Memet profitendi publice* E. E. V. V. *Addictissimum. Dabat* Londini *Festo* Purificationis, *Anno Æræ* Christianæ *M DC XCI,*

Collegii *Vestri*

Cultor

Devotissimus

Thomas Guidott.

AD
LECTOREM ALLOQUIUM.

Lectori *Benevolo* S.

PRiuſquam ædem *ipſam ingredere* Lector! *morandum parumper in* Apodyterio, *ut de modo, ratione, & tempore in Thermales Aquas* Anglicanas, *& præcipue* Bathonienſes, *inquirendi certior fias. Non eſt enim Inquiſitio* hæc, *& Obſervationes* inde *deductæ*, Canis, *ut aiunt*, feſtinantis partus, *ſed maturioris* ſtudii *fœtus, &, procul eſto* profanorum *Invidia! Subacti probe Judicii proles, quæ annos abhinc* octodecim *concepta, tandem aliquando in lucem prodit, & Bis-nonum jam* in annum premitur. *De his itaq; ſtatui quædam præmittere, ut* Thermarum Britannicarum *fama & Utilitas ſe latius diffundant.*

Et quidem ut rem ipſam altius *repetam, &* adultum *Opus in* Cunis *ſuis iterum reponam; Quum ex Academia* Oxonienſi *Celeberrima, ubi in Collegio* Wadhami, *in ſtudiis Philoſophicis, Philologicis, & Medicis,* decennium *poſueram, ad exercendam praxin* Bathoniam *adveniſſem, quod accidit* Anno Domini *MDCLXVII, ibidem, poſt Modicum temporis intervallum, mecum reputans ſerio, tam quid illi qui* ante *nos fuerunt ad finem perduxerant, quam quid* Συζητηταὶ *tentaverant, quæ curioſitati meæ haud fecerunt ſatis, indole etiam cogitabunda, & in ſeceſſum proniori præditus, Contentus paucis, nec non apud* locum *ipſum diu ſatis & aſſidue commoratus, operæpretium duxi horas ab alio ſtudiorum genere, & etiam praxi Medica, ſubſecivas, in* Experimenta *impendere (quod a nemine ſerio antea factum obſervaveram, Thermis* huc uſq; *admirationem potius, quam inſpectionem penitiorem obtinentibus) ut* Menti *propriæ* Novitatis avidæ *ſatisfactum ſit.*

Anno *itaq; M DC LXVIII* Appendicem *Scripſi ad Tractatum Clariſſimi Viri* Edvardi Jordeni *M. D.* de Balneis Naturalibus, *&* Aquis Mineralibus, *in qua pleniorem in Thermas* Bathonienſes *Inquiſitionem tunc temporis promiſi; &* Anno *M DC LXXIII. Opuſculum* de

Potenda Thermarum aqua, *ſub nomine* Eugenii Philandri, *in publicum emiſi*; *Item* Anno *M DC LXXV*, *Epiſtolam ad virum longe celeberrimum* D. Edvardum Greaves *Baronettum τὸν μακαρίτην, imprimendam curavi, in qua de* Thermarum *Natura quædam Nova* Primus *retexi*, *& tandem* Anno *M DC LXXVI*, *Tractatum de iiſdem Thermis* pleniorem *typis mandavi*. *Hactenus* lingua *Vernacula*. *Horum autem omnium* Scopum, *additis tam* Experimentis, *quam* rationibus *non paucis*, *& Nonnullis* capitibus, *hoc in Opere*, *in* Bonum publicum, *& Thermarum indies gliſcentem famam*, literatorum *dialecto*, *nova methodo*, *legendis exhibeo*; *quibus Thermarum Bathonienſium rebus* umbilicus *apponitur*, *ſaxumq*; *in quo magnam annorum* Viginti *partem Volvendo conſumpſi*, *ſuo* (*puto*) *luco*, quieſcens *plane jam*, *&* immotum *remanet*.

Et nulla quidem auram popularem *captandi impetigo*, *quæ privatum vitæ ſtatum affectanti magis nunquam arriſit*, *nec vana* preli *gloria*. *cum* Nomen *meum doctis Amicorum calamis ſatis ſuperq*; *deprædicatum ſit*, *ideoq*; *hac faſce omnino ſim levatus*, *ad Opus hoc difficultatibus plenum undiq*, *impulerunt*, *ſed Thermalium Aquarum* potationem *celebratam*, *& magis magiſq*; *indies celebratam iri autumans*, *duriuſculum mihi viſum erat ejuſdem uſui ægros committere*, *priuſquam in* Naturam *Thermarum penitius inſpexeram*, *& quibus Metallis*, *Mineralibus*, *aut aliis quibuſcunq*; *fuiſſent infectæ*, aliqualem *Notitiam* proprio *Marte comparaveram*. *Imo æque mihi abſurdum videbatur ægrotantes curæ meæ commiſſos ad Thermas amandare*, *quas vidiſſem ſolum*, *& ab Effectis* vix *cognoveram*, *ac Agyrtarum pilulas*, *ſpiritus*, *& Cætera id genus Medicamenta Epidemica*, *& nimis πολυθρύλλητα*, *quorum me* latet *Compoſitio*, *approbare*, *& practice uſurpare*.

Si hoc ab aliis in promptu effectum inveniſſem, *Pericula*, *Sumptus*, *& Tædia*, inde *emergentia excuſare non eſſet difficile*; *horaſq*; ſtudioſe *tritas in Muſæo*, hilariter *æque alibi perdidiſſem*. *Mente autem exiſtente pendula in aliorum Opinionibus*, *ex optimis*, *& ſupremi etiam Subſellii de Re Metallica*, *& Minerali Scriptoribus*, *quales* Fallopius, Agricola, Baccius, *aliiq*; *Sedimentum ex Aqua qualicunq*; *Minerali obtinendi viam* primitus *edidici*, deinde *quibus iſtud conſtaret inveſtigavi*, *&* demum *omnia Thermis Bathonenſibus*, *uti par erat*, *applicui*.

Quum autem modos aſſequendi Sedimentum quatuor *præcipue obſervaveram*, *nimirum*, Evaporationem, Diſtillationem, Præcipitationem, *&* Inſolationem; *poſtremum*, *utpote tædii nimis plenum*, *nec in Noſtra regione uſitatum*, *dimiſi*, *& ad* tres *priores memetipſum recepi*,

recepi, evaporando, præcipitando. & diſtillando quiddam ex omnium Balneorum Aquis, prima quidem vice ex guam *ſolum quantitatem, dein majorem poſtea vero non dubitavi ad* multorum *cadorum experimenta procedere.*

Nacto Sedimento, quod voce minus claſſica, Contenta *indigito, de quo ne* [illegible] *quidem olim, cum Thermales Aquas* Corporale [illegible] *in ſe continere pleriq; crediderint, &* * *Bathonienſis quidam Medicus idem publice aſſeruerat (de quo vide caput ſecundum Tractatus inſequentis) proprio Judicio diffiſus, celeberrimis, & ſummæ exiſtimationis Medicis, quicum familiaritatis honos mecum interceſſit ſtatim innotuit, nominatim vero, Viro a me æternum Honorando* Domino Edvardo Greaves *M. D. & Baronetto, qui dum in Vivis erat, me hoc in Curſu amiciſſime ſtimulavit. Mihiq; præſentia, Colloquiis, & Conſortio non parum adjumenti non raro attulit. Scriptis etiam* Epiſtolis *otium interrupi Clariſſimi & omni laude majoris Medici Temporis ſui Practici apud* Anglos *celeberrimi,* Thomæ Willisii, *cujus e vivis exceſſum candore & ingenio pollentes Medici, quotquot ſunt, meritiſſime lugent; hujus, inquam, opem imploravi.* Epiſtola *ad Sagaciſſimum iſtum Naturæ Myſtam* Bathonia *tranſmiſſa, Calendis* Septembribus, *Anno Æræ* Chriſtianæ *MDC LXXIII inter Epiſtolas meas* Medicinales *legenda, & operi etiam huic, in* fine *addita. Prout in* illa *Epiſtola deſignaveram,* ad *Cl.* Willisium *Balneorum omnium* Contenta *tranſmiſi, XV. die* Octobris *Ejuſdem anni manibus faceti, Docti, amiciſſimi viri, & ſenioris Collegæ,* Alexandri Dyeri, *Admiralitatis Curiæ Illuſtris tunc Temporis Procuratoris Seduli una cum* altera *Epiſtola Obſervationum mearum rationem pleniorem exhibente, quam iiſdem* Epiſtolis *magis congrue inſerui, & in majorem facti notitiam,* Obſervationum *etiam mearum* Centuriæ *adjunxi Epiſtolam* hanc, *eo quod eorum quæ in meliorem formam poſtea relamſi, eadem quandam* [illegible] *comprehendat, & parum diverſa ab iis quæ* jam *in lucem prodeunt Contineat. una cum Epiſtola* prima, *in calce operis imprimendam Curavi. Clariſſimus autem & aliis Negotiis practicis diſtrictus ille Vir, falcem ſuam in hanc meſſem niſi* obiter, *quantum potui intelligere, immiſit nunquam; Epiſtola tamen, quam non multo poſt ad me dedit, Ægrotæ cauſa Prænobilis Curæ meæ tunc temporis commendatæ,* Experimentorum *amice meminit, & Gratias agit in fine. Epiſtolæ ipſius* partem, *Nivei iſtius pectoris, & mei Studioſioris indicem, inter* Epiſtolas *meas* Medicinales *in Tractatu hujus fine memoratas legere licet.*

Paulo

*Tob. Venerus. M. D.

ALLOQUIUM

Paulo vero post, occasione data Contenta multorum *Cadorum Thermalis Aquæ obtinendi, Cados ultra* viginti *consumpsi, & distinctam* omnium *separationem comparavi, ut in* Observationibus *annexis exprimitur, & prout se tulerunt Opportuna Tempora,* Experimenta *communicavi Amicis meis, Honoris causa hoc in loco nominandis. Imprimis vero Eruditissimo Viro, Domino* Carolo Scarburgio, *Equiti Aurato, in Aula Regia* Britannica, *haud sine Summa laude, a multis Annis Archiatro, Amico Summo, & Fautori Egregio, cujus Doctrinam, & medendi peritiam haud vulgarem, & in studiis Humanioribus progressus Herculeos, quum ora Doctorum omnium ubiq; confiteantur, eximiam ejus mei Rerumq; mearum Curam, hoc in loco, prout* Gratum *decet* proniſſimus *agnosco. Ornatissimo D.* Thomæ Witherleio, *Equiti Aurato, haud ita pridem Medico* Regio *Ordinario, & Collegii Medicorum* Londinensium *nuper Præsidi. D. D.* Nathanaeli Highmoro, *Amico & Affini, M. D. & Clarissimo Anatomico, Medico* quandam *Celeberrimo* Sherboniæ Durotrigum; *& Humanissimo Viro, Medico* Egregio, Thomæ Harbechio *M. D. Bristolienſi; quorum omnium amicas collationes* sæpius *audivi, illorumq; tam personis, quam memoriæ, Grates, haud tamen dignas, jam persolvo. Quibus, omnium instar, addo quod Viro longe Celeberrimo Doctissimoq; D.* Edvardo Greaves *Baronetto, e vivis non sine magno mearum rerum detrimento jam erepto, tractatum hunc manu mea scriptum, perlegere etiam, & approbare placuerit. Placuit insuper Eruditissimo viro, meiq; Studiosissimo, Academiæ* Oxonienſis *Florentissimæ, Collegii Medicorum* Londinenſis *Celeberrimi, & ut verbo me expediam, ipsarum etiam Literarum Ornamento, D.* Thomæ Millington, *Equiti Aurato, & Clarissimi* Williſii *tam in Naturalis Philosophiæ apud* Oxonienſes *Professione Sidleiana, quam erga me* amore, *Successori, mecum* sæpius *conferre, & majoris momenti, recluſæq; indolis* plura, *pro humanitate sua, qua erga omnes, præsertim vero* Literatos *est, operanti genio suggerere non dedignari. Porro, Rerum Antiquarum Peritissimi* Gulielmi Petiti *de Interiore Templo Armigeri, & Rotulorum apud Turrim* Londinenſem *Custodis Dignissimi Humanitati debetur plurimum, qui amicis Collationibus, & Officiis Humanissimis,* Antiquitates Bathonicas *valde promovit. Neq;* inſalutatum *præterire debeo Celeberrimum virum, Amicum integerrimum,* Joachimum Fredericum Sagittarium, *Blandfordiæ, intra Comitatum* Dorſetenſem, *medicum Egregium, qui in hoc Cursu Tardescentem amicissime stimulavit, & Epistolis Humanissimis,* Novum *languenti animum sæpius infudit, cujus*

Benevolentiæ,

Benevolentiæ, & Hortatibus me plurimum debere lubens profiteor. Memoriam etiam gratissimam, vita licet functus, hic meretur D. Thomas Gibbes *Senior. nuper Cerevisiarius publicus* Bathonienſis, *qui Fornacis ſui majoris uſum mihi* ultro *Commodavit, in quo* Decem *aut* Duodecim. *Thermarum Aquæ* Cados *una evaporavi, unde Sedimenti magna copia* inde *Comparata, obſervationibus & experimentis ſequentibus* materiam *tanquam baſin, aut fundamentum quoddam, feliciſſime ſuppeditavit. Nec ſine laude prætereundus* Henricus Wynne, *Inſtrumentorum Mathematicorum inter* Londinenſes *Faber, qui* Thermoſcopia, Vitra Cylindrica, *&* Hydroſtatica, *fideliter procuravit, quæ in caloris* gradibus, *& Thermarum* differentiis *obſervandis, uſui magno fuerunt.*

Occaſio inſuper quod in Corruptivæ *Fermentationis notionem aliud agens inciderim, fuit hujuſmodi: Circa Annum Domini* 1674, *menſa in amicorum quorundam gratiam ſtrata, & reliquis acetabulo ſolum & Lecytho, remota, cum ob reculas privatas, ſtatim a paſtu literas conſignarem. Arena Thermarum, qua ſcriptas Epiſtolas exiccare Conſuevi, in apertum tunc temporis Vitrum quod aceto incluſit, caſu incidente,* Fermentationem *inde exortam ſubito obſervavi, poſtea vero acus operariorum majoris acu, particulas arenam Componentes,* Microſcopii *ope ſub dio, ex Arenæ magna quantitate Selectas, ab invicem Separavi, ut unaquaq; parte cum aceto communi, aut deſtillato, miſta ſeparatim, unde Ebullitio, Fermentatio, Effervescentia, ſaltem Activitas illa oriretur habui compertum. Hinc* Obſervatio XC. Quod Arena Thermarum conſtet e lapidis Sectilis Sabulo, Marga, Ochra, Teſtaceis, Rubrica, lapillis Cryſtallinis, & Sulphure. *Item* Obſervatio XCV. Arena Balnei Aceto, aut alio quovis acido affuſo, fermentationem creat; *aliaq;. Jam vero ex hac Actionis & Reactionis inter arenam & acetum ortæ Phænomeno, ad* Corruptivam *Fermentationem ex Alcalibus & Acido miſtis procreatam, ulterius proceſſi adjectis etiam Teſtaceis, Sectili lapide, aliiſq; quæ in Arena reſtare* Microſcopii *ope obſervaveram.*

Et quidem ſatis hic mirari non poſſum quomodo Jordenus, *Vir aliàs Judicio præditus, & ingenio Sagaci, ſeipſum pateretur in tantum decipi, ut credat Inquiſitionem criticam in Thermarum Naturam, Speculationem eſſe adeo meram, ut* inconvenientem *fore, aut* inutilem *judicaverit, quod ex verbis apparet in libro de Balneis Naturalibus, & Aquis Mineralibus cap* 15 *in fine.* In animo, *inquit,* olim habui ſecundum hæc principia in hæc Balnea inquirere, ſed a quibuſdam judicatum minus Convenienter, aut inutiliter faciendum, laboribus peperci,

qui

ci, qui gratias forſan non eſſent merituri. *Quid enim* Neceſſarium *magis eſſe poſſit, ideoq; magis* utile & conveniens, *quam iſtius Aquæ Mineralis principia cognoſcere, ad quam ægros relegamus? Annon quoq; de Mineralibus Scriptores, qui ante illum floruerunt, & quorum Teſtimonia in Scriptis adducit, Aquas illas examinarunt, aut conjecturaliter determinant? Utrum autem horum* utilius, *aut* magis *conveniens,* Davus *ſit Judex. Porro, hoc modo Medicorum ratione utentium partes explemus, & Aquas Minerales, a labe illa, illis adhærente, vindicamus, qua Medicamenta Empirica reputari ſolent, cum ſint optima compoſitio Medicorum optimi, & Virtute* DEI *verbo metallis & mineralibus indita, & iiſdem divino quodam charagmate impreſſa, non ſecus ac medicamenta alia, quæ* Ejuſdem manus *non immerito vocantur, ſecundum artis & rationis regulas rite præſcripta, in ægrorum ſanationem, operationes perficiant. Quinetiam, de ratione, & cauſa* Effectuum *Judicium inde melius, & verius ferendum, quæ abſq; hoc examine, inſcia quadam admiratione intellectum conturbant, & animos ſuſpendunt, Sumuſq; illis haud multum abſimiles, qui luſibus Theatricis, & Mimicis inhiantes, motus mirantur, motrices autem manus in obſcuro poſitas minime obſervant.*

Quod operam ſuam in rimandis Thermis collocatam fore male; quibuſdam habitam Supervacaneam; nec gratias merituram, *Cogitaret modeſtus ille vir, & ſenio confectus, induſtriam ejus, fateor, Sufflaminaret forſan, &* tepenti *animo frigidam ſuffunderet; audentiore autem animo inſtructo, & genio magna ſpiranti in mentem Venire potuit, quicquid fuerit, quod de rebus hiſce in publicum protruderetur, ad* prudentes, generoſas, & liberioris indolis manus: *aut ad* anguſta pectora, indocta, & Sibimetipſis ſolum nata *perveniret. Prioris generis mortales, parati ſemper fuere, ſemperq; ſunt futuri, ad Ingenia fovenda, prout Merita ſua ſe illis commendaverint;* Poſterioris *vero, Bruta potius quam Homines (qui naturaliter, ut plurimum, Mites, Benefici, & Utiles; non Truces, Malevoli, & Inhoſpitabiles exiſtunt) ſpernendi potius, & Cachinnis digni, ad* Τῶδι σιαντὸν, *quod* e cœlo deſcendit, *Terreni ipſi, erroribus perducti, & flagris edocti; quorum ora quum adeo Sordida ſint ut* Nemini *ſunt vitio; ita Ipſorum etiam* laudes *ſordent, & præ* Calumniis *Vileſcunt:*

DEO, & operis *Promororibus* Gratiarum actio.

DEO autem Immortali potius Gratiæ ſint & laudes æternæ, quod numeroſe adeo viros Generoſitate, Comitate, & Virtute Heroica præditos Britanniæ conceſſerit, qui non modo literarum, &

Secretorum

Secretorum Naturæ indaginis amore capiuntur, ſed Judicio etiam pollent ut ſciant *quid diſtent Æra lupinis*, aliter cum illis actum eſſet peſſime, qui, quæ terrori erant aliis, repagula perruperunt, & Impenſæ nihil, aut Laboris detrectarunt, modo *Publicum Bonum* promoveant, & Humano generi humaniter inſerviant. *Et quidem hoc in Opere Componendo, magni laboris, nec minoris ſumptus, per longum Temporis Tractum productorum penſo (in quo abunde ſufficit ſi Medicis Doctioribus in ægrorum ſalutem facem aliquam prætulerim) rei ad* Umbilicum *perducendæ Zelo adeo flagravi, ut perinde Mihi fuit, ac ſi,* Lucernæ *more,* Lucendo *periiſſem. Neq; Eruditos ſpero* Extraneos, *& Doctos Medicos, alioſq; quorum tam Amicitia, quam fama, mihi ſemper fuit cordi, & in quorum gratiam præcipue hanc ſpartam adornavi, me ita (quod hoc in loco deprecor) intelligere, ac ſi in* Caroli Claromontii *perſona, Exterorum* omnium *polita ingenia, & Doctrinam meliorem, confeſſa voluerim ; quum plurima apud* Baccium *&* Bauhinum, *de Thermis Noſtris laude digna allegaverim, & ob injurias Aeri, Aquis, Locis, & Toti* Anglorum *Genti, quoad victus rationem futiliter illatas, Scurra iſte, Rabula, & Nugivendulus, inſequente Tractatu Solum vapulet, qui Auguſtiſſimi Magnæ Britanniæ* Monarchæ *Ditionis parti potiſſimæ,* Terræ Angliæ *nomen, inſulſo* Gallicismo, *ſcurriliter impoſuit. Quumq;* Capite XI. Lotharingiam *tanquam partem, aut Conterminam* Germaniæ *accenſuerim,* Autoris *iſtius verba ſequor, qui p.* 72. *in Epilogo,* Se ab ultimis Germaniæ finibus huc adpulſum *ſcriptitavit ; licet alios* Lotharingiam *poſuiſſe noverim in* Gallia Belgica. *Dolendum interim, quum Thermis nihil deeſſe videatur præter* Operculum, *Balnea Britannica apud Bathoniam* ſub dio *remanere, ſecus ac Cæterorum* Europæ *Balneorum mos eſt, quæ decenter, & more Commodo Tecta, injurias omnes Solis, Cœli, Aeriſq; excludunt. Idem ante me queſtus eſt.* Jordenus, *& nuperis annis Cl.* Liſterus, *de aquis Tepidis* Derbienſibus *(de quibus poſtea in Tractatu Noſtro) verba faciens* ; Fons, *inquit,* fornice ſatis amplo includitur ad Commodiorem Balneationem, perinde ut in maxime Calidis Regionibus, quantum obſervavi, mos eſt (de *Aquis Sextiis* Gallo-provinciæ aliiſq; tranſmarinis teſtis oculatus loquor) & minime *ſub Dio,* ut alibi apud Nos *(Bathoniæ puta)* admodum inſalubriter fit. *Verum hoc, in minoris præſertim ambitus Balneis, Generoſorum Conſiderationi ſaltem, ſi non ſumptibus, relinquo.*

Jam vero, ut curioſi rerum Naturalium, qui in arcana Naturæ inquirere deſiderant, quid Noſtris *laboribus in rimandis his Thermis* præ cæteris *ſit præſtitum ulterius cognoſcant ; ut nec ſudori-*

bus nec ſumptibus peperci hactenus, currenti tamen addidit calcaria quod in plurimarum rerum haud vulgarium notitiam inciderim, & Obſervationes iſtæ quas nunc Communico, evincunt ſatis, quam manca illa ratio & deficiens ſit, cui in tradenda Thermarum natura, alia deſtituti, hactenus confidimus.

Et quidem, tametſi *nihil* tota Britannia cum Thermis *Bathonienſibus* comparandum ſit, *Extranei cujuſdam medici judicio de Aere Aq. & Loc.* Angliæ *p.* 31. *Et* inter numeroſa Balnea, & varias Europæ aquas Minerales, *nullæ* ad Curandos morbos magis Univerſaliter utiles, aut ad ægros excipiendos Commodiores, ex *Jordeni* mente *de Baln. Nat.* &c. *p.* 5. *Bathonienſibus* fuerint; *Immo,* inter opera Naturæ miranda, *nihil* magis mirum, *nihil* excellentius, *nihil* ad morbis laborantium opem, aut partium infirmarum Solamen, Thermis Naturalibus Civitatis *Bathon* magis utile appareat, *monente* Joanne Joneſio *Epiſtola ad Illuſtriſſimum* HENRICUM *Pembrochiæ Comitem, Dominum de* Kaerdid, *&c. infortunio tamen accidit, Balnea hæc (quibus in toto Terrarum orbe meliora non ſunt) longo temporis tractu, monachis & religioſam vitam degentibus ſolum nota, denſa obſcuritatis nube aliter involuta fuiſſe, adeoq; latuiſſe, ut ante ſæculum proxime elapſum inter* Europæ *Balnea peregrinus nullus ſcriptor, aut Indigena, in ſcriptis ſuis de Balneis locum illis aſſignaverit.*

Anno Henrici *Regis octavi* 24. *MDXXXIII.* Polydorus Vergilius *Urbinas, &* Wellenſis *Eccleſiæ Archidiaconus,* Angliæ *Hiſtoriam* Henrico *nuncupatam Scribens, omnium quorum memini, Balneorum iſtorum mentionem aliquam laude dignam (poſt* Solinum, Antoninum, Stephanum, *alioſq; qui priſcas Thermarum Nomenclationes & pugnas quaſdam circa locum celebres, literis conſignarunt, &* Nechami *etiam carmina) primus exhibuit, Angl. Hiſt. l.* 1. *p.* 43. *ſed futilia multa, & ficta, de* Bladudo *referens, virtutes Thermarum nullas commemorat, tantum monet ſua Tempeſtate pueros, voluptatis cauſa, inprimis in iiſdem lavare ſolitos, & Urinantes e fundo nummos mordicus referre. Verba ſunt:* Extant etiam nunc ipſæ Balneæ ubi loci tepidæ ſcaturiunt ebulliuntq; aquæ, quibus imprimis lavantur pueri voluptatis cauſa. Ego vidi ipſos pueros in eo lacu natantes e fundo mordicus argenteos nummos referre Jactatos per luſum a circumſtantibus in Balneas ipſas.

Circa Annum Domini *MDXL, aut paulo forſan prius, Excellentiſſimus ille Miles D.* Edvardus Carne, *ab* Henrico *VIII. ad* Julium III, *&* Paulum IV, *Pontifices Maximos, legatione functus, notitiam eorundem exhibuit ſcriptori celeberrimo* Andreæ Baccio, *tum* Romæ *exiſtenti,*

ti, & circa Opus ſuum de Thermis, tanto Viro dignum, occupato, cui ex ejuſdem relatione inſeruit, lib. 4. cap. 13. *licet non ita proprie, inter Balnea Sulphurea.* Polydorum *etiam* Vergilium *Monitorem allegat.*

Conterraneus quidem Noſter Gulielmus Turnerus *Cantabrigienſis, Medicinæ Doctor, &* Wellenſis *Ædis Sacræ Decanus, Vir Doctiſſimus, & Pius,* EDVARDI *VI. temporibus* Somerſetenſi *Duci Protectori a conſiliis medicis, qui regnante* Maria *profugus, locis exteris in* Italia *præſertim, &* Germania, *tempus ſuum terens,* Ferrariæ *demum Medicam Cathedram cum laude occupavit, librum lingua Vernacula ſcripſit,* Coloniæ *impreſſum A. D. MDLXII. de* Angliæ, Germaniæ, *&* Italiæ *Balneis, in quo* Bathonienſibus *Thermis (quas* Buxtonenſibus *tunc temporis minus celebres inſinuat) prioritatem concedit, iiſdem tamen non multum inſiſtit, ſed ut omnes fere alii, Sulphureis accenſet, & ex parte aliqua Cuproſas eſſe Suſpicatur. Clariſſimus ille Vir, Reformatæ Religionis, &* Anglorum *gentis apud Exteros Gloria & Ornamentum, teſtatur ſe omnium primum, de his Balneis aliquid Scriptis mandaſſe, &* Edvardo *Sexto, Principe Pio, regnante, ex* Italia *&* Germania, *ubi, ut Studiis vacaret, profectus erat peregre, a* Protectore, *in Primarii Medici Officium, in* Angliam *revocatus, quo tempore de* Plantis *ſcripſit, ſub* Maria, *ut dictum, Regina, in* Almania *ſuperiori Exul,* Ferrariæ *Profeſſor, & tandem ſub* ELIZABETHA, *fœliciſſimæ memoriæ Regina, redux, anno Regni IV. libro de Balneis, (in oris tranſmarinis,* Baſiliæ *puto, A. D. MDLVII. ſcripto, & quinquennio poſt* Coloniæ *impreſſo) Balneorum Britannicorum primo loco meminit, qui eo ſaltem nomine quod* Primus *fuerat, poſterorum laudes & gratias meretur. In hoc libro Balnea Bathonica* Theſaurum *vocat ſeu potius* κειμήλιον præcellentiſſimum, ſed hominibus divitibus præſertim, vilius æſtimatum, quum illorum opes quæcunq; fuerint, *Dei* dono huic longe pretioſo, comparandæ non ſint. *Neglecta vero Balnea & minus ornata, pietatem virorum optimi, & Doctiſſimi excitarunt, quæ jam Benefactorum quorundam, & præcipue Viri Nobilis, &* Gratiſſimi *D.* Franciſci Stonor *de* Stonor *in agro* Oxonienſi, *Equitis Aurati, a Paralyſi ibidem ſani, munificentia, Ornatiſſima evaſerunt. De qua re in Capite* primo *dictum eſt latius.*

Decennio vero poſt Turneri *opuſculum ſive* Anno Domini *MDLXXII* Joannes Jones *Cambro-Britannus,* Bathoniæ *certis Anni temporibus praxin exercens, lingua* Anglicana *Tractatum de Induſtria compoſuit, cui Titulus* Subſidium Bathonienſe, *Anglice* Bathes Aide, *in quo quædam continentur non ſpernenda, ſed ætatis iſtius genio conſona, nihil au-*

tem quod ad Naturam Thermarum ſpectat, obſervatu dignum, quam quod ex Sulphure Cupro, ferro, & Marcaſita compoſitas crediderit.

Anno *MDXCIIX* Joannes Bauhinus *Germanus, viva* Turneri *Voce, aut potius ſcripto, &* Baccii *libro, monitus, dum* Bollenſis *Fontis Admirabilis (ut vocat) Naturam & Virtutes ex mandato Principis, ac Domini ſui* Friderici *Wirtembergenſis & Teccenſis Ducis conſcriberet, Thermarum* Bathoniæ *in* Anglia *ſæpius meminit. Ita l.* 3. *c.* 49. Nec ſecus Sulphuratarum Balnea temperata, Aponus, Aquiſgranum, *Bathoniæ* in Anglia, *&c. Meminit etiam iterum c.* 61. *&* 63. *Prodiit autem* Bauhini *Hiſtoria fidelis & Utilis,* Montisbeligardi *Anno D.* 1598.

Et ita quidem ad Clariſſimi Jordeni *tempora, circa annum MDCXXX. Thermæ remanſerunt, quando Optimus ille Senex, anno ætatis ſuæ Sexageſimo Secundo, ad ſcribendum ſe accinxit, & eruditiſſimum Tractatum, in opere hoc meo ſæpius memoratum, idiomate vernaculo (voluit enim* Cymbam *ejus* littus legere) *conſcriptum edidit, cui anno MDCLXVIII, ſecundo ad* Bathoniam *adventus,* Appendicem *adjunxi. Jam vero tametſi Doctiſſimo illi Viro & medico clariſſimo in animo erat, Balneorum in agro* Somerſetenſi *notitiam pleniorem præcipue exhibere, quemadmodum in Epiſtola Dedicatoria, ad Honoratiſſimum Dominum* Cottington *Baronem de* Hanworth *teſtatur, & multo magis in hoc pulvere Sudavit, pluraq; perfecit, quam quiſquam eorum qui ante illum ſcripſerunt, quod tamen in* Intentione *primum erat, in* Executione *fuit poſtremum; Balnea enim hæc ad finem rejecit, & de iiſdem tradidit pauciſſima; quantum vero in quibuſdam neceſſariis defecerit, quibus etiam, & quam multis Objectionibus tam de principiis, quam de caloris Cauſa, opinio ejus ſit obnoxia, cuilibet apparet, qui* Opus *hoc, quoad Thermas* Juſtum, *præ manibus perlegerit; Dimiſſa autem ſecretioris ignis ſubterranei notione Chimærica, Fermentationis vim energeticam planius apparentem, laude dignus Primus invexit; verum quum Fermentationem* Generativam *ſolum agnoverit, illam, utpote Caloris Thermarum Cauſæ Naturæ minus Conſonam, in* Corruptivam *mutatam, Philoſophorum Orbi jam exhibui. De Tractatu ſuo Vir Doctus & candidus, hoc, quod nequaquam mihi arrogare audeo, cap.* 14. *Vaticinando prædicit:*

Quem nos Stramineum pro Tempore fecimus——
Sperantes *digniſſimum* aliquem Calamum Spartam, ſive argumentum hoc *accuratius,* & *ornatius* multo impoſterum tractaturum,
Et dare perpetuo cæleſtia fila metallo.

Circa

Circa idem Tempus Thomas Johnſonus, *Pharmacopola* Londinenſis *rei Herbariæ callentiſſimus*, Latine *primus ſcripſit de* Thermis Bathonicis, *Doctum quidem, &, pro mole, eruditum opuſculum, breviſſimum tamen, & alio inſtitutum; Botanico ſiquidem in itinere, & in Herbarum circa* Bathoniam *creſcentium gratiam præcipue compoſitum. Inſcribitur* Mercurius Botanicus, *& de Thermis* Bathonicis, *Lond.* 1634.

Tobias *tandem* Vennerus *Medicinæ Doctor* Oxonienſis, *&* Bathonienſis *incola, libellum ſcripſit, cui Titulus* Via Recta ad vitam Longam, *in quo ſe rei cibariæ, & coquinariæ pertiſſimum exhibuit. Prodiit* Londini, *A. D. MDCXX, & poſtea MDCXXXVII iterato, cum Autoris-Effigie, de Balneis etiam* Bathonienſibus *adjecto opuſculo; de quo nihil melius, aut notatu dignius, dicere poſſum, quam quod Thermas* Sulphureas *eſſe principaliter ibidem affirmaverit.*

Circa Annum *Dominicæ Incarnationis MDCLXIX, Vir Clariſſimus, & ſumme eruditus*, Joannes Maplet *Medicinæ Doctor* Oxonienſis, *&* Gloceſtrenſis *Aulæ ibidem aliquando Principalis, inter Sorores Civitates* Bathoniam, *&* Briſtolium, *tempus ſuum, & praxin dividens, ſcriptum quoddam de* Thermarum *virtutibus Saltem meditatus eſt, quemadmodum ex Epiſtola, ad Virum longe Celeberrimum, D. D.* Joannem Wedderbourne *Scoto-Britannum, M. D. & Equitem Auratum*, Aquis Calidis *XIX* Junii, *Anno MDCLXIX, ſcripta apparet; ubi poſt aliorum Medicorum de Thermarum Virtutibus ſententiam, addit*: Ego certe in contraria ſemper fui ſententia, quam ſi *Deus* dederit, Sole meridiano clariorem aliquando demonſtrabo. *Verum praxi Medicæ intentus, Epiſtolas ſolum, quod ſciam,* Medicinales *in re Medica ſcripſit Vir Summus, & Terſe Eruditus, ut* Epiſtolæ *&* Conſilia *apud me abunde teſtantur.*

Anno Domini *MDCLXX, Vir Doctiſſimus, & Contubernalis meus Decennis* Oxonii, *in Collegio Wadhami*, Nicolaus LLoydius ὁ μακαρίτης, *Hiſtorica, Geographica, & Poetica in Dictionario a* Carolo Stephano *olim edito reviſens, & augens, quædam addidit e* Camdeno *de* Bathonia, *quæ, licet in Tractatu, & Antiquitatibus, ſuis locis inſerui, in tam* chari *capitis memoriam, & Libri vere* Aurei *laudem, qui* Awnſhemi Churchil, *aliorumq; Bibliopolarum Londinenſium cura & Impenſis A. MDCLXXXVI, Typis nitidis in folio prodiit* Londini, *hoc in loco memorare placet.* "Bathonia, *vulgo* Bathe, *urbs* Angliæ *in* "*agro* Somerſetenſi, *quæ a Thermis* Ὑδατα θερμὰ *i. e.* Aquæ Calidæ "*dicitur* Ptolemæo, Aquæ Solis *autem* Antonino, Caer Badon *Bri-*"*tannis, Saxonibus valetudinariorum concurſu* Ackmanceſter, *i. e. urbs*

"*valetudina-*

" *valetudinariorum*, Stephano *Badiza*. *Subſidet in planitie haud ita*
" *magna, & ex omni parte collibus pari quaſi altitudinis faſtigio obval-*
" *lata, e quibus perennium rivulorum Scaturigines in Urbem magno*
" *Civium commodo deſcendunt. In ipſa urbe tres calidi fontes ebulliunt,*
" *cæruleo & marino colore, tenues nebulas quaſi* Mephitim *exhalentes,*
" *Sulphure enim & Bitumine aqua percolatur ; qui efficaci remedio ſunt*
" *corporibus, quæ pravis humoribus torpeſcunt : Sudorem enim calore*
" *ſuo proliciunt, & humorum contumaciam edomant. Non omni tamen*
" *hora ſunt ſalutares. Ab hora enim Octava ante meridiem, uſq; ad*
" *tertiam a meridie, maxime fervent, & exæſtuant, ac turbidi fœda*
" *quædam ex imo fundunt, quibus temporibus clauduntur ; nec quiſquam*
" *ingrediatur donec per emiſſaria ſua ſe ſordibus illis liberarunt. Ex his*
" *tertius, qui* Crucis *Balneum, ob crucem olim in medio erectam vocatur,*
" *miti admodum & temperato calore tepet ; & 12 ſedilia e ſaxo in*
" *margine habet, muroq; includitur.* Alter *vero vix* 200 *hinc pedibus,*
" *multo magis fervet ; unde* Hot Bath *i. e. Fervidus, nominatur. His*
" *contiguum eſt Noſocomium a* Reginaldo *Bathonienſi Epiſcopo poſitum,*
" *ut valetudinariorum inopiam ſubleveret. Hic duæ in medio ſunt plateæ*
" *ad occiduam urbis partem.* Tertius *maximus in urbis quodammodo*
" *ſinu eſt, & Balneum* Regium *appellatur, juxta* Eccleſiam Cathedra-
" *lem, muro etiam circundatur, &* 32 *ſedilibus arcuato opere adaptatur,*
" *in quibus Viri & mulieres ſeorſim Sedeant, qui lineis induſiis, cum*
" *ingrediuntur ſe ſuperinduunt. Ubi jam Eccleſia* Cathedralis, *olim*
" *erat* Minervæ *Templum.* Solinus : In Britannia calidi ſunt fontes
" opiparo exculti apparatu ad uſus mortalium, quibus fontibus,
" præſul eſt *Minervæ* Numen, *&c. Horum autem inventionem referunt*
" *fabulæ ad Britannorum Regem* Bleydin Cloyth *i. e. Magum ; quam*
" *probaliter dixerint alii.* Camden. *Long.* 25. 20. *Lat.* 51. 38. Nic. Lloydius
in Dictionario *Hiſtorico Geographico Poetico* 1686. ſcripſit 1670.

A. D. MDCLXXI, Carolus Claromontius *Doctor Medicus, & Nobilis* Lotharingus *vaſtata Bello & Peſte* Lotharingiâ, *in* Angliam *deveniens, Opuſculum quoddam ſcripſit ibidem de Aere Aquis & Locis* Terræ Angliæ *(ut vocat) in quo Simiam* Hippocratis *ſe decore minus exhibuit, Nam in illo* plurima *inſcie*, nonnulla *Malevole, &* quædam *moroſe nimis protulit, ut in Tractatu ſequente de Thermis* Bathonienſibus *&* Briſtolienſibus *apparet ; verum quoniam pro modulo ſuo & viribus* Peregrinus *ille ſcripſerit, verba ejus recitare, & ſuo loco examinare non fui gravatus. Vid. p.* 133. *&* 386.

Septennio bino *& annis tribus elapſis, ſive A. D.* 1673, (*nam*

de

de Appendice ad Jordenum anno 1668 edita nuper dictum) Prodiit opuſculum, ſub nomine Eugenii Philandri, a Me conſcriptum, ubi Bathonicarum Thermarum aquam Potabilem eſſe pluribus demonſtro, & paulo poſt Epiſtola adCeleberrimum virum D.Edvardum Greaves M.D. & Baronettum, cui Tractatum meum Anglicum poſtea dicatum volui, in qua de Thermarum iſtarum Natura, Nova quædam, ſed dialecto etiam Vernacula, Primus retexi. Scriptum hoc Opuſculum Anno MDCLXXIII, & præſentis Operis Caput unum conſtituit, ut Epiſtola Anno MDCLXXV Typis impreſſa, ſecundum capitulum in hoc libro complectitur.

Tandem vero Joannes Mayow Legum Doctor Oxonienſis, & Medicus, Wadhamenſis Collega meus primo, poſtea vero Coll. Omnium Animarum Socius, in Tractatu de Sale Nitro, edito Chriſtianæ Æræ anno MDCLXXVI, cap. 15. ſuam etiam de Thermarum Bathonienſium natura ſententiam expreſſit, quam aptam autem, aut veritati conſonam, Lector Judicet, qui rationes ejus ſuo loco ventilandas, æqua lance perpendet.

Omnium ultimus Robertus Pugh Romanæ Eccleſiæ filius, ſed mei nominis amantiſſimus, in Epiſtola elegantiſſima ad Rogerum Caſtlemaini Comitem, ſtylo vere Romano ſcripta, & Anno MDCLXXVI edita Londini, ubi Bathonienſium Thermarum, & Aquiſgranenſium comparationem, me monente prius, inſtituit, de hus Balneis hiſtorice, & ingenioſe ſatis diſſeruit. Verum in Balneorum & Eccleſiæ Cathedralis, aliorumq; ad locum ipſum ſpectantium deſcriptione occupatus, de Natura, & Viribus Thermarum, niſi quæ ex relatione mea, & meis etiam verbis, candide inſeruit, nihil Novi retulit.

Eodem etiam anno prodiit Tractatus meus Anglicus de Thermis Bathonicis, cujus candidam mentionem fecit vir ille Doctus, præcurſor meus, & paragraphum de natura & quibuſdam Thermarum contentis, a me amice communicatum humaniter inſeruit. Accuratam Balneorum omnium deſcriptionem, elegantis hujus Scriptoris verbis traditam in præſentis libri primo capite reperies.

Reſtat autem jam quid a Nobis ulterius ſit præſtitum Henrici Moore Pharmacopolæ apud Bathonienſes induſtria adjutis, quod hoc in opere Lectoribus occurrit, de quo impræſentiarum nihil amplius addam, quam quod Experimenta Summa fide, coram teſtibus Idoneis, nec fallendi animo, fuerunt effecta. Subjungo interim ad majorem in Te, Lector Benevole, mihi nondum de facie noto, fidem creandam Teſtimonium unum Elegantis Epiſtolæ Autoris ſæpius hic, & alibi memoratæ, Epiſt. p. 36.

quod

Quod ſi de hoc Opere intellexeris, Te forſan acu rem tetigiſſe ſenties. His adjungo, *inquit*, quæ mihi præſenti, ſpectantiq; experimenta exhibuit, ſæpius a me nominatus *Thomas Guidottus*, harum Thermarum ſolers juxta ac Sedulus Indagator, cujus peritiæ diuturno uſu hic auctæ monumentum *Juſto Volumine* propediem edendo expectamus. *Alterum vero Doctiſſimi mihiq; tunc Ignoti, D.* Martini Liſter *M.D.* Oxonienſis *Coll. Medd.* Lond. *& Regalis Societatis Philoſophorum apud* Anglos *Socii*; Et hic priuſquam, *ait*, ulterius procedam, neceſſe eſt ut Doctoris *Guidotti* Experimentorum circa aquas Thermales *Bathonienſes* veritati teſtimonium meum, & calculum adjungam, quorum partem maximam iteravi diligenter, & eundem *Autorem* valde Authenticum, & fidelem invenio. *De Sagaci hoc, Ingenuo Philoſopho, & Doctiſſimo Medico, in ſequenti Opere plura occurrunt. Tantum addo me fidem meam annis retro* Viginti *datam publico liberaſſe, ſcripſi enim in appendice ad* Jordenum, *Cap. 5. A. D. MDCLXVIII.* " *Et quidem ad Thermarum naturam & Virtutes jam deventum, de* " *quibus plura a me expectanda, non ſunt quum intra pauxillum adeo* " *Temporis ſpatium experientia mea concluſa ſit; & Obſervationes* " *hactenus factæ, ad conſtituendam molis majoris operis baſin, quod lon-* " *gioris temporis tractus, & experimenta varia maturare poſſunt, &* " *perficere, quo etiam ſpectant, & deſtinantur, potius quam ut in pub-* " *licum ruant ſtatim, aptiores videntur. Ut autem brevitatem meam* " *aliquo modo compenſatam dem, auſus ſum hoc in loco meipſum Obligare,* " *quandocunq; tempus & opportunitas ſe commode exhibuerint, ad in-* " *ſpectionem accuratam in Thermarum caloris cauſam, Naturam &* " *Operationes efficaces, ad Umbilicum ſuo tempore perducendam; & for-* " *ſan prioris rationem reddam præ cæteris Probabilem; poſteriores ve-* " *ro quod attinet, non ſuper illorum quorum intereſt fabularum & gar-* " *rulitatis fœnum Stipulaſq; fundamentum meum jaciam, quod Obſer-* " *vationum & Experientiæ Solidiori baſi, ſecurius innitetur.* Item, " verbis ultimis. *Spero autem me præcedentis Obligationis ratione ex-* " *cuſatum fore, ſi rebus iſtiuſmodi nunc Temporis diutius non inſiſtam,* " *donec* Obſervationum, *&* Experimentorum *penu, & concluſionum* " *inde, & Conſequentiarum, rationi magis conſona, & Conformis catena,* " *(quod DEO vitam & otium concedente, aliquando me effecturum* " *confido) Opinionem illam quam de Thermarum* Bathonienſium *Natura* " *& viribus ratam habeo roboraverint, aut Suggeſſerint meliorem.*

Et poſtea *in Introductione ad* Tractatum *de Balneis Bathonienſibus* Londini *impreſſum* 1676, *p.* 2, 3. " *In animo autem habui, prout in*

" *fine*

" *fine Præfationis ad Jordeni Librum* De Balneis Naturalibus, & Aquis
" Mineralibus *Editum A. D.* 1668, *Orbi promiſeram, Tractatulum*
" *hunc in Bathoniæ* Hiſtoriam *extendere; verum quum temporis*
" *interea nihil occurrat, quod ad tale penſum Subeundum animet, interve-*
" *nientibus non paucis, quæ mutarunt mentem, intentionem iſtam depo-*
" *nere decrevi, & prout opportunitas ſe obtulerit, Romanam Curiam*
" *magis congrue appellere, ubi determinatarum rerum mearum felicio-*
" *rem ſtatum, & Juſtitiam magis ſapientem eventum, meliori jure*
" *expectare licet. Tractatum interim hunc, hiatum aliquantiſper*
" *adimpleturum, & nodum iſtum, quo Orbis candidus me devinctum*
" *tenet, ſoluturum ſpero; præcipue ſi animo reputaverint amici Lectores,*
" *Balneorum & Civitatis res antiquas, vix a quopiam puto ulterius*
" *promovendas; nec Thermarum,* Minervæ *Tutela* Clararum, *Myſteri-*
" *um temerandum ſit ullatenus, quod tantum non evenit, quum profanis*
" *vulgi porcellis, quos* arcuerunt *ſemper, &* oderunt *ſapientes, objicitur,*
" *qui præterquam quod aliorum rerum ſint judices iniqui, haud raro eti-*
" *am ea, quæ in ipſorum rem revera faciunt, & ad bonum ipſis promo-*
" *vendum deſignata fuerant, perperam intelligunt, & anſam ſiniſtra ſæpe-*
" *numero arripiunt. Neq; ſub manibus Obſervationes communi Omni-*
" *bus dialecto publicaveram, niſi ob rationes quaſdam, quas hic exprime-*
" *re neceſſitas non poſtulat.* Et cap. 7. *Autoris hujus veſtigia ulterius*
" *legere hic deſiſtam, donec Tractatus meus de Thermis Bathonicis, ea-*
" *dem dialecto, qua ſcripſit ille, publicaverim, in quo quæcunq; ad*
" *Thermales aquas ſpectant, in Salina, & Non-Salina diſtribuam. Prio-*
" *ris generis probabo communem ſalem eſſe, Nitrum & Acidum; poſte-*
" *rioris,* partim *oleoſa eſſe, ut Bitumen & Sulphur;* partim *Sabuloſa, ut*
" *Lapis Sectilis; &* partim *Terrena, ut Marga & Ochra. Aluminis*
" *etiam ad jus petendum argumenta expendam, & quodnam inter illud &*
" *vitriolum ſit diſcriminis oſtendam; & tandem in calcarii lapidis &*
" *Sectilis analogiam, & differentias inquiram; ita ut Thermarum aqua*
" *latiſſime ſumpta ad ſubſtantias octo diſtinctas inter ſe, ſecundum ob-*
" *ſervationes meas Nuperas, Novaſq; aut relationem habebit, aut in ſe*
" *comprehendet; quod operis mei de* Thermis Bathonienſibus *futurum*
" *eſt penſum; ubi de Thermis Bathonicis; de Aquarum Thermalium prin-*
" *cipiis, una cum earundem appendiculis, Arena, nimirum, ſive Sabulo,*
" *Luto, & ſupernatante uligine, ſive ſpuma. De Thermarum Calore;*
" *De uſu Thermarum; ubi de modo Balneandi; de Aquarum potatione;*
" *de Antliatione jam in uſu loco Ducciæ, aut Stillicidii Veterum: de uſu*
" *Luti,* &c. *de Aquarum Thermalium Virtutibus, Obſervationibus qui-*

" *buſdam varioribus, quantum res ipſa patitur, confirmatis, & tandem de*
" *Nocumentis; Emolumentis & Noxis a principiis propriis evidenter*
" *deductis, his propter fugam, illis propter uſum, dilucide propoſitis. Sed*
" *hoc Temporis alicujus opus erit, dicam enim quam alteri impingo, Mi-*
" *himetipſi neutiquam impactam velim, neq; de Me jure dictum,* Canem
" feſtinantem Cæcos catulos peperiſſe. Item *cap.* 12. *De Natura,*
" *uſu, & Virtutibus Balneorum, prolixam & particularem rationem,*
" *Deo dante, Tractatu juſto ſuper hac re, principiis Noſtris conſonam,*
" *reddam; quem tam in Gentis, quam loci honorem, quum nemo tale*
" *antea auſus fuerat, lingua ubicunq; fere recepta, conſcribere deſigno,*
" *cujus quidem delineatio cap.* 7. *habetur. Quumq; iſtius indolis opus*
" *inſtituerim, & in Obſervationum Centuria, quam Speciminis inſtar,*
" *aut Structuræ Noſtræ inſequentis fundamenti loco, publici juris facio,*
" *non pauca ad idem ſpectantia, nunc temporis publicaverim, intra No-*
" *tandorum quorundam limites Meipſum continebo, donec in liberiorem*
" *Tractatus alterius campum intrepidus deſcendero.*

Sed relicto Apodyterio, ædem *ipſam ingredere* Lector Benevole: *Tractatum hunc* (*quod ad Thermas ſpectat*) Juſtum, & Tenacem Propoſiti virum *amplectere, Verniſq; hiſce Naturæ, Naturalis velim Philoſophiæ, floſculis, Nares Tuas refice, quibus, Mi Lector! fruere, & Vale, a candore Tuo venia prius impetrata, quod in Conſpectum Publicum adeo* tarde *prorepſerim. Monendus etiam tametſi Scriptorum* Mapletii, & Antiquitatum Noſtrarum Bathonicarum *materia, Opus hoc mole ſua longe ſuperaverit, Excerpta tamen, hinc & inde allegata, præſertim in* Appendice *ad Caput IX,* Capite *X, & ſequentibus de Thermarum* Virtutibus, *memorata, ad fidem meam liberandam abunde ſufficiere, licet Scripta ipſa pro* Secundo *Volumine, ſuo tempore Componendo, reſtent.* Thermarum *etiam nomen in ſequente Tractatu de Aquis* Tepidis *aut* Subtepidis *uſurpo, ut calorem in aqua Medicata aliqualem, ab aqua* frigida *diſterminem. Hoc in loco de Rebus hiſce* Lectores & Amicos *monitos volui, & quod* Figuras *Nonnullas, ſpeciatim iſtas in* Appendice *ad Caput IX, ob privatas rationes, viſum erat ſupprimere. Vobis itaq; impræſentiarum Valedico,* exacto *hoc Amoris mei erga Patrias Thermas* Monimento, *quod Favor ſolum Veſter reddet* ære perennius. *His præmiſſis, Vobis Omnibus, & Veſtrum Singulis, hic, ut in Limine, S P D V Q*

Emolumenti Veſtri *Studioſiſſimus,*

T. G.

IN
THERMAS BATHONIENSES

Ab Ingenioſiſſimo *Authore* nuper Illuſtratas.

INſelix gelidas *Narciſſus* conſulit undas,
Et rapitur Speculo præda Tenella Suo.
O *duros* animos, & *inhoſpita* pectora Lymphæ,
Quæ nimiùm dirâ *Frigiditate* riget!
Sed *Tu* Mille procos gremio amplexata *Tepenti*,
Alma! Tuis *Calidis* Nobilitaris Aquis.
Cùm, *Dea*, Tu circum *torpentes* volveris artus,
Ægraq; Vivificus permeat Oſſa *Calor*,
Erigitur *Natura* gravi depreſſa Veterno,
Gnaviter & *Priſco* fungitur Officio.
Exiluere *Senes*, duxere tripudia *Claudi*,
Et bibit *impavide* Te ſitibundus Hydrops.
Fauſta *redonatæ* venerantur Sydera *dextræ*,
Et fundit gratos *Lingua* Soluta ſonos.
Haud alitèr, Volucres *Brumâ* ſtringente Canoras,
Et Cœli liquidam *conglaciante* viam,
Primùm ubi *Sol Vernus* geniales ſparſerit ignes,
Frigidaq; inſecit corda *Tepore* novo,
Turba *Salutatrix* conſurgit, & aera pennis
Dividit, & *Cantu* perſonat omne Nemus.
Tu, *GUIDOTTE*, Sacros fontes, *Secretaq*; Aquarum
Noſti, quoq; modo Bella *quieta* cient.
Sulphureo quùm *caſta* toro Tua *Virgo* recumbit,
Montibus, ut *muris*, cincta, velut *Danae*,

(Nam

(Nam *facilem* quæ ſe Nympham, Cunctiſq; *benignam*
Præbuit, haud ulli, quam Tibi, *Nota* fuit)
Tunc Tu *furtivos* Oculatior *Argus* amores,
Et quo deſcendit *Jupiter* imbre, notas.
Ingenio tradente facem, cuncta *Abdita* luſtras,
Ipſe *calor* per Te *fervet*, & unda *calet*.
Æternùm Te *Terra* canant, *GUIDOTTE*, *Poluſq;*
Suſtinuere vices *Ignis*, & *Unda* ſuas.
Te *nova* pandentem *poſthac* mirabitur Orbis,
Jam ſtupet *attonitus* Myſtica *Luce* frui.
Principium, *Virtus THERMARUM*, *Cauſa Caloris*,
Ingenii agnoſcunt munera *magna* Tui ;
Et *Noxas* pariter tanto *Candore* recludis,
Ut *Nulli* Thermæ cauſa *doloris* erint.
Perfecit *tandem* Mirandæ indaginis *Author*,
Doctrinâ clarus, clarus & *Ingenio* ;
Cui dedit *Imperium* mentis ſolertia Magnæ,
Bladudus poſt TE Commemorandus erit.
Digno *Laude* Viro, *Muſæ* libamina fundunt,
Hoc *præſens* Ævum, cætera *Poſteritas*.

J. Layton, *A. M.*

DE THERMIS BRITANNICIS.

CAP. I.

De Balneis Bathonicis.

Capitis Summarium.

Bathoniæ *descriptio.* Balnea *Sex, Majora tria, Minora totidem* Regalis *Balnei descriptio.* Bladudi *Britannorum Regis statua.* Tabella *Vicina.* *Officium* Servientis. *Manu-pœna. Descriptio Balnei* Reginensis. *Cryptum,* The Parlour. *Columna nova in Balneo* Reginæ. *Balneum* Crucis *descriptum. Descriptio Balnei dicti* Calidi. *Balneum potius* Longum *dicendum.* R. P. *Armigeri* Balneorum *omnium elegans descriptio. In quibus conveniunt, aut differunt. Ab aqua* Balneis *Contenta differentia. Differentia a dimensionibus. Aquæ quantitas in* Balneis. *Spatium Temporis quo implentur. A gradibus* Caloris *discrimen. Balneum* Calidum *olim* Calidissimum. *Argumenta* Calorem summum *suadentia Balnei* Calidi. *Graduum* Caloris *descriptio alterius.* Caloris *graduum exactior Observatio nupera, ope* Thermometri.

BATHONIA Civitas est in Australibus oris Angliæ posita, & in Agri Somersettensis, Boreali parte extima, Wiltonienſi, ac Gloceſtrienſi, Comitatibus contermina, mon- Bathoniæ *descriptio.*

De Balneis Bathonicis.

tibus cincta, & *Avone* flumine fere circundata, aditu autem minus facili; sita tamen est ad montium pedem, in Valle pratis & pascuis Orientem versus & Occidentem, abundante, & fluvio irrigua, numerosis etiam aquarum frigidarum scatebris passim undique erumpentibus. Abest a *Bristolio* decem millia passuum; Civitate *Wellensi*, de Fontibus olim dicta, quindecim, & *Londino* præter propter Nonaginta. In gradu Longitudinis decimo septimo, cum viginti minutis; Latitudinis quinquagesimo tertio, & Minutis quadraginta, Autore Ptolomæo; secundum autem *Neotericorum* Calculum, Longitudinis vicesimo quinto, & minutis viginti; Latitudinis vero, quinquagesimo primo, & minutis octo & viginti; aut, ut aliis placet, viginti. Vix plures quam mille passus occupant ædificia Civitatis venusta, cujuscunque generis Hospitibus, Magnatibus & Satrapis, excipiendis accommoda; *Serenissimarum Majestatum Regiarum* etiam præsentia, interdum decorata, & muro Validissimo, optimis lapidibus speciosius extructo, quatuor portis Cardinalibus munito, comprehensa; adeo ut melioris notæ *Germanus* quidam advena huc apulsus, & *Civitatis Balneorumque ichnographiam* manu propria delineans, testatus fuerit, *Civitatem esse Eminimis pulcherrimam, Suburbia* magna, & *Civitati* fere sunt æqualia. Istis vero extra Portam Borealem, ubi quoddam quasi oppidulum, *Pannificiis* quam nunc dierum olim celebrius, & Ecclesia *Divi Michaelis* Honori quondam consecrata, Parochia *de Walcot* antiquissima, & nummorum Romanorum ferax adjungitur. Ab Austro vero, ultra pontem lapideum, pluribus fornicibus belle ornatum, & portam alteram exteriorem amplam, interiore alia versus urbem existente (cujus exterioris portæ Janitoris ædicula,

D. *Lau-*

D. *Laurentij Capella* vulgo reputata, ſuper Orientalem pontis partem mediam, ſcutulis quibuſdam, denſa ſerie lapidibus inciſis, ab ingreſſu conſpicua, erigitur, ad cujus introitum *Leonis* & *Urſi* erectorum Statuæ lapideæ utrinque ferocius apparentes, & Urbem quaſi cuſtodiunt, & intrantes ſalutant) Parochia de *Widecombe*, in qua *Holloway*, annectitur, una cum *Morotrophio Joannis Cantelew*, Prioris quondam *Bathonienſis* pietate fundato, & Capella D. *Mariæ Magdalenæ* honori & memoriæ olim dedicata, ubi Idiotis quibuſdam utriuſque Sexus, Victum, Cubile, & Præces, laudanda Fundatoris pii munificentia aſſignavit. De *Eccleſia Maxima* Divorum *Petri* & *Pauli* infra Civitatem, & *Benedictinorum Cœnobio* vicino, olim dicto Sancti *Petri*, una cum *Schola publica*, & *Antiquitatibus* Britannicis, Saxonicis, & Romanis, in iſtius argumenti opuſculo ſeperatim diſſerui.

De Balneis Bathonicis.

In hac Civitate, & ipſius fere meditullio, *Balnea Calida* ſcaturiunt, & ambitus majoris tria ſunt, *Regale viz.* cum *Reginenſi* Appendice; *Crucis* etiam, & *Calidum*, (ſic dictum nomine omnibus competente illorum uni minus proprie attributo, quum potius *Balneum Longum* appellari debeat, ut in ſequentibus apparebit) cui adjungitur *Leproſorum Balneolum* a Calido derivatum. Eſt & *Balneolum Equinum*, appellatum, extra muros, in Suburbiis Auſtralibus collocatum, quo in morbis *Equorum*, ad Nervos Ligamenta, & Tendines ſpectantibus, uti ſolent, & ex aqua a *Regio* abundanter & continuo reflua, & ad fluvium tendente, in quem exoneratur, conſtat. Quum autem mineralibus, aliiſque contentis, majori aut minori proportione comprehenſis, ut & caloris gradibus, intenſione aut remiſſione ſolum differentibus, omnia, licet non æqualiter inficiantur, vi-

Balnea *Sex*, *Majora tria*; *Minora Totidem*.

De Balneis Bathonicis.

ſum eſt uno Capite omnia complecti; in quibus autem conveniunt, aut quibus diſtinguuntur, paucis oſtendere.

In quibus Thermæ Omnes conveniunt.

In hoc itaque præcipue *Balnea* omnia Conveniunt, quod majora tria, ut dictum, numero, *Regis* viz. *Crucis* & *Calidum* ſive *Longum Balneum*, quæ ſcatebras proprias obtinuerunt (*Reginæ Regali* appenſo, & ab eodem repleto, & *Leproſorum Calido*; nam de *Equino* hic dicere nihil attinet) eadem Contenta, ejuſdem ſaltem naturæ, univerſim participent, tantum *Longum* majus quiddam *Regali* & *Crucis* in ſe Complectitur, quemadmodum ex *Obſervationibus* quibuſdam conjicere licet; quæ ultimo memorata, *Regium* viz. & *Crucis*, in Cado, Congio, & Pinta, quod ad Contenta ipſa & contentorum proportiones attinet, parumper diſtinguuntur, adeo ut quod in uno illorum deficit, in altero Complementum recipit, & compenſatur.

Vid. Obſerv. 11, 12, 13. 72, 73.

Quibus diſtinguuntur.

Differunt *Thermæ* dimenſionibus, & Gradibus Caloris.

Regalis *Balnei deſcriptio.*

Balneum *Regale*, Auguſtius & Maximum, Longum eſt, menſura, ex præſcripto meo, accurate inita, pedes quinquaginta Septem, & decem digitos: Latum vero pedes quadraginta, & digitos octo. Non muro tantum ſpecioſo optimis Lapidibus, iſti uſui

(*Y) inſervientibus * cancellatim diſpoſitis, extructo, *D. Franciſci Stonori de Stonor* in agro *Oxonienſi*, Equitis

D. Fran. Stonorus *de* Stonor, *Oxonienſis Eq. Auratus Benefactor egregius.* Aurati, dono, *Anno Domini* MDCXXIV, ſed ædificiis etiam venuſtis, undique fere cingitur. *Areas* habet inſuper latioribus lapidibus eadem munificentia ſubſtratas, ad circumambulandum, alloquendum

(*Z) etiam, & * videndum illos qui *Thermis* immerguntur, ſupra murum ad mediæ ſolum partis corporis altitudinem foras elevatum. Intra *Balnei* aream

Arcuatæ

Arcuatæ Sedes, ſive * *Fornices*, lapideæ viginti octo numerantur, in quas Balneantes pluviis Tempeſtatibus ſe recipere poſſunt, & ſecurius confideant; & in Balnei medio, * *Fabrica*, quædam *Lignea* apparet *Anno Domini* MDCLXIV non ſine magnis Civitatis Sumptibus, erecta, quam *Crucem* vocant, curioſe quidem fateor auro ornata, & imaginibus decorata, *Balneantibus* etiam quibus aqua calidiſſima, * *Culina* dicta, uti par eſt, excipiendis accommoda, ob edacem tamen *Thermarum* naturam, quæ non *lignum* modo, ſed & *ferrum* corrumpunt, vix diu duratura. Ad Auſtro occidentalem *Crucis* hujus angulum *Regalis* Balnei * *Scaturgio maxima* & Calidiſſima erumpit, quæ *Ciſterna* lapidea inverſa tecta, * *Antliam* minimam admittit ut aqua ab ipſius ſcatebræ puriſſimo fonte illico promanans, in *Potantium* in Balneo *Aquam Thermalem*, ſi qui fuerint, beneficium cedat. *Antlia* hæc erecta nutu & conſilio Angliæ &c. nuper Regis Clementiſſimi CAROLI SECUNDI Primarii medici D. D. *Alexandri Fraiſeri* Equitis Aurati, *Anno Domini* MDCLXXIV. Ochra hic cum Scaturigine Regia erumpens jugiter, perenni ebullitionis motu, ita elaboratur, ut lapidibus affixa *Pictoriam* æmuletur. Sub hac *Ciſterna*, inventæ fuerunt *Nuces* quædam virides, de quibus poſtea plura dicentur. (*K) (*B) (*C) (*F) (*G)

De Balneis Bathonicis.

In muro auſtrali ſuperné, intra Cavitatem, viſitur *Bladudi*, Britannorum quondam, uti ferunt, Regis, & Balneorum Fundatoris, *Statua*, induta habitu Britannico Regali, & prope Literæ parieti appictæ, inſtar Tabellæ, quas annis aliquot retro actis in Bladudi notitiam apponi Curavimus, quaſque vir Doctiſſimus *Róbertus Pugh* in Tractatu illo, quod *Balnea Bathonica, & Aquiſgranenſia*, ex inſtituto meo, comparat,

Bladudi Statua,

De Balneis Bathonicis.

parat, Romani Juris fecit, ut in ſequentibus exprimitur.

Annuli ærei ferreis præferendi.

(* W)

Porro, * *Annuli* olim ferrei, jam vero experientia duce & docente, ne a Thermis corodantur, *æneæ*, utrinque ſedibus affiguntur, in Balneis utentium Subſidium, & Robur, Hoſpitum quorundam Benevolorum dona, qui ideo habent nomina ijſdem inſcripta.

Balneorum Scalæ.

(* N. O. P. Q.)

(* T)

In Balnei angulis * *Scalæ* quædam ſunt, ſive Gradus introitus e lapidibus conſtantes, vulgo **The Slipps**, ad Thermas intrandas egrediendaſque, ſupra, aut juxta quas, Caſæ quædam ubique fere ſunt extructæ, vocatæ * **Cabins**, in uſum illorum qui ducunt Balneantes, dictorum **The Guides**, ubi morantur interdum, & veſtimenta deponunt. *Scalas* has occludunt Valvæ, donec præſtitutum Thermis utendi tempus approperat, quæ ſera etiam obſignatæ, intempeſtivum aditum omnino præcludunt.

Gralli baculique ſuſpenſi; & votivæ Tabulæ.

Muris quaquaverſum, & parietibus, appenduntur imbecillium, claudicantium, membris captorum, & male affectis quondam laborantium *gralli*, baculique, nec non *Tabulæ votivæ*, quaſi ampla Balneorum ſpolia, hoſtibus erepta, & in Dei Honorem, Thermarum famam, & in firmorum ſolatium magnum, & confidentiam majorem, annuatim appenſa, & publice expoſita. Memoriam autem ſingularem merentur gralli, qui in Balneorum Regis, & Reginæ interſtitio, ſupra Thronum *Bladudi* ſuſpenſi obſervantur, ac ſi *Thermarum Numini* hæc *Anathemata*, divino quodam jure ſacra, Balneantium oculos, animoſque, gratiori ſpectaculo oblectarent allicerentque; nec minori voluptate ſpectantur pueri, qui in *Thermis*, præſertim *Regiis* ludentes, & apertis oculis, in ijſdem demerſi, nummos e Thermarum

marum fundo urinantes petunt, & in earundem ſuperficie Coram oſtentant, cujus ludicri meminit Polydorus Vergilius: *Ego*, inquit *vidi ipſos pueros in eo lacu natantes, e fundo mordicus argenteos nummos referre, jactatos per luſum a circumſtantibus in Balneas ipſas.* De Balneis Bathonicis. *Angl. Hiſt. l. 1. p. 43.*

Qui lavandi tempore Balneantes obſervat Gubernatorculus quidam eſt, qui tamen *Serviens* appellatur. Hujus eſt officium Miniſtris inferioribus officia præſcribere, munia regulare, & cavere ut omnia pacate, quiete, & modeſte in Balneo agantur. Balneum mane & ſero frequentat quotidie, & qualibet nocte, durante Balneandi Tempeſtate, hora intra decimam veſpertinam, ſonitu campanæ, Balneorum fores occludendas curat; ductoribus etiam imperat, ut quotidie in *Crucis* Balneo, *Fervidoque*, minus capacibus, & bis in Septimana, aut diebus alternis in *Regali* ampliori, *Thermarum* latera, & fundum *ſcopis* & *carpariis* optime *repurgant*; ut quatuor *Antliæ*, *majores* duæ, in * *Regio* viz. & * *Reginenſi* Balneo una,. Digniſſimi viri *Humfredi Brown*, Mercatoris Londinenſis ambæ donum, unaque *minor* Thermarum nimirum *Aquæ Potoribus*, aſſignata, in Balneo, *Sicca* dicta extra Balneum, impenſis utraque Civitatis erecta, * *Aquæ-ductus* etiam & aqua Potabilis labe nulla contaminentur, aut defectu laborent. Salutat etiam & cognoſcit Hoſpites, adeo ut vix ullus illum lateat, qui ad *Thermas* accedit Quinetiam monendi jus habet in *Sellarios*, ſive *Bajulos* qui ſellis quibuſdam, panno tectis, antrorſum, retrorſumque bajulandis Balneantes ab Hoſpitiis ad *Thermas*, indeque retro ad Hoſpitia reportant, non tamen puniendi caſtigandique, multo minus exauctorandi, quod *Prætori* incumbit. In præſenti *Servientis*. Servientis *munus*. (*I) (*G) Humfredus Browne. *Merc. Lond. dedit Antlias duas.* (*G. F.)

De Balneis Bathonicis.

Servientis officio *Regalis Balnei* eſt *Georgius Maſters*, qui eodem diligenter, & egregie defungitur. Advocatus etiam idem Juratus, Attornatus vulgo in Anglia, *Prætori*, & ejus *Curiæ* ſolennitur inſervit.

Manu pœna.

Ultimo, Pœnæ quoddam genus in minorum criminum reos infligitur, quo manu in foramen Ligni Tabulati, inſerta & ſera occluſa, carpo tenentur, nec a loco dimovere poſſunt, niſi venia conceſſa manumittuntur. Parieti Orientali juxta Regalis Balnei * oſtium Boreale, communi itus redituſque in Cæmeterium via, affigitur hæc *Manu-pœna*, & vocatur vulgo, **The Hand Stocks**. Quæ de Balneo *Regali* dicta ſunt, de cæteris magnam partem intelligenda velim, ideoque quum ijſdem tractandis non ſit diutius immorandum, illorum hiſtoriam paucioribus conficiam.

(***)

Reginæ *Balnei deſcriptio.*

Balneum *Reginenſe*, Regali appendit, nec ullas Scatebras proprias obtinuit, ſed Thermalem aquam recepit per * ſpatium patens ſemper in muro utrumque Balneum diſterminante, *oſtii forma*, relictum, per quod é Regio in Reginenſe ingreditur Balneator. *Cryptum* etiam ſive *Conclave* poſſidet ad Balneandum privatim, quod Anglicana dialecto vocant * **The Parlour**, ubi occluſis Valvis tam à Cæli injuriis immunes, quam à reliquis ſegregati, plures una poſſint conſidere. * Privatæ Scalæ privilegium *Gualtero Chapman* Senatori, dicto Aldermano, olim conceſſum, & Hoſpitio dicto **The Hart Lodgings**, annexum, ob rationem traditam inferius. *Cameram* etiam *tectam* habet, unde in Balneum conſpicitur, in qua *Antlia* quæ dicitur *Sicca* conſtituitur, ad inſpergendum Caput, Humerum, Genu, parteſque nonnullas alias eorum, qui a Thermarum

(*b)

(*e)

(*f)

rum calore noxam aliquam pertimescunt. Erecta hæc *Antlia*, Civitatis impensis, procurante *Joanne Ford* Pharmacopola, *Prætore*, *Anno Domini* MDCLXI. *Altera* etiam camera potitur in propatulo, olim plumbo, jam latioribus lapidibus substrata, lapidibus cancellatim dispositis, versus Balneum erectis; ut in Thermas subjacentes spectatum sit melius, in qua, voluptatis causa, consistere solent illi, qui Balneo usi sunt, aut uti desiderant, nec non *qui Thermarum aquam potant*, hoc in loco liberius conveniant, postquam eandem, ex *Antlia* Vicina *Sicca* eructatam, in ipsa Camera, aut inde huc allatam, bibissent. * *Antlia* etiam altera in Balneo, muro orientali vicina, hic conspicitur, Thermalibus aquis illuc * *Canaliculorum plumbeorum* ope in Balnei fundo, ut in Regali, terram perreptantium, à Regio deductis. Erexit *Antliam Humfredus Browne*, Mercator *Londinensis*, Anno MDCXXIII. ut ex hac inscriptione, communi Anglorum dialecto, supra *Antliam* legenda, constat. *Ut Deo sit Gloria, ab omnibus beneficium inde olim acquirentibus, Ego* Humfredus Browne *hanc Antliam erexi, Anno Domini* MDCXXIII. Balneum hoc viginti quatuor pedes, & duas uncias, aut si mavis, digitos, latitudine comprehendit; & in viginti quinque pedum, & quatuor digitorum longitudinem se extendit. * *Fornices* tres australes, & unum latum Borealem habet, *Scamnis* lapideis, per totum fere Balnei tractum orientalem, muro affixis, & ibi tantum non inventis ubi Antlia constituitur. Utrumque Balneum *Regale* & *Reginense* undecim, aut (certissime) duodecim horarum spatio ab Evacuatione repletur. Balneum *Novum* hoc quibusdam dicitur, eo quod ultimo institutum; circa annum MDCVIII, aut paulo forsan prius, ut Regalis Balnei aqua, quam huic fœneratur, temperatior evadat, inque illud, tanquam in refrigeratorium quoddam, transiret commodius.

De Balneis Bathonicis.

(* g)

(* fH)

(*)

(* hh)

Balneum Novum *dictum.*

De Balneis Bathoniciis.

dius. *Gualterus Chapman* Senator, dictus Aldermanus, *Bathoniensis*, melioris notæ, & fortunæ opulentioris Civis, fundi sui partem ad ampliandum Balneum Civitati concessit. Obiit Decimo Secundo die *Augusti* Anno Domini MDCXXIIII, ætatis suæ LIV, natus Anno MDLXX. Accidit igitur hoc Balnei incrementum, aut præcedentis Centuriæ fine, aut principio instantis. Anno MDCLXXXII *Edwardus Bashel*, Prætor, murum novam lapideum è sectilibus lapidibus *cancellatim* dispositis, parti occidentali Balnei *Reginensis* addendum curavit, ad eundum prorsus modum quo *Stonorus* Eques pridem in *Regio* extruxerat, quo *Regis* & *Reginæ* Balnea exteriori via latioribus lapidibus substrata, & gradibus ornata, occidentem versus, uniuntur, & redduntur uniformia, impensis Civitatis, unde utrique Balneo tam *Uniformitas* accessit, quam *gratius spectaculum* oculis obversatur.

(*c)

Nuperrime verò, Anno *viz.* MDCLXXXIV, *Gualtero Hicks* Prætore, in media Balnei parte, Civitatis etiam Sumptibus, * *Columna* erigitur, circa quam è vivo Saxo sedilia collocantur, una cum columellis quatuor angularibus, & Testudine etiam lapidea superne circumducta, quæ à Cœli injuriis sessitantes defendit. Columnæ parti summæ, *Globo* infixa lapideo, & auro ornata, *Corona* imponitur. Optandum quidem foret, ut Balneum *hoc*, quùm cæterorum dimensionibus ambitus ejus cedat, & *Regali* Calidiori opportune adeo adjaceat, ad Balneorum ferè omnium *Exterorum* modum, operculo quodam commodo *regeretur*, quod injurias omnes Cœli, & Tempestatum *inæqualitates*, omninò prohiberet, & usum ejusdem *Hyeme* Tutum redderet, & Balneantibus utilissimum. Defectum hunc observarunt, culparuntque tam *Extranei*, quam medici *Indigenæ*, ut in Alloquio ad *Lectorem* memoratum plenius, & præsentium quorundam, aut futurorum

Balneum hoc, *commodius* tegendum.


Reverendo admodum
Antistiti.
THOMÆ. BARLOW
Lincolniensi Episcopo.
Tabulam Hanc
Balneorum Regis et
Reginæ faciem imam
Exhibentem:
D.D.D. T.G.
Berkeley
Carne
N

[illegible] munificentia, in *Bonum Publicum*, forsan, aliquando supplebit.

De Balneis Bathonicis.

Balnei Crucis descriptio.

Crucis BALNEUM, a majori Cruce in medio quondam constituta, ita dictum, privatum magis, utpote præalto [illegible], & delicatulis usurpatum, jam succedit. *Longum* est viginti quatuor pedes, digitos Sex; decem & novem pedes & undecim digitos *Latum* versus Boream; duodecim autem pedes austrum versus. * *Fornices* lapideos habet sedecim, *Antlias* etiam duas, * minorem unam, potandis aquis; *alteram* * majorem, membris irrigandis destinatam. *Cameras* etiam, sive *Xystos*, longiores duas, utrinque, Notum versus & Meridiem clausas, tectas superne, & Balneum versus, a latere apertas, ubi [illegible] luti advenæ congregantur, & balneantes [illegible] alloquendoque tempus suum terunt. In australi camera conveniunt fidicines, qui instrumentis musicis Balneantium animos conducti oblectant. * *Cameram novam* versus Boream, *cisternam* etiam plumbeam, & *Antliam* potandis aquis accommodam, in eadem erexit nuper, Anno *viz.* MDCLXXIV, Honoratissimus Dominus, de *Bathonia* optime meritus, Dominus *ROBERTUS* nuper *Baro Brooke*, qui ab aqua Thermali hujus *Balnei* intus sumpta, in *Diabete* levamen maximum invenit, & hac amoris sui & gratitudinis arra testatum fecit. Cum vero Antliatæ aquæ *Thermalis* in Balneum recursus, alia evacuandi via haud parata, Balneum hoc in caloris gradu infimo positum, minus adhuc calidum efficeret, ad evitandum hoc incommodi, & Antlia etiam & Cisterna fuerunt sublatæ. Viri hujus Honoratissimi, *Thermarum* amantissimi, memoria Civibus adhuc charissima existit, ut *Pictura*, & *Insignia* ejus *gentilitia*, ubique fere in ædibus suspensa, testantur.

(* DD)
(* H)
(* G)
(* R)
Robertus *Baro* Brooke *Benefactor munificus.*

In Balnei medio jam non *Crux* est, sed * Columna potius, cui *Leo* insedit, *Cruculam* præferens. Columnam

(* B)

De Balneis Bathonicis.

nam media sui parte, Crepidinis instar, ambit *lamina plumbea*, nuperis sumptibus *Gulielmi Coo* Northamptoniensis Armigeri commodius appositæ. His remotis, Moles *Marmorea*, crucis veteris loco, *jam* apparet, de quâ agendum *Capite* X. Parieti Orientali & Occidentali affiguntur nobilium quorundam & generosorum *gentilitia Insignia*, lapidi affabrè incisa, qui Balnei hujus ope salutem recuperarunt, aut dederunt dona. Inter illa *Russelliana* Honoratissimorum *Bedfordiæ* Comitum, & *Pointziorum* etiam insignia apparent. Ad majorem caloris gradum Crucis aquis conciliandum * canalis cujusdam plumbei ope, aquas Calidissimas è vicino Balneo Calido dicto recipit, ut in Calidi Balnei descriptione dictum est inferius. Circa Balneum Crucis non secus ac Regium arcendi *Servientes*, qui, ut omnia cum ordine, & Decore fiant, prospicit. Præsentis nomen est *Franciscus Clift*, qui in *H. Dyer* defuncti locum, unanimo consensu, *superiùs* successit. Servientes vocantur, quia Gubernationis insignia portantes, *Lictorum* more anteambulando, Prætori Civitatis, & Ejus Curiæ, inserviunt. In scriptis etiam jus indicentibus, *Warrantis* dictis, communibus, *ad Claves Civitatis Servire* dicuntur. Hoc etiam Anno M DC LXXXVI. D. *Samuel Morland*, Eques Auratus, & in re Mathematica versatissimus, in Thermas Crucis, in sui ipsius commodum, haud frustra immersus, plumbeos Canales, ab hoc Balneo, ad Longum ducentes, commodius disposuit, & minorem Antliam, in Balneo Crucis, impensis propriis reparandam curavit. Porrò, hoc in loco prætereundum non est, quod in Honorem hujus Balnei, oblivioni nunquam tradendum, cedit; nimirum, hoc ipso etiam Anno M DC LXXXVI, Serenissimam *CATHARINAM*, *Caroli* Secundi clementissimi nuper Principis Reginam, Civitatem Bathonienſem præsentia sua beatam Tertiùm reddidisse; & divinæ Augustæque

Gulielmus Coo Armiger Benefactor.

CATHARINA *Regina Thermis ter usa.*


Pa:13
Illustrissimo
Doctissimoq Heroj.
ROBERTO BOYLE Armigero
Regalis Societatis Socio.
& Philosophorum Principi
Cruciati Balnej Ichno-
graphiam Autor D.D.D.
L.M.Q.
Ald: Gibbs

ſtæque animæ habitaculum, in recuperandæ ſalutis ſpem, quod faxit Deus! ad dies aliquot, *undis his calentibus* ſubmerſiſſe; nec non *Aquam Thermalem* Antliatam, tam *Regalis Balnei*, quam *Crucis*, non ſine laudibus *piâ & beneficâ Reginâ* dignis, *Sereniſſimo* ore liberalius hauſiſſe. De Balneis Bathonicis.

Balneum Calidum à Crucis Balneo paſſibus perpaucis, triginta circiter disjunctum, altioribus ſepimentis, Crucis inſtar, cinctum, apparet, Fervidum dictum & Præfervidum. *Longum* eſt triginta pedes, octo digitos cum ſemiſſe; tredecim pedes, digitum unum cum ſemiſſe *Latum* verſus Auſtrum; tredecim pedes, & digitos undecim *Latum* à parte Boreali, illique idem præeſt Servietis, ac Crucis. * *Antliam* etiam habet, & (*O) * auſtralem *Cameram*, (*R) unde in Balneum ſubjectum commodior fiat deſpectus; minus tamen in uſu eſt, ob *Leproſorum* vicinam, quum aliter virtute reliquis æquali polleat ejus aqua; ſed ob dictam rationem, & quia minus ornatum eſt, Balneum negligitur. Utentibus autem hoc Balneo minimè obeſt Leproſorum Balneolum, cujus aqua per * foramen in Moro Fervidi in Leproſorum decidens, & inferius multo ſubfidens, non regreditur; ſed porrò pergens, aliorſum amandatur. * *Arcuatas ſedes* habet novem; & *Antliam* etiam ſiccam, cum * Camera huic uſui ſatis accommoda, & ex Antlia in Balneo, in Crucis Balneum Vicinum, Thermalis aqua ad majorem Caloris gradum Crucis Aquis conciliandum derivatur. * *Columna* etiam, Crucis nomine jam vocata, in medio hujus Balnei conſpicitur, Anno MDCLXXXIII, in Civitatis juris privilegium, à *T. Snaylam* lapicida fabrefacta, & conceſſa, Civitatis autem ſumptibus erecta, *Roberto Hayward* Prætore. Balnei Calidi aut Fervidi deſcriptio. (*L) (*E &c.) (*Q) (*P) (*D)

Antliam Calidi in Balneo; *Siccam* ejuſdem extra Balneum; Crucis etiam *Antliam* majorem, fieri fecerunt, & dederunt dono, *Archiepiſcopus Eboracenſium*, & Archiepiſcopus Eboracenſium, & D. Hugo May dederunt Antlias.

De Balneis Bathonicis.

& Dominus *Hugo May*, ut dictum est alibi. Balneum hoc, ut olim Calidissimum, ita etiam magis celebrem existimo. Quum enim in aqua frigida, aut fluvio, Lavatio, *Balneatio* audierat, & audit etiamnum, aquâ Calidâ in hac urbe primitùs observatâ, Balneum, forsan, hoc *Calidum* appellarunt, ut à Balneo *frigido* distinguatur. Verum de Balneorum *Antiquitate*, & gradibus *Caloris*, in fine *Capitis*, & in *Appendice* ad Caput IX, pleniùs differui. Rectius autem, respectu habito ad figuram, *Balneum Longum*, aut *Oblongum* appellari debeat, quum longitudine ad latitudinem comparata, Balneis reliquis *Longius* appareat: Longitudo enim parte plus quam dimidia latitudinem ejus superat. Balneum hoc *Calidissimum* olim dictum, eo quod scatebrarum Calor in eodem caloris gradu, aut Tenore *inalteratus* semper persistat, secus ac in *Regalis* Balnei aquis accidit, quæ nunc Calidiores, aliquandò minùs Calidæ existunt, prout Scatebra *Maxima*, ad Calorem Balnei augendum minuendumve, pro *Servientis*, aut *Ductorum* Voluntate, inclusa, aut exclusa fuerit. Hoc luculenter apparet ex *Observationibus* quas *Thermometri* ope aliquando persecimus, & graduum caloris *Tabulæ* in fine Capitis subjunximus; clarius autem ex *Figuris* in *Appendice* ad Caput IX, quas ob rationes *privatas* visum erat Nobis *nunc* Temporis supprimere. De Leprosorum Balneolo notatu dignum nihil aliud occurrit, nisi quod * *Scatebram propriam*, & omnium forsan jam *Calidissimam*, obtineat.

Balneum olim *dictum Calidissimum*, & ratio.

(* Y)

Vid Tab. Thermometric. in fine capitis.

Verum ut *Balneorum* omnium Descriptio, numeris quibuscunque possit, absoluta sit, quum à nobis solum necessaria, in præcedentibus, currente calamo, sint descripta; * alterius *Scriptoris* de iisdem *pressius*, & more magis Oratorio, in quibusdam licet *minus cautè* disserentis verba, hic subjungam; eoque pronius, quod quæ de Balneorum dimensionibus hactenus dicta fuerunt

* *Cl. Viri* Roberti Pugh *vita Puncti.*


Virtute Heroica Amore Patriæ.
& fideli in Reges prosapia Nobili THOMÆ.
STRANGWAYS, de Melbury Sampford in
Comitatu Dorset Armigero Affini plurimū
colendo Nec non SUSANNÆ Joannis RIDOUT
Armigeri filiæ & Hæredi Consanguineæ utpote
Avunculi Natæ. Oblongi Balnei, vulgo
Calidi Ichnographiæ Oblatione
Autor VS

tunt, de fornicibus, & Scalis, non comprehensis, intelligenda sunt.

De Balneis Bathonicis.

Regii *Balnei perpauculis à summa æde passibus disjuncti, figuram aspectumque sic accipe; Exclusis parietum, quibus continetur, scalarumque recessibus,* in longitudinem *Sexaginta pedes porrigitur, patetque in* latitudinem *Triginta novem; fornicibus vero, scalarumque gradibus, & sedilibus comprehensis, adjiciendi utrique dimensioni,* pedes quinque, *ut proinde sit omnino* pedes sexaginta quinque *longum hoc Balneum, latumque* quadraginta quatuor. *Medio secundum longitudinem spatio, stat* Lignea moles *eleganti opere, turriti instar Tabernaculi, patente transitu, affixisque cum introrsum, magno Lavantium commodo, tum extrinsecus* scamnis, *dum prorumpentium eo loco scatebrarum, à modo obambulantibus, modo per intervalla sessitantibus,* primus fervor *excipitur. Sunt tamen in utraque extremitate, tum ad septentrionem longo ordine* fornicati recessus *circiter* * *XIV, in quibus subducentibus se ab imbribus, si quando ingruerent, imo quoties libitum cuique est, considere licet. Ad Austrum vero sedilia duntaxat in propatulo tota muri longitudine protenduntur. Adhæc subjiciuntur nimium subsidere nolentibus* Mobilia Saxa, *quæ Balneatores, utique duri homines,* pulvinorum *molliori vocabulo cohonestant. Substernitur undique duplici, latoque admodum gradu,* pavimentum *usu tritum & lubricum, cui propterea, ut insistere, aut ingredi, sine casu aliquo, aut prolapsu possis, in promptu sunt parietibus affixi, quos manu prehendas,* annuli ferrei. *Ex circumstructis supernè* pergulis, *præterquam ab australi latere, despectus patet in* Balneum, *quatuorque diversis ex locis descenditur, apertis* Scalarum *valvis, quæ dominicis diebus, horisque intempestivis, quemadmodum in cæteris etiam urbis* Balneis, *occluduntur, Conspicitur porro è Septentrionali latere*

Horo-

Bal. Bathon. & Aquisgran. Comparat. Epist. Sect. 15. Balneum Regium.

* *Numerantur fornices XXVI. præter australes duos latiores.*

De Balneis Bathonicis.

Horologium, *tum* solare, *tum* rotatum, *quo monearis ne præstitutum in* Balneo *Tempus excedas. Ornavit hujus Balnei muros, ejusdem qui pavimentum etiam substravit,* Francisci Stonori *de* Stonoro, *Equitis aurati munificentia eximia, superadditis è Sectili lapide* tortuosis cancellis, *cujus etiam extant inserta Australi muro* Gentilitia Insignia, *& prope* Bladudi *Britannorum Regis* imago, *cum inscriptione Anglica, quam verbum è verbo sic reddimus.* BLADUDUS, LUDHUDIBRASII, OCTAVI A BRUTO BRITANNORUM REGIS, FILIUS, PHILOSOPHUS JUXTA AC MATHEMATICUS MAGNUS, ATHENIS EDUCATUS, HÆC BALNEA PRIMUS RETEXISSE, FUNDASSEQUE TRADITUR, ANNIS ANTE CHRISTUM SEXAGINTA TRIBUS SUPRA OCTINGENTOS, HOC EST, ABHINC BIS MILLE QUINGENTIS ET TRIGINTA QUINQUE.

ANNO DOMINI. MDCLXXII.

Sect. 16. Reginæ Balneum.

Reginæ *Balneum, hujus muri solius interpositu,* Regio *adjungitur; estque illo fermè dimidio angustius, quippe cujus æqualia undique latera,* Sedilibus *itidem* fornicibusque comprehensis, *nulla quadrati parte triginta pedes excedunt. Sunt hic à lateribus,* * *tres, quatuorve latiores* fornices *in quorum singulis percommode sex vel septem unà consideant, substerniturque pariter etiam duplici gradu ex quadrato lapide pavimentum, & parietibus adduntur, quos, ne prolabaris, arripias,* annuli ferrei. *Constat hoc non ex suis, sed influentibus, patente semper ostio, Regis Balnei aquis, eo temperatioribus quo sunt origine remotiores.* Binis *duntaxat, ab Occidente,* Scalis *huc descenditur,* * *inter quas reductus interior aquarum secessus est, valvisque clausus, decem circiter pedum longitudine, latitudineque pari. Cæterum, haud scio majorine advenarum commodo, an loci ornamento sint* densæ

* *Australes tres, & Borealis unus latior.*

* *Ab australi utriusque parte.*

ſæ admodum, excelſæque privatorum domus, *quæ tanquam Theatrali ambitu hæc Balnea includunt. Siquidem & conclavia intus* plurima nitidaque Supellectile *inſtructa, Hoſpitibus excipiendis in promptu ſunt, & eminentes extrinſecus è ſectili lapide cancelli* pergulæque, *jucundiſſimo proſpectu, alliciunt advenas, & quod Caput eſt expeditior hinc patet, vel ex cubiculis ipſis, in adjuncta Balnea deſcenſus, quam vel* geſtatoriis ſellis, *quibus remotiores advehantur, opus ſit.* De Balneis Bathonicis.

Inter orbis Compita, ac velut interiore in ſinu, ſunt alia duo Balnea, magnitudine, murorumque quibus cinguntur altitudine non admodum inter ſe diſſimilia, Crucis *nimirum* Fervidumque, *paſſuum circiter Triginta ſpatio, inter utrumque interjecto. Habet* Crucis *Balneum* Sedilibus fornicibus, & gradibus *Comprehenſis, pedum tantum viginti novem longitudinem; latitudinem vero viginti trium; eſt tamen oppido Concinnum, commodumque: Elegans ſane, medio ſpatio, conſurgit* moles, *cujus diſtincta in orbem Columellis Sedilia, alſideſque, Conopæi inſtar,* teſtudo *modica Coronat, quam* * *hoc anno expaſſæ plumbeæ laminæ additamento, tanquam reſtitutæ hic Sanitatis Anathemate, dilatavit* Gulielmus Cous, *Northamptonienſis Armiger. Ornamento eſt Superius LEO Erectus* triumphalem *Unguibus* Crucem *præferens, qua Vicit* Leo *de Tribu* Judæ, *& a qua inditum huic Balneo nomen Veriſimile eſt.* Triplex *hic, opportunis horis, pateſactis Scalarum valvis, eſt aditus, & extructi, ſpectantium commodo, in utraque extremitate,* Xyſti, *quorum uno locum auxit, hoc itidem anno, vir inter Angliæ Proceres, de hac* Urbe *præclare meritus,* ROBERTUS *Baro* Brookeus. Sect. 17. Balneum Crucis. * 1675. Gul. Cous Armiger.

Balneum Fervidum, *cum* Sedilibus & Fornicum *Scalarumque receſſibus, eſt* longum *Triginta pedes;* latum *vero Octodecim; habetque extremorum unum altero explicatius, ſibique adjunctum, cujus ſupra meminimus,* Leproſorum *Balneolum.* Sect. 18. Balneum Fervidum.

De Balneis Bathonicis.

Intrant hæc Balnea Viri subligaribus linteis *umbilico tenus induti*, pileoliſque nocturnis *ab aura defenſi*, *cætera nudi*, *niſi cui libuerit* interulis *ex ſimplici linteo*, & *pro more loci* vittatis, *reliquum corpus tegere*; *quod antehac perhibent non ſine maculoſæ*, *aut illuvie ſcabræ Cutis ſuſpitione factum*, *eique vitandæ coactos tunc omnes nuda pectora ſcapulaſque*, *ut pleriſque jam eſt in uſu*, *ab omni Contagione integras oſtentare*. *Fœminæ pariter ex ſimplici*, *necdum inſolato linteo*, talaribus *veſtiuntur* Supparis, *quibus pro cujuſque gradu aut arbitratu plus minuſve ab* atris tæniis *ornamenti additur*; *quemadmodum & capitum* calanticas, & cincinnorum redimicula, *honeſtioribus quibuſque* verſicoloribus vittis, & lemniſcatis ſegmentatiſque laciniis *concinnare*, *modeſte tamen*, & *voluti nocturno cultu*, *mos eſt*. *Quin etiam in* Crucis *Balneo ipſi confidentium fœminarum fornices*, *elegantibus* faſciis *inſtitiſque*, *aut* reticulatis *affectatæ* vericundiæ velamentis *obtenduntur*.

* Petron.

Præſto ſunt Utrique Sexui ad obſequia omnia paratiſſimi Balneatores, *niſi malis fœminas ancillantes cum* * *aliquibus* Balneatrices *dicere*: *Præſto inquam ſunt qui claudicantes infirmoſque ſibi innixos ſuſtineant*, & *modo ægros manibus artus defricent*; *modo* Antliæ *ſubditos vehementiore impetu*, *tanquam Torrente*, *perfundant*. *Libet hic cum* Jordeno *annotare hunc* Antliarum *uſum qui apud nos viget*, *in exterarum gentium Thermis vix uſquam adhiberi*, *ſed*, *illarum loco*, Stillicidia *quædam*, *ſive quas Itali* Duccias *vocant*.

Hor. Serm. l. 1. Sat. 3. Juven. Sat. 6.

Sed neque per Balneorum præfectos, *quorum cùm Balnea tempeſtivis horis aperiendi claudendique*, *tùm ne quid indecore fiat*, *cavendi munus eſt*, quadrante *lavari hic licet*, *dum expectatis*, *non pactis majoribus donis opipare habeantur*.

Augendo porrò famulantium numero adſunt etiam adductæ mercedulis Vetulæ, *quæ madidis redeuntium pedibus* Subſter-

Subſternunt *in gradibus* panniculum; *ut nihil dicam de* Cubicullariis, *aliiſque adminiſtris, qui lodicibus illico ac Strangulis involutos, vel in proximorum conclavium Cubilia inferunt, vel geſtatoriis Sellis, remotiora ad Hoſpitia, portant.*

De Balneis Bathonicis.

Ad ea quæ de Antliis *jam dixi addendum quoque nonnullas hic eſſe, quas, non ſatis apto nomine,* * Siccas *vocant, quod in adjuncto Balneis Conclavi, in Sicca ſedecula collocato veſtitoque, cuilibet unumquodpiam membrum, cæteris intactis, perfundi poſſit; ſuntque illorum potiſſimam commodo adinventæ, quorum calori renum, aut alio cuipiam morbo, totius corporis immerſio obſit,*

Sect. 22.
* *Quia in Sicco collocantur.*

Abſterſis præterea ſordibus, Regis Reginæque *alternis diebus renovantur aquæ; Singulis vero* Cruris, *fervidique, quippe anguſtioribus, eoque citius inquinandis, & ſæpius repurgandis,* &c. Huc uſque Ingenioſus Autor, & Ingenuus.

A prædicta dimenſionum Varietate *Aquæ Balneis Contentæ differentia* deducitur. Ad curioſitatem hanc ulterius inſequendam, ſolita menſurandi via, ope & ingenio *Ricardi Collins* inveni, Longitudine, Latitudine, & Profunditate, (quæ in *Balneis* omnibus eadem exiſtit) accurate apud locum æſtimatis, & computatione poſtea, ut artis eſt, inita, Balneum *Regale,* quatuor aquæ pedes & ſex digitos occupans, fornicibus Scalis, & Sedilibus excluſis, Aquarum Thermalium *dolia* (vulgò Tonnas) *Trecenta & quatuordecim,* cum *triginta ſex Cadi partibus* in ſe continere. Comprehenſis autem receſſibus, & Sedilibus, *Trecentas quadraginta ſex Tonnas, duos Cados,* & *triginta ſex Congios,* intra ambitum ſuum Complecti. Ad ſtatam altitudinem aqua, altius aſcenſura, quum pervenerit, in aquæductus Superiores, dictos **The Vents**, libere pertranſit, & Canalium quorundam in fundo Balnei ope, Vulgo **The Gouts**, qui implente Balneo occlu-

Ab aquâ contentâ differentia Balneorum.

Aquæ quantitas in Balneo Regio.

De Balneis Bathonicis.

occluduntur, & deplente patent, in fluvium exoneratur. *Reginæ Balneum* Continet *Tonnas octoginta unam, Tres Cados, & undecim partes.* Regalis itaque *Balnei* Scaturigines *regales*, (quæ Balneo Reginæ etiam complementum afferunt, ſcatebris in eodem, ut dictum, nullis exiſtentibus,) undecim, aut circiter, horarum ſpatio, Thermalis Aquæ *Quadringentas Viginti Septem Tonnas, quinque Cados, & quadraginta ſeptem Congios*, ſive Cadi partes minimùm eructant. Continèt autem quodlibet dolium, dictum Tun, (cui *Culeus* Romanorum præcipue reſpondit,) Cados quatuor *Cadus* quinquaginta ſex *Congios*, complectitur; *congiuſque* conſtat ex *libris* octo. *Crucis* Balneum *Tonnas quinquaginta tres*, & *quadraginta ſeptem Congios* comprehendit. Repletur ſpatio quindecim horarum. *Calidum* vero dictum, *quinquaginta quatuor Tonnas*, & *Congios* viginti Septem continet Complementum recipit ſpatio duodecim horarum. Ad majorem rei illuſtrationem, ſequentem *Tabulam* bipartitam placet annectere.

Crucis.

Calido.

Tabula

Tabula *Pugianæ* menſuræ, Balnei Regalis.			Menſuræ *Reg.* Baln. *Autoris* Tabula accuratior.			
Lo.	La.	Pro.	Lo.	La.	Pro.	
p.	p.	p. | d.	p. | d.	p. | d.	p. | d.	
65	44	4 | 6	62 | 10	45 | 8	4 | 6	*Fornicibus, &c. Comprehenſis*
To.	Ca.	Co.	To.	Ca.	Co.	
346	3	34	346	2	36	
Lo	La.	Pro	Lo.	La.	Pro.	
p.	p.	p. | d.	p. | d.	p. | d.	p. | d.	
60	39	4 | 6	57 | 10	40 | 8	4 | 6	*Fornicibus, &c. Excluſis.*
To.	Ca.	Co.	To.	Ca.	Co.	
288	30	28	288	3	5	

In præcedenti Tabulâ notandum eſt, *Lo*, Longitudinem; *La*, Latitudinem; & *Pro*, Profunditatem deſignare. *To*, Tonnas; *Ca*, Cados; *Co*, Congios, denotare. *p.* pedes; *d*, digitos, exprimere. Ad cujus Balnei Regalis Tabulæ normam, cæterorum Schema, ad placitum, quilibet adornare poteſt, & cum ratione ſuperiùs Subductâ, conferre.

Quod

De Balneis Bathonicis.

A Gradibus Caloris discrimen.

Quod ad differentiam a *gradibus caloris* provenientem ſpectat, Balnea *Regale* & *Calidum* putantur vulgo haud aliter inter ſe differre, quam *Reginæ* & *Crucis*, illudque ultimò memoratum *Temperatius* exiſtere. In gradu itaque Caloris *Summo* prout nuno ſe habent Supputantium Calculi, ponitur Balneum *Regis*; ab illo *Fervidum*; dein *Reginenſe*; & in gradu multum remiſſo, miti tamen, & blando *Crucis*.

Balneum Calidum olim Calidiſſimum.

Notandum quæ dicta ſunt de *Gradibus Caloris* ita intelligenda, ut *Bathonienſes incolæ*, & *medici* etiam, ab annis aliquot retro actis, tradiderunt. *Calidum* autem, ſive *Fervidum*, olim habebatur *Calidiſſimum*, unde nomen obtinuit κατ' ἐξοχὴν, Reliquis *Calidis* quidem Semper, quibuſdam licet gradibus infra *Calidum* dictum, exiſtentibus. Hinc *Joneſius* ait, de *Thermis* * annis retro amplius centum lingua Anglicana diſſerens. *Ex dictis ratio colligitur cur Aquarum Bathonienſium pars erumpit Calidiſſime, ut Balneum Calidum; Alia Calida moderate, ut Crucis; Alia inter utrumque, ut Regium.* Et alibi: *Balneum Regis Calidum eſt inter ambo altera.*

* *An.* 1572. *Baths aide fol.* 16. *l.* 2.

Fol. 21. *l.* 2.

Argumenta pro Calore Summo Balnei Calidi.

Imo *Caloris*, hujus *Balnei præ Cæteris*, argumentum videtur, quod *acidum* ejuſdem adeò citò evaporet. Nam ſi *gallas* contuſas, pulveratas, aut ſectas *Balnei* hujus aquæ Commiſceas, *color atropurpureus* ſtatim apparebit; *facultatem* autem hanc *Tingendi* omnium *Citiſſime* Balneum hoc amittit, quemadmodum ex *Obſervationibus* ſequentibus evidenter apparet, eo quod *Caloris gradus* ut videtur *intenſus maxime*, particulas ad Tincturam creandam requiſitas violenter protrudat, & ita cito ex aqua ipſa, vi quadam, pellat, ut diu colori purpureo continuando pares haud relinquantur.

Vid. Obſervationes Chromaticus.

Vid. Obſ. 15.

Quin & Tingendi vim *Crucis* Balneum, *præ iſto Regis*, diutius retinet, imo omnium *diutiſſime* Crucis, quod minimum

minimum caloris gradum obtineat, quo Tingentes particulæ in aquâ pacatiores multo & Sedatæ diutius exiſtunt. Ex hac tingendi qualitate *caloris gradus* ſupputandi videntur, quorum *infimus* eſt Balnei Crucis, quod tingendi facultatis *tenaciſſimam* eſt; *medius* Regis, quod *Secundo loco Tincturam amittit*; & *Summus* Calidi, a cujus Balnei aqua Tinctura dicta *citiſſime* vaneſcit. Et hoc antiquæ experientiæ conſonum apparet. Obſervatu inſuper dignum eſt, Balnei *hujus* aquam iſta cæterorum *leviorem* inveniri, tametſi *contenta*, in eadem aquæ quantitate *majora* obſerventur, quod aut *menſtrui differentiæ* referendum eſt acceptum, aut potius *caloris gradui*, qui in hoc *Balneo* major exiſtens, aquam ita rarefacit, ut majus Spatium occupans, quantitate reverâ minori, ideoque leviori, menſuram repleat. Addo Balnei hujus *nitroſas ſtirias* robuſtas, & compactas, majorem *Caliditatis* gradum arguere, quas *effervescentiæ*, & conſequenter *Caloris*, gradus *major* invigorare, matureſcere, & ad perfectionis ſtatum perducere, & exaltare videtur, *præ iſtis Crucis*; imo ſtiriarum *Regalis* Balnei æmulas, ſi non craſſiores ſtirias reddere, *hoc Balneum* obſervatur. Quid de *Regalis* Balnei *calore Summo* ſentiendum ſit Lectoribus relinquo, communi autem ore, *Regio* favente, dicunt *Incolæ*, ob amiſſam, aut alio vergentem Scatebram, *Calidum* Balneum jam, quoad gradum Caloris, infra *Regium* ſubſidere.

De Balneis Bathonicis.

Vid. Obſer. 12, 13, 14, 15, 16,

Vid. Obſ. 75.

Porrò *Caloris gradus* ita expreſſit Elegantis Epiſtolæ *Autor* ſæpius memoratus: Regium *Balneum*, *inquit*, *fervore Cætera*, & *laxitate ſuperat*; *ad cujus calorem proxime accedit*, *quod vulgò hactenus*, *tanquam κατ' ἐξοχὴν*, Fervidi *nomen obtinuit*, *quamvis eodem Caloris intervallo iſthuc quidem* Regio *concedat*, *quo* Crucis *Balneum illi quod* Reginæ *dicimus*. *Spectato itaque Caloris gradu*, tertio loco *cenſetur* Reginæ *Balneum*, *quod quum nullas habeat Scatebras ſuas*, *defluentibus de* Regio *proximo*, *quippe*

R. P. Epiſt. Sect. 1.

De Balneis Bathonicis.

quippe interpositio tantum muro, aquis, ad eandem qua Regium *altitudinem impletur, eo Temperatioribus, quo sunt remotiores à Scatebris. Calore* postremum *est* Crucis *Balneum, cujus sunt quatuor solummodo Scaturigines, & his* plus *quam in Cæteris* Nitri *inesse asserit* Jordenus. * *De* Leprosorum *immundorumve* Balneolo *nihil attinet dicere quùm non aliud sit quam* Fervidi *additamentum, ejusque ex perfosso pariete profluat, quemadmodum etiam, licet majori distantia, manantibus ex* Regio *aquis* Equinum *adimpletur*; occlusâ *ad easdem rerinendas* Cataracta, *quoties* mobidos equos *immergendi necessitas id postulat.*

* *Vid. Obs.* 78. *ubi æqualis Nitri quantitas in Regio asseritur. Vid. etiam Obs.* 67. 68.

Thermometri autem globo in *Thermas* omnes nuperrimè immerso, *Caloris gradus* sic se habuerunt, unde patet quæ de *Summo* caloris gradu, *olim* in Calido observato, dicta sunt, de Regalis Balnei Scatebra maxima *partim* inclusa intelligenda esse; quùm, Scatebrâ *fortè* intra Balneum *Regium* comprehensâ, *Regalis* calor, istum *Calidi* excedat.

Balnea.

Balneum.	Regale.	*Reginæ.*	Crucis.	*Calidum.*	Leprosorum
	pe. d. pa.	pe. d. pa.	pe. d. pa.	pe. d. pa.	pe. d. pa.
Vapor.	æ. 0 06 1	h. 0 01 8	h. 0 01 5	h. 0 02 9	h. 0 05 4
Superficies.	æ. 0 11 7	æ. 0 11 2	æ. 0 06 1	æ. 01 01 7	æ. 01 03 3
Fundum.	æ. 1 05 1	æ. 1 03 2	æ. 1 04 5	æ. 1 05 4	æ. 1 06 1
Media pars.	æ. 0 11 9 h. 01 04 0	h. 1 02 6	h. 1 2 5	h. 1 4 8	Ob Scatebram *propriam.*
Antlia *Sicca* extra *Balneum.*	æ. 1 06 3			æ. 1 07 2	
Antlia aquæ *potabilis* in *Balneo.*	æ. 1 08 1		æ. 1 05 0	æ. 1 07 1	
Antliæ *Communes.*	æ. 1 05 4	æ. 1 02 5	æ. 1 04 6	æ. 1 07 1	
Scaturigo *Regalis* Maxima *partim,* Balneo *pleno.*	æ. 1 00 1 *Superf.*				
Eadem *Tota,* Balneo *depleto.*	æ. 1 08 7 *Fund.*				
Scatebra *Leprosorum* nuper intra *Calidum* inclusa.					h. 1 09 1 *Fund.*
Conclave.		æ. 0 10 6 *Superf.*			
Culina.	æ. 1 05 1 *Fund.*				
Balnei *Calidi* Antlia, in B. *Crucis* aquam derivans.				æ 1 07 1	

Hinc,

Hinc, inter alia, *apparet,*

I.

Observationes Thermoscopicæ.

Quod Regalis Balnei Vapor *æqualis sit calori* in Superficie *Crucis.*

II.

Quod Crucis Superficies, *dimidio ferè Temperatior sit Reginæ.*

III.

Calorem Superficiei *Regalis, quinq; decimalibus Reginæ excedere.*

IV.

Balneum Calidum, ut plurimùm, *Calidius esse Regali;* & *Crucis fundum* Æstate, *infrà Calorem* Mediæ *partis Calidi subsidere* Hyeme.

V.

Quod Scatebra Regalis Maxima Tota, *depleto Balneo, tres digitos, & totidem Decimales, Calidior sit fundo Calidi;* quod *valde* Notandum.

VI.

Quod Leprosorum *Balnei* Fundum, *implente Balneo, Septem Decimalibus excedat Calorem* Longi, *ob scatebram propriam, jam intra* Calidum *inclusam.*

VII.

Quod è Balneis majoribus, Calidum, sive *Longum,* Æstate *perpetuò sit Calidius, sive* majorem *caloris gradum* constanter *retineat, in Superficie, Medio, & Fundo;* Vapor *autem ejus* Hyeme, *calore cedat* Æstate *Vapori Balnei* Regis.

Hi sunt Caloris *gradus,* quantum possint, *Certi,* in quibus respectus *præcipue* haberi debet ad *Calidum,* cujus calor *variari* nequit; calore *Regis* & *Crucis* sæpius *mutato,* ad illorum arbitrium, qui *Balneis* inserviunt; unde caloris graduum *differentia* in *Regali* & *Longo,* Æstate & *Hyeme.*

Ichnographiæ

Ichnographiæ *Regalis* Balnei *depleti* Explicatio.

A *Scatebræ* implentes *Balneum.*
B *Moles Lignea in Medio,* Crux *vocata.*
C *Pars interior Crucis,* Culina *dicta.*
D *Sedilia circa Crucem* Externa.
E *Gradus* Lapidei *in fundi lateribus.*
F *Scatebra* Maxima *ciſterna plumbea inverſa tecta, ad* Antliam Siccam *derivata.*
G *Antlia* Minima *ſuper Ciſternam.*
H *Canalis plumbeus* Minor, *per quem Thermarum aqua a Scatebra* Maxima, *mediante canali plumbeo* majore, *ad Antliam* majorem *derivatur.*
I *Antlia* Major, *Donum H.* Browne *Merc.* Lond.
K *Fornices &* Scamna *lapidea.*
L Pulvilli *lapidei ſuper* Scamna, *& in Fornicibus.*
M *Gradus* deſcenſus *in Balneum.*
m *Poſtes* majores *Balnei in Angulo* Orientali, *&* Occidentali; *&* Minores *in Angulis* Crucis.
N *Scala* Auſtro-occidentalis, *ſine Camino.*
O *Scala* Boreo-occidentalis *D. Berklei Carne.*
P *Scala* Reginæ *dicta, cum Camino.*
p *Pavimentum, & ſpatium* linteo *Velatum, ubi Antlia* Major *Conſtituitur.*
Q *Scala* Tri-tunalis, *cum Camino.*
R *Faſciculi* Bathonici *in Scalarum Caminis.*
S *Gradus* Boreo-Orientales *in Cæmeterium.*
T Ductorum, *&* Ductricum *Caſæ.*
V *Sphæriſterium dictum* olim.

W *Fornicum proſpectus* Superior & inferior, *cum annulis annexis.*
X *Ductores in Fornicibus* Balneum *purgantes.*
Y *Pergula Lapidea* Cancellata *ſupra Fornices.*
Z *Area circa* Balneum *ad ſpectandum.*
** *Tigna tranſverſa in Angulis* Orientalibus.
□ *Aquæductus* inferior *ad deplendum Balneum.*
*** *Gradus* Septentrionales *ad introitum in* Cæmeterium.
x *Oſtium* Orientale *ad* Abbatiam.

Ichnographia *Reginenſis* Balnei Explicata.

a REginæ *Balneum* depletum.
b *Aqua a* Regio *influens ad implendum.*
c *Columna in* Medio *Coronata.*
d *Saxa in fundo a* Conclavi *ducentia ad Columnam.*
e *Conclave* dictum *The Parlour.*
f *Canalis plumbeus* Minor *ad Antliam.*
g *Antlia, donum H.* Browne *Merc.* Lond.
h *Sedilia fornicata,* & Scamna *lapidea.*
i *Pulvilli lapidei* ſuper *Sedilia,* & *Scamna.*
k *Aquæductus* inferior *ad deplendum Balneum.*
l Concurſus *aquæductuum* Reginenſis & Regis *in area* Tri-Tunali, *lapide tectus, unde aqua Canalibus quibuſdam* biſariam *vergentibus, in fluvium exoneratur.*
m Tri-Tunalis *area.*
n *Introitus in* Hoſpitia *Tri-Tunalia.*
o *Hoſpitium D.* Swallow.

p *Scala*

p *Scalæ gemellæ, sine Caminis.*
q *Gradus* descensus *in Balneum.*
r *Gradus Hospitii* Cervini *Scalæ dictæ The Parlour.*
s *Scalæ* Cervinæ *Camina, cum fasciculo.*
t *Gradus* Communes *descensus versus Scalas.*
u *Via* publica *lapidibus substrata ad* Antliam Siocam.
w *Ad Hospitia dicta* Hart-Lodgings *Introitus.*
x *Transitus ad* plateam.
y *Fores spectantes versus plateam dictam* Stawlestreet.

Thermæ *Crucis.*

Explicatio Figuræ.

A *Scatebræ* implentes *Balneum.*
B *Moles Magnifica* Marmorea, *in Medio nuper erecta,* Crux *vocata.*
C *Sedilia intra Columnas* Crucis.
D *Sedilium istorum pars* exterior *ibidem*; & *Sedilia in* Fornicibus.
E *Saxa Mobilia in Sedilibus,* Pulvinaria *dicta.*
F *Columnæ circa* Crucem *in angulis ejusdem.*
G *Antlia* Major, *donum S.* Harsnet *Archiep. Eborac. & H.* Maii *Armigeri.*
H *Antlia* Minor, *ad potandam Aquam*
I *Canalis Plumbeus, a Balneo* Calido *ad* Crucis, *recisus.*
K *Pulvilli in* Scamnis *Lapideis.*
L *Pavimentum Lapideum ad* Latera *Fundi.*

M *Gradus*

M *Gradus* Deſcenſus *in Balneum* Tripliciter.
N *Scala* Auſtro-Orientalis *cum camino.*
O *Scala* Boreo-Occidentalis *cum camino, prope Hoſpitii Venuſta* Gualteri Gibbs *Aldermanni.*
P *Scala* Boreo-Orientalis *ſine camino.*
Q *Faſciculi* Bathonici *in Scalarum caminis.*
R *Xyſtus* ROBERTI *nuper* Baronis BROOKE.
S *Aquæductus* inferior *ad deplendum Balneum.*
T *Depleti Balnei Aquæ* Tranſitus *in Fluvium.*
U *Gradus* Exteriores *Aſcenſus in cameram* Fidicinum.
W *Platea circa* Balneum *lapidibus ſubſtrata.*
X *Colluviaria* Externa.

Balnei *Longi* vulgo *Calidi* Ichnographiæ *Explicatio.*

A *Scatebræ in* fundo *Scaturientes.*
B *Ciſternæ* Operculum *perforatum.*
C *Lapides & pars Balnei* ſicca *ad latera.*
D *Crux in* Medio *Lapidea.*
E *Fornices.*
F *Saxa dicta* Pulvinaria, *in Fornicibus.*
G *Gradus* deſcenſus *in Thermas a parte* Septentrionali.
H *Gradus introitus ab* Auſtro.
I *Lapis* magnus *ad introitum.*
K *Poſtes ab* utraq; *parte.*

L *Foramen*

L *Foramen in* Muro *ad replendum Balneum* Leproſorum, *decidente aqua e Balneo* Longo.
M *Tranſitus aquarum in* depletione *Balnei.*
N *Canales plumbei ducentes ad* Antlias.
O *Spatium intra quod* Antlia *includitur.*
P *Gradus* exteriores *ad* Antliam *ſiccam.*
Q *Antlia* Sicca *intra Cameram.*
R *Gradus* externi *rotundiores ad* Xyſtum *Balnei Longi.*
S *Platea circa* Balneum.
T *Colluviaria in Platea* Occidentali.
U Leproſorum *Balneolum.*
W *Gradus* deſcenſus.
X *Scamnum Lapideum cum* pulvillis *Saxeis.*
Y *Scatebra* Leproſorum *Balnei, intra* Longum *jam incluſa.*
Z Leproſorum *Cubiculi.*
** *Leproſi*, alii *nudi in lectis Stramineis*; alii *Stragulis* honeſtiùs *cooperti.*

Tandem,

Tandem, in Capitis *hujus Complementum, &* Amici *(qui Verſiculos* Elegantes *ad Me* ſerius *tranſmiſit) memoriam,* Duodecaſticon *quod ſequitur, in Honorem* Bathoniæ, *in hoc capite deſcriptæ, placet ſubjungere.*

Ad *Authorem.*

EST *Locus* intra *Anglos* multum celebrandus *Aquarum,*
Quæ *Nativa* tulit *Mira,* Benigna *Dea* ;
Semina Virtutum at *craſſis* latuere Tenebris,
Et *Nox* incubuit *longa* Salutis aquis ;
Dulcia pugnabant Salſis, *Friguſq;* calore,
Dum Natura *novam* ſollicitavit opem :
Luctanti *Matri* GUIDOTT *inſigniter* aptus
Adſtitit, & partum liberat, *arte* Sagax ;
Utq; olim *Hebræas* undas Cœleſte movente
Vi, profugum *morbi* ſe dedit *omne* genus.
Parce, precor, *nimis* haud dicenti, *peſte* remotâ,
Jam *Nova* prolatis *Vita* reſurgit aquis.

P. B. Armiger.

CAP.

CAP. II.

De quibuſdam ad *Thermarum Bathonienſium* naturam ſpectantibus Univerſim.

Capitis Summarium.

Error *circa Balneorum contenta* refutatus. *Salis cujuſdam in* Thermis *exiſtentis proportio.* Thermarum *ſal Alcaliſato-Nitroſum, & acidum. Experimentum circa* Tincturam *Aquarum* Thermalium. *Andreæ* Baccii *teſtimonium explicatum. Lutei coloris diutino* Thermarum *uſu Balneantium cutem, & Veſtimenta inficientis cauſa,* ochra. *Plures ejuſdem ſpecies. Calcarius lapis non in* Thermis. Muſcus *cauſa (partim) viroris Aquarum* Thermalium. *Viriditatis Semina in Aqua* Thermali *tepida continentur.* Thermalis *Aqua Ferrum exedit.* Ochra *in Contentis raro apparet. Aperti Balnei Aqua in colorem purpureum cum gallis non mutatur, & ratio. Color viridior in lapidibus circa Balneum, unde. Argumenta quædam ſuadentia* Vitriolum, *ſaltem vaporem ejus,* Thermis *ineſſe. Nonnulla* Nitrum.

UT ad *Thermarum* Naturam accedam propius, quædam hoc in Capite tradenda *Univerſaliter*, & ad magis *particularia* deveniendum inferius. Cùm autem quæ hoc Capite traduntur fuerant, magnam partem, primo obſervata, & ad Virum Doctiſſimum, & Celeberrimum, *D. Edoardum Greaves* Baronettum, ὑ μακαείτω, Epiſtolari modo dudum * ſcripta, * *Anno Dom.* 1675.

De quibuſdam ad, &c.

ſcripta, priorem locum jure vendicant, & agmen ducunt haud immerito.

Error circa Balneorum *contenta refutatus.*

Et hic quidem primo non animadvertere non poteram *Opinionem* quandam obtinuiſſe, nec traditam ſolum, ſed prelo confirmatam, *quod Thermarum Aquæ jejunæ omnino fuerint, & ſedimento vacuæ, adeo ut parum aut nihil in ſe continerent, unde earundem natura clarius eluceſcat ; quodq; illud quod Balnea reddit efficacia, non ſubſtantialiter, materialiter, aut corporaliter inſit ; ſed potentialiter, virtualiter, & formaliter ; ſive ut * Authoris verbis utar, δυνάμει μᾶλλον ἢ ἐνεργείᾳ.* Idem etiam putavit * *Vennerus* Bathonienſis quondam medicus ; *Cauſa eſt inquit, quod Thermæ Noſtræ Subſtantiam Mineralium Corporalem, neq; in ſe, nec in Cavitatibus adjacentibus contineant.*

* *Car. Claromont de Aer. Aq. & loc. Terr. Angl. p. 32. in Marg.*

* *De Baln* Bathon. *p. 12.*

Iam vero labor haud difficilis evincere poteſt, *Thermarum* aquam, ſuapte licet natura albam, & ut ipſum vitrum, ſi ab Antlia ſit hauſta, pellucidam, cænoſæ tamen materiæ lapideæ, & ſalinæ, particulis plurimis tranſparentibus admiſtis, non parum continere, quæ proportione, niſi meus me fallat calculus, *drachmarum duarum* in ſingulis congiis reperitur. Sane hoc ita ſe habere lubentius pronuncio, cum uncias non paucas comparaverim, Organis terreis, ferreis, campanarum materia conflatis, & Vitreis elaboratis, & etiamnum uncias tres aut quatuor paratas habuerim, præter illas, quas pluribus experimentis alias inſumpſeram.

Contentorum in Aquis Thermalibus *proportio.*

Maxime autem hoc in loco annotandum occurrit, me, laboribus meis ſecundante DEO, in illud quod Balnea *Efficacia*, ut puto, reddit *maximè*, incidiſſe; quod quidem in *Corpore Salino* nidulari videtur, & molis minoris multò exiſtit, *Thermalibus* Aquis comparatum ; adeo ut vix plura quam *grana quadraginta* Congius unus Aquæ complectatur. Quod reſtat non

Quantitas Salium *in Congio.*

ſalinum,

ſalinum, duorum ad tria, ni fallor, proportionem ſervans, partim vergit ad albedinem, aſperioris, & *indolis cujuſdam lapideæ* exiſtit, in conſiſtentiam lapideam haud facile ſolubilem, ſponte concreſcens; partim levius, cænoſum tamen, luto aut Margæ non multum diſſimile, & a particulis ſalinis, & aſperis, quibus ſuperimponitnr, ſpontaneo ſeceſſu, manifeſtò ſe prodit. De quibuſdam ad, &c.

Iam vero, quùm Vires *Thermarum* maximæ in *Sulphureis Salibus* conſiſtant, quæ, experimentis Certiſſimis, *alcaliſata* etiam, & *Nitroſa* apparent, & *Spiritu* quodam, ſeu vapore, *Acida*, Bitumine & Sulphure ſecundario ſolum, non, ut ſalia, niſi quatenus Sulphur cum ſale commiſcetur, primario accedentibus (Bitumen enim *accedere* ſolum, & non *Componere*, inferius dicetur, Sulphur autem *Componere*, & ſalibus uniri) quumq; alia quædam non pauca fuerint iiſdem admiſta, operæpretium duxi remoras iſtas, & obices, quibus ſalia premebantur, amovere, & puriorem ſtatum illis, apta præparatione, conciliare, quo cujuſnam indolis fuerint, aut ad quale Salium genus pertinerent, luculentiùs appareret. *Alkalizata* dico, aut *Alkalina*, & nitroſa; neq; *Nitrum* enim, nec *Alkali* pura, ſed cum *Sulphure* aliiſq; miſta obſervantur. *Sal* Thermarum *Alkaliſatum, Nitroſum, Acidum.*

Porrò in Aquis his *Thermalibus* obſervatu dignum eſt, quod gallarum *granis tribus*, *quatuorue*, in *Thermarum* aquæ recentis *libram* injectis, aut grano uno, aut unius dimidio, minori Aquæ quantitati addito; aut aqua calida gallis affuſa, *purpuraſcens* quidam *color* ſtatim in ſequatur; qui paulo poſt, prout Aqua *Thermalis*, frigidiuſcula evaſerit, non ita vividus apparet, ſed multo remiſſior. Sin Aquam *Thermarum* ſiveris ad frigidam propius accedere, aut actu frigida aqua ſit, priuſquam gallæ commiſcentur, alterationem vix *Experimentum circa Tinduram* Thermalium *Aquarum.*

De quibuſdam ad, &c.

effatu dignam recipit, ſi plura gallarum grana addantur. Et, quod maximè notandum, ſi *Thermalis* aqua quæ plene refriguit, igni admoveatur, & gallarum plures portiunculæ additæ fuerint, Experimentum non ſuccedit, ſed aqua ita pene ſe habet, ac in Experimento ſecundo; haud ſecus ac olim *Baccius* obſervaverat, qui ità ait: *Nulla Balnei Aqua eodem cum ſucceſſu ac laude bibitur longe exportata, quo ad fontem proprium; maxima enim pars ex ipſo fonte hauſtæ ac delatæ amittunt omnem virtutem; multæ non ſervantur per hyemen, dilutæ pluviis; & quæ utcunq; ſervantur delatæ a propriis fonticulis fieri non poteſt quin amittant cum calore ſuo Minerali, vivificos illos ſpiritus, in quibus omnis juvamenti vis conſiſtit, quæ ſemel amiſſa, nullo poſtea extrinſeco calore reſtituitur; quod valde Notandum.*

l. 2. *de* Thermis, c. 10.

Teſtimonium Baccii Explicatum.

At verò *omnis juvamenti vis* in halitibus haud conſiſtit. In Aquis medicatis *halitibus ſolum impregnatis*, veriſſimum affirmo; quæ verò *aliis quibuſdam* ſunt imbutæ, virium tantum amittunt quantum illis halitibus decedit. *Thermæ* autem Bathonienſes vaporibus, ſive *halitibus* conſtant, & *Salibus* etiam quæ non exhalant; licet *fales* partim exhalare *obſervatio* confirmet.

Vid. obſ. 88.

Phænomeni præcedentis ratio videtur, quod halitu Aquarum *Thermalium* in quo major aciditas, avolante, illa quæ remanet gallis conjuncta, colori purpureo in medicatis aquis creando non ſufficiat, *ſalibus* tamen relictis, quæ non evaporant, in quibus *magna* ſaltem *juvamenti vis* conſiſtit. Nec mirum videatur quod virtutem amiſſam ignis non recuperet; nam ſi halitu *Naturali* vires aquæ minuantur, multò magis *præternaturali* ab igne proveniente, & *Naturali* ſuccedente, qui eo tantum abeſt ut aquam recuperet, ut halitu conſtantem, vappidam magis, & effætam relinquat. Idem in *Spadanâ aqua* obſervare eſt, quæ igni admota cum

Experimenti ratio.

cum gallis tingendi facultatem omnino amittit. Imo obſervatu dignum eſt Tincturam amiſſam a *Thermarum* Scatebrarum calore non reſtitui, qui tamen ipſi Aquæ *Naturalis* exiſtit. Aquis etiam tepidis, ſive Thermis *Buxtonenſibus*, tingendi facultatem *Solis radii*, & *æſtiva caliditas* ſolent adimere; *æſtate* enim *Atramentoſæ non ſunt* teſte *Liſtero*, de Aq. Medicat. Angl. Exerc. pr. *c.* 4. De quibuſdam de, *&c.* *Vid. Obſ.* 56

Quin etiam obſervare eſt partem *acidam* in diſtillationibus vulgaribus ultimò aſcendere, in aquis autem *Thermalibus* e contrà primò avolare, eo quod ignis calor illo a fermentatione proveniente vehementior exiſtat, qui liquoris partes aqueas inſipidas *leviores* confeſtim elevat, ſalibus *gravioribus* in fundo relictis. E contra vero, fermentationis, ſi ad ignem actualem comparetur, *mitior* calor, *Thermalium* Aquarum poros ſolum aperit, quibus halitus, ſive Vapor *acidus*, evacuatur lente, qui in ſalem non concreſcens, & jugi ſuccedentis halitus motu, *celerius* elevatus, cum aqua miſtæ partes magis ſalinæ *ægrius* aſcendunt; ad eundem fere modum quo in Tranſpiratione inſenſili, calore Sanguinis *miti* exiſtente, vapor emittitur; ſanguine autem Sudorificis, & medicamentis Calidioribus, *vehementius* agitato, ſudores oriuntur. Sed de his in Capitibus de *Acido*, & *Fermentatione*, ſuo loco, plura dicentur. *Cur aciditas in* Thermis, *ſecus ac in diſtillationibus vulgaribus, primo aſcendit.* *Vid. Cap.* 7 *&* 9.

Balneatorum inſuper, ſive *Ductorum*, Cutis, lintea *Balneantium*, & in fundo *Balnei* lapides, *luteo* colore tincti obſervantur. *Ferrei* etiam annuli corroſi, & quicquid *ferreum*, in aut circa *Balneum* conſpicitur, præſertim ſi diutius ibidem remanſerit, comeſtum videtur. Imo ferri fruſtulum vidi in fundo *Balnei* inter lapides inventum, ſtomacho Aquarum *Thermalium* Struthionico adeo exeſum ut favum ſimularet, &. Thermæ *ferrum Corrodunt.*

De quibusdam de, &c.

& perforationibus quibusdam profundius tentatis, frustulum ipsum instar spongiæ evaserat.

Lutei *coloris a* Thermis *causa, Ochra.*

Colorem luteum ab *Ochra*, quâ *Thermæ* abundant, oriri observavi, cujus haud mediocrem quantitatem suppeditant, adeo ut *libra una* mecum sit, quacum aqua calida infusa, lapides tingo artificiose adeo, ut ab istis in fundo *Balnei* tinctis naturaliter vix liceat distinguere.

Plures ejusdem Species.

Notandum etiam ulteriùs, quo proximè accessum est ad locum, unde Scaturigines erumpunt, colorem *luteum* eo magis *Saturum* apparere, & *luteum* intendi; adeo ut in locis quibusdam circa crucem in *Balneo Regali*, & versus angulum australem ad occidentem vergentem, ubi maxima *Balnei* Scaturigo pullulat, Aquarum *Thermalium* ebullientium motibus *Ochra* ita elaboretur, ut lapidibus affixa, Pictorum laborem præparando præveniat, eoque magis, quod nova materia jugiter affluente purissima evadat; quæ, sordes alibi contrahens, impurior existit: unde in quatuor aut quinq; colorum *luteorum* species, aut *gradus*, distinguitur, prout magis de contaminante & sordida materia, aut minùs participat.

De Font. Medicat. Angl. c. 4. N. 4.

Et quidem, quum sagaci ingenio pollens medicus *Martinus Lister* M. D. Oxonienſis, & Regalis Collegii Medicorum Londinensum, & Societatis etiam Regiæ Socius, Libro suo egregio *de Aquis Medicatis Angliæ* nuper edito suspicetur me *nimis subtiliter distinxisse*; regero, mirum quidem videri *Autorem* adeo sedulum oculatum istius rei testem non fuisse, quando *Bathoniæ* intererat, quæ sub Communem Ductorum inspectionem cadit quotidie, ut a *Ricardo Stephens* Ductore Primario, relatum habui, qui colorum Varietates, & hanc ipsam etiam *Ochram* elaboratam maxime, paratus est ostendere.

Prædictæ

Prædictæ *Ochræ* diſtinctionis, potius quam *lapidis* alicujus *Calcarii* defenſionem in me lubentius ſuſcipio, quod *Calcarium lapidem* in *Thermis* contineri nullibi dixerim; imo caput quartum, ſextum, & *Obſervationes* annexæ, ni multum fallor, contrarium evincunt. *Magiſterium* autem *inſipidum*, quod è lapide Sectili conſtare paſſim aſſerueram, nunc tenuiore forma, aliquando vero craſſiore, apparuiſſe obſervavi. De quibuſdam ad, &c. *Vid. Cap. 4. & Obſ. 83.*

Penicilla etiam & panniculi lanei, quibus canales *Balneorum*, ſive Aquæductus inferiores occluduntur, una cum parietibus, oſtiis introitus, & poſtibus, *Thermali* Aqua diutius incluſa, quemadmodum *hyeme* ſolet accidere, *lutea* hac ſubſtantia intincta exiſtunt, & ſi illota remanſerint penicilla, nec e conſpectu remota, odorem fætidum emittunt cloaca quavis ingratiorem, adeo ut *Caryophylli*, *Roſæ*, *Violæ*, aut *ambræ Pomi* halitus longe illi anteponendus ſit, & prudentis etiam fuerit *venti favorem* in hac lucta aucupare. Quin & idem domi expertus ſum, ubi, poſtquam iu aqua communi infuſa aliquandiu *ochra* perſtiterit, de illa ac de picturis idem dicatur

è longinquo reverentia major;

quod fœtenti intra Ochram *Sulphuri* referendum eſt acceptum, ut in capite de *Thermarum* Sulphure dictum eſt latius. *Panniculorum* Ochra *tinctorum fœtoris cauſa Sulphur.* *Vid. cap. 6.*

Annotandum ulterius; Tametſi ſubſtantia illa *lutea* magna adeo quantitate in *Thermis* reperiatur, qua vicinum etiam ſolum abundat, ut ex locis haud longe diſtantibus effoſſis habeam compertum, nihil tamen *luteum* in Contentis apparere, quod quidem mihi argumento eſt illam aut evaporare, præſertim quùm locis quibuſdam ubi halitus opponitur, copioſius adhæreat, & plumbeorum canalium ad reparandum reciſorum partibus internis (obice nimirum ibidem poſito) copioſe ſatis affixa obſervetur; aut, (quod *vero minus ſimi-*

Luteum *nihil in contentis*, &c.

lius

De quibuſdam ad, &c.

lius videtur,) colorem inter evaporandum ignem deſtruere. *Vero* inquam, *minus ſimile*; nam *Ochram* vidi ſæpius decoctam colorem non remittere, imo longa decoctione obſervavi *luteum* intendi.

Ratio.

Rationem rei præcedentis ita concipio. Quum *Ochra* ſit, ut videtur, *acidi* ſi non *materia*, ſaltem *vehiculum*, aperto aere, ab eodem relicta, ad fundum præcipitat, & partim hoc modo, partim ante aſcenſum ex aquis, colorem *luteum* lapidibus apponit, aquas autem *Thermales* ipſas citiſſime pertranſit. Et quidem in *Balnei* Aqua particulas quaſdam *luteas* nigrioribus immiſtas quilibet obſervet, qui *Balneum* ingreſſus, & vola manus aquam comprehendens, partes minutulas nigricantes & *luteas*, pene atomos, iſthoc modo fluitantes conſpexerit. Porró, *lutea* materia *hyeme* magis abundare obſervatur, quam *æſtate*, eo quod ambientis aeris frigiditas fortius repellat; & brumali etiam tempeſtate, quando *Balnea*, minùs in uſu, quieta ſunt, in *Thermarum* Superficie, cremoris inſtar tenuioris fluitat, qui levitèr commotus, aquis admiſcetur, & demum ſubſidet: ventoſo autem cœlo exiſtente, in ſedilia & ſaxa in *Balnei* fundo præcipitatur, quibus colorem *luteum* affigit, & communicat. Aquarum autem *Thermalium* contenta quæ ab *Antliis* proveniunt, non poſſunt materiam *luteam*, cum aqua *Balnei* aperti, æqualitèr continere, eo quod ibidem, recluſa aqua, halitus deficiat. Quod tamen *luteum* quiddam in *Antliata* etiam Aqua, difficulter licet obſervatum, remaneat, ex *obſervatione* Quinquageſima ſecunda demonſtratur autoplicè, & inde etiam patet, quod plumbeis Canalibus internè, ut modo dictum, adhærere ſoleat.

Ochra *in contentis* hyeme *magis abundat, & Cur.*

Vid. obſ. 52.

Cur aperti Balnei *aqua non purpuraſcit cum gallis, ac ſumpta a Scaturigine.*

Quinetiam videtur quod aperti *Balnei* aqua colorem purpureum, gallarum pulvere, aut ſegmentis additis, minime

minime contrahat, ſecus ac illa ab *Antliis* eructata, ratio inde petenda, quod halitus *acidus* in aerem emiſſus, non *aciditatem*, ſed *ochram* magnam partem *inſipidam* remittat, quæ aquæ impedimento ſolum eſt & oneri, *tincturamq;* ita differt, ut tandem poſt reditum ad *Thermas*, multo minus *acida*, imo ferme *inſipida* exiſtens, *aciditatem* avidiùs imbibendo illam omnino cohibeat; tametſi ſpirituum deperditio, ſive magis ad rem, fugitiuarum partium *avolatio*, ridicula non ſit, modo ſpiritus *ſubſtantiales* intelligamus, & aciditatis participes (de quibus Capite VII. plenius agendum) quùm aqua ab *Antlia* proveniens, ſi refrigeſcat, tincturam diù non exhibeat, licet nihil in fundo præcipitatum remaneat. *Ochra* in *ſpadanis* aquis, & aliis etiam mineralibus, præcipitata obſervatur. De quibuſdam ad, &c.

Præter *luteum* hunc colorem, de quo alibi plura ſunt dicenda, color etiam *viridior* in lapidibus quibuſdam in *Balneo* apparet, qui a ſalibus, forſan, proficiſcitur; ſalita enim edulia, ſi lapidibus eſculenta liceat componere, *viridia* exiſtunt; & ſi *Vitriolum* admittamus, coloris iſtius ratio erit intellectu facillima. Quin & *muſcus* quidam *viridis* lapidibus undiquaq; in *Balneo* adhærere ſolet, qui *Thermarum* aquam ſpectantium oculis *viridiorem* reddit, & ſcopis & carptariis purgatus, e fundo in ſuperficiem aſcendens, ibidem etiam non raro fluitat. *Viriditatis* ſemina in aqua limpida contineri inde patet quod *Thermarum* aqua patula, ad dies duodecim intra phialam contenta, *virorem* ſuum fundo, & lateribus vitri adhærentem, depoſuerit, eodem fere modo ac in *Balneo* lapidibus apponitur. E genere *Vegetabilium*, & materia videtur e naturæ penu deprompta, unde *muſcus* primo incrementum ſumit. Peracta hæc *obſervatio* ultimo die *Julii* A. D. 1688. Notandum etiam *muſcum*, cùm *Thermarum* aqua in *Color* viridis *in lapidibus* Thermarum *unde.*

De quibusdam ad, &c.

Balneo diutius perstiterit, majorem reperiri, quam quùm sæpius renovatur aqua, & purgatur *Balneum*, ideoq; hac ratione *hyeme* magis, quàm *æstate*, muscus apparet.

Thermæ *vi salium* ferrum *Corrumpunt.*

Ferrum exedi constat ab aliquo *corrosivo*, quod donec aliter doctus fuero, *acidum* judicabo, licet matura etiam salia ad idem contribuant. Ut corrosionem ab Aquis ipsis *Thermalibus* provenire appareat, in Lixivio ex aquarum *Thermarum* contentis parato, *ferrum* insudi, quod illud non secus ac ipsius *Balnei* Aqua, moræ ibidem ratione habita, exedere tentaverat. *Cultri* etiam & *spatulæ*, ad residentiam in fundo movendam immissæ, & statim observatæ, dictum factum fere, *rubiginem* contraxerunt. Halitum fore corrosivum nemini dubium esse potest, qui *annulos ferreos*, supra *Thermalium* aquarum superficiem in *Balneo* positos, & fenestrarum ædium circa *Balneum* clathra, & sepimenta *ferrea*, corrosa observaverit.

Argumenta quædam suadentia vitriolum Thermis inesse.

Porrò, ex arena *Balnei*, de qua suo loco, cum gallarum infusione mista, *atramentum* efficitur, quod literas primo quidem obscuriores, mox vero planius legendas, pingit. E contentis autem in aqua Communi maceratis, aut eorundem lixivio, cum exigua quantitate gallarum decocti, atramentum componitur, quod statim a mistura aptum satis ad scribendum evadit; quod licet non a *Vitriolo* in arena non soluto, ab *acido* tamen *Ochræ* impresso, provenire potest, ut inferius dicetur.

Vid. cap. 7.

Nec prætereundum est omnino, quod *Thermarum* aqua, a scribis apud locum optimis, in atramenti artificio fuerat diu usurpata, qui experientia duce, atramentum cum aqua dicta & cæteris vulgo adhibitis, confectum, colorem nigriorem, & magis durabilem, nanciscì observantes, medicatam aquam, in usum prædictum, præ communi elegerunt.

Quinet,

Quinet, quùm haud ità pridem aquam calidam *Balnei* contentis pro lixivio apparando affunderem, & liquor in pellem rubrum, quo forte uſus fueram, inſortuniò inciderat, *rubrum* ſtatim, palmæ latitudine, in *nigrum* mutavit, æque facile ac alutariorum atramentum, quo in Coriis tingendis, & denigrandis utuntur. Idem, fateor, *alumine* aliis admiſto efficitur, illud autem *Thermis* ineſſe vix audeo aſſerere, ut in quarto Capite dicendum reſtat. Quibus addi poteſt plures tam in ægritudinum remedium utentes *Balneo*, quam medicos ipſos, judicio acerrimo, & guſtu minime vitiato præditos affirmaſſe, ſe in Aquis *Thermalibus* vitriolum deguſtaſſe; quodq; dubium mihi eſſe non deberet, quin *acidum*, imo *Vitriolum* ex illis fuerit, quæ in iiſdem oontinentur. Aliqualis etiam eſt momenti, quod *Thermalis* aqua coaguletur lac, non tamen ut vulgo ſerum lactis efficitur. Lacti enim bullienti, & *Thermarum* aquæ, æquis partibus miſtis, ebullitionem fortiorem longamq; ſuccedere oportet, aliter molle coagulum vix ſolet apparere; duabus autem *Thermalis* aquæ partibus, uni lactis additis, ſerum *tenue* & coagulum *durum* exoriri conſueit. Adjungo inſuper quod *Thermarum* ſale, in oleum per deliquium ab aere ſoluto, guſtus acris, Stipticus, & plane *Vitriolicus* percipiatur, non in *deliquio* ſolum craſſo, ſed *oleo* etiam puriore, & ſale ipſo; ut nihil dicam de *glebarum* forma, quæ interdum apparuit, de qua cùm adhuc mihi nondum ſatisfecerim, cum ſumma probabilitate *acidum Vitriolicum* nunc dimittam, donec Experimenta alia de *natura acidi* certius quiddam exhibuerint.

De quibuſdam ad, &c.

Nonnulla Nitrum.

Quod vero ad *Nitrum* attinet *Indubitatum fore* arbitror illud *Thermis* ineſſe. Nam præter guſtum pungentem, acrem, infrigidantem, & nauſeum, qui in contentis maceratis, ſale, & oleo, manifeſto ſe prodit

De quibuſdam ad, &c.

(*nauſeum* vero *ſaporem* hic præcipue memorandum cenſeo, eo quod evidenter apparcat, & tam *Nitro*, quam aquis *Nitro* imbutis aſſignetur *Fallopio*, qui illas *Subvertere ſtomachum & facere nauſeam*, diſertis verbis affirmat, præter, inquam, conjecturas has probabiles) quod extra omnem Controverſiæ aleam illud ponit eſt, quod characterem *Nitri*, ſecundum veteres, veriſſimum poſſideat, & in *ſtirias* ſe extendat, quas habeo ultra *viginti* recenter ejaculatas. Ex hac ipſiſſima *Nitri* forma una cum qualitatibus ejuſdem, de quibus infra erit aptior dicendi locus, conjicere licet, imo fidenter ſtatuere, *Nitrum Thermis Bathonienſibus certiſſime ineſſe*. Priuſquam autem hoc penſum aggredior, operæ pretium duxi *de Principiis Thermarum* generaliter diſſerere.

De Therm. aq. & Metall. c. 9.

Juniores quidem (fateor) Philoſophi *ſtriatam* Nitri formam parum carant, quam ſalibus nonnullis a *Nitro* diverſis, competere affirmant. Verum donec alia argumenta in rei Confirmationem allata intellexerim, *Nitri* exiſtentiam, ex hac antiqua *Nitri* forma probare non deſiſtam, tametſi *Nitrum* a qualitatibus etiam plenius dijudicandum fuerit. Quùm autem & Nitri *qualitates*, & *forma* etiam Nitri, in *Nitro* Bathonienſi ſimul concurrant, *Nitrum* verum eſſe, & quidem Antiquorum, evidenter apparet, de qua re vide plura Capite V. ubi de *Nitro* Bathonienſi, & Antiquorum *Nitro*, habentur plura.

CAP. III.

De *Thermalium* Aquarum *Bathonienſium* Principiis in genere.

Capitis Summarium.

Thermarum *Principia Vetera, Recentiora, Nova. De* Cupro & Bitumine *parum conſtat.* Thermæ *partim* ferratæ. *Principia Nova* conſtitutiva, Appendentia, *ſeu* acceſſoria, & Virtualia. *Quodnam* prædominium *habet in* Thermis. *Bitumen revera principium non eſt. Nobiliſſimi* ROBERTI BOYLE *Armigeri, laudes. Principiorum* Novorum *Schema* Autoris. *Cujuſdam contradicentis oppoſitio.*

QUùm *methodus*, quæ Tractatum hunc percurrit, *Catenæ aureæ* inſtar ſit, quam *Jupiter* apud *Homerum*, ad probandas ſuas vires, ex *Olympo* ad terram uſq; demitti juſſit, ad methodicum magis in hoc tractatu progreſſum, his *Catenæ* partibus procedam; quibus, tanquam lineis parallelis a peripheria, in penſi mei centro concurrentibus, punctum in medio attingam felicius, & quicquid adhuc De *Thermis Britannicis* dicendum reſtat, Comprehendam. Tractatus igitur præſentis, quem Juſtum voco, Summam, in capita nonnulla, certa methodo, diſtribuam. Ea autem reſpicient *Thermarum Principia*; *Caloris Cauſam*; *Virtutes*; *Effectus*; & tandem *Nocumenta*. *Il.* 8.

——*hæc Nôſtro Signabitur area curru:*
Hæc erit admiſſâ meta terenda rotâ.

Principia

De Thermarum *Bathon.* Principiis in genere.

Principia *Thermarum* olim celebrata, fuerunt *Turnero* Sulphur, & Cuprum; *Ioneſio*, Sulphur, Cuprum, ferrum, & Marchaſitæ paululum. Recentiora vero, Bitumen, Nitrum, & parum Sulphuris, *Iordeno*; Sulphur, Nitrum, & Bituminis nonnihil, *Vennero*. Quùm autem *diem dies doceat*, &

res accendant lumina rebus,

aliter multo jam ſe rem habere compertum eſt. Quo modo autem *mea* de iiſdem fert *ſententia*, obſervationibus *nuperrimis* ſuperſtructa pariter, & confirmata, paucis ediſſeram.

Thermarum *Principia* Vetera & recentiora.

De Cupro, & Bitumine *parum conſtat.*

Et quidem de *Cupro*, & *Bitumine* parum conſtat. Sane *bituminoſam* materiam in *Thermarum* ſuperficie certis temporibus fluitantem invenio, & *Pyrites* nonnullos cupro ſimillimos pro *marchaſitis* forſan habitos copioſe circa *Bathoniam* effoſſos vidi, virtutem autem ullam *Thermalibus* aquis inde communicatam haud exiſtimo, quum in iiſdem nullo modo *Bitumen*, nec poſt concretionem *Pyrites*, diſſolvi crediderim. Porro *Pyrites* dictos, aut *marcaſitas*, in pulverem redactos, in Communi aqua maceravi, neq; colorem, ſaporem, aut odorem ullum effatu dignum, in eodem obſervavi. Imo *Pyrites* plures, undiq; conquiſitos, pulveratos, igni fortiſſimo calcinandos tradidi, & multum *Sulphuris*, *Salis* autem *nihil*, continere notavi. De Pyrite Bollenſi *Joannes Baubinus*: *Pyrites in ignem conjectus flammam concepit fumidam, odore Sulphuris gravi nares feriente.* Si quid igitur a *Pyritibus* Aquis *Thermalibus* virtutis accedat, id *Sulphuri*, potius quam *Sali*, tribuendum Cenſeo.

De Therm. *Boll. l. 1. c. 7.*

Thermæ *partim* ferratæ.

Ferrum ſi *Thermis* inſit, ut *Ioneſius* affirmat, in *rubrica* ſolum ſe, forſan & *Pyritibus* manifeſtat. *Pyrites* hos cuprum, ferrum, & marcaſitas olim dictos exiſtimo, de quibus plura Capite Sexto. Nam *Matthiolus*

lus affirmat *lapidem quem Græci Pyriten dicunt, Officinas, cum Mauritanis, Marcaſitam vocitare. Sterilis hæc*, inquit, *magna ex parte, quod (ut Chymiſtæ exiſtimant) ex impuriſſimo Sulphure, aliiſq; inconcoctis partibus metallorum ſit conflata.* A rubrica etiam, *ferri* ut vocatur *matre*, in arena obſervata, ſectili lapide adjuta, pro venire reor, quod arena in liquore acido macerata, infuſionis color iſtius limaturæ chalybis, aſpectum æmuletur, unde *Mortonus* Noſter Reg. Coll. Med. *Londinenſium* Socius, & *Practicus* ibidem perquam *Celebris*, (de quo plura capite X. & XIII.) *Bathonienſes Aquas*, Medicatis Aquis Mineralibus *Chalybeatis*, meritiſſime annumerat. Idem etiam a *tingendi* cum gallis, & ſimilibus, *facultate* colligitur, ut, ſuo loco, in ſequentibus clariùs apparebit.

De Thermarum *Bathon.* Principiis in genere.

Bauhinus *ubi ſupra.*

Vid. cap. 4. & Obſ. 90.

Phthiſiol. *l. 1. c. 8. p. 43.*

Clarioris autem doctrinæ gratia, *Principia*, voce latiſſime ſumpta, in *tria* genera diſtribuam, *viz.* quæ Thermas *conſtituunt*; quæ *appendent*; & quæ *vires impertiunt*; ſive in Principia *conſtitutionis, appendentiæ*, (aut *acceſſionis*) & *Virtutis*. Principia *Conſtituentia* dirimo in *Salina*, & *non Salina*; *Prioris* generis *tria* exiſtunt, *Sal Alcali* (puta) *Nitrum*, & *Acidum*. *Poſterioris* vero *quatuor*; *Unctuoſum*, ut *Sulphur*. *Lapideum*, ut *lapis ſectilis*, vulgo dictus **Freeſtone**; & *terrena*; *Lutum nimirum Cærulum*, ſive *Margæ* quoddam *luteæ* genus; & *Ochra*. Ex his quædam magis *fixa* ſunt, ut *Sal Alkali* (qui *Sal communis* in ſequentibus nominabitur) & * *Nitrum*; *Sulphur* etiam, *lapis Sectilis*, & *Marga*. *Ochra* verò & *Acidum* magis *Volatilia*. *Luto-Margæ*, ſive Margæ *Luto* ſimilis meminit Ingenioſus Vir *Adamus Martindale* Ceſtrienſis, collectione Epiſtolarum ad *Rem Ruſticam* & *mercatoriam* Spectantium, a *Joanne Houghton* Pharmacopola Londinenſi, & Regalis Societatis

Principia Thermarum Nova.

* Nitrum *fixum dico quod de* Alkali *natura participans, non ea quantitate* evaporet, *qua* acidum.

Vol. 1. N. 11. p. 121.

De Thermarum *Bathon.* Principiis in genere.

cietatis Socio, nuper, non ſive laude, edita, apud quem *Marga lutoſa*, Anglice **Clay-marle**, quartum genus margæ conſtituit, & eandem in agro *Derbienſi* abundare teſtatur.

Bitumen *appendet ſolum.*

Principium *appendens*, non conſtituens, *Bitumen* exiſtimo, quod cum *Thermalibus* aquis non miſcetur, nec in *Contentis* obſervatur, ſed e fundo *Balnei*, certis temporibus, ejaculatum, *Thermas* ipſas citiſſime pertranſit, & in ſuperficie, cremoris inſtar, aut uliginis, forma, fluitando ſupernatat, nec magis quam *arena* aut *lutum* in *fundo*, aut *ſpuma* in *ſuperficie*, Thermarum conſtitutionem, ut videtur, ingreditur.

Porrò, inter Principia Thermarum quæ *vires impertiunt Virtutis*, *Virtualia*, *magis Principalia*, & *primaria* (quibus *nominibus* intelligenda veniunt inpoſterum) *tria ſalia* numerantur; *minus* verò *principalia*, & *conſtituentia ſecundario*, ſunt *qnatuor non*, ſaltem *minus ſalina*, quibus quintum addi poteſt, *Teſtacea*, viz. quæ in *Arena*, & *circa locum* abundare obſervantur, ut in capite de *Fermentatione* dictum inferius. His appendent etiam *lutum* & *arena*, verum quoniam e particulis quorundam memoratorum, aliis licet in *Arena* admiſtis, utrumq; componitur, illis quidem hic exceptis, inter *Principia* Thermarum, haud aliter quam *Bitumen*, quod *Thermales* Aquas non ingreditur, ideoq; reverà *principium* non eſt, ſed *Exprincipium* potius, referenda, videntur; hoc tamen diſcrimine, quod *Ochra*, *Marga*, & *quadrato*, aut Sectili lapide, in Thermarum ſubſtantia, aut Contentis, obſervatis; *Lutum*, & *Arena* in fundo remaneant; *Bitumen* tantum in Superficie, inſtar ſpumæ, fluitet; aliter autem in Aquis ipſis, nec *vola* quidem ejus, nec *veſtigium* conſpicitur.

Vid. Cap. 9.

Thermæ *ſunt Salinæ, & Sal Alcali in Thermis* prædominatur.

Efficacia autem *maxima* in *Salibus* conſiſtit, in quibus, ſi molem ſpectes, *Alkaliſato Sali* prædominium attribuo,

attribuo, eoque pronius, quod *Syrupus Violaceus* injectus Thermarum aquæ *virorem* conciliat, quod aquis iſtis, in quibus Sal Alcali, *prædominium* obtinuit, ſolenne eſſe, Nobiliſſimus *Autor*, Verulamius *alter*, nuperrimè obſervavit. *ROBERTUM BOYLEUM* Armigerum intelligo, Illuſtriſſimorum Comitum de *BURLINGTON & ORRERY*, illius *fratrem Germanum*, hujus *Avunculum*; quo tam pietatis amore, quam Scientiarum augmenti, & Literarum ſtudio, flagrante *Heroe* ſuperbit Patria, cuique *meritis & virtute* æqualem *Philoſophum*, Anglia non agnoſcit, nec *Orbis* jactat Superiorem. Hujus autem ſalis prædominium in ſequenti capite demonſtrabitur.

De Thermarum *Bathon.* Principiis in genere.

De Aq. Min. p. 85. §. xxvi N. 8.

Omnia autem *Thermarum* principia, cujuſcunque generis, aut indolis fuerint, *Noſtra diligentia & laboribus* obſervata, infequente *Schemate* comprehenſa, ſuccedunt. Ex quo Principiorum *Turneri*, *Joneſii*, *Jordeni*, *Venneri*, aliorumq; omnium præcedentium *futilitas* apparet, qui, *Jordeno* ſolum excepto, *Sulphuratis* Balneis accenſuerunt; Cui quidem Minerali (ut *Jordenus*, errore non minori, *Bitumini*) prædominium attribuerunt. Imo *Turnerus* de iiſdem: *Videntur mihi potiſſimum Sulphure conſtare, id quod ex odore & ſapore, facile deprehenditur.---Nec odore, nec ſapore* ullum aliud Minerale *in iis poteſt deprehendi.* Hæc ex relatione *Joannis Bauhini*, & *Turneri* libello de *Angliæ*, *Germaniæ*, & *Italiæ* Balneis. Ex eodem *Autore* addit *Bauhinus*, verbis Latinis. *Si quid autem Sulphuri leviter ſit admiſtum (quod tamen non percepi) cuprum ſit neceſſe eſt, dum enim montes ex quibus ſcaturiunt luſtrarem, hinc inde Pyritæ fragmenta, cum cupro miſta inveni, nullo tamen ſenſu potui deprehendere inſignem aliquam impreſſionem in Aquis. Jordeni, Venneri, &*

De Baln. Boll. l. 3. c. 61. p. 263.

De Thermarum *Bathon.* Principiis in genere.

antiquiora *Ioneſii* principia ſuperiùs retulimus. Jam verò ad Principia noſtra *nova* accedamus.

Novorum Principiorum *Thermarum* omnium Bathoniæ *Schema.*

Principiorum novorum Schema *Auctoris.*

Et

Et quidem hic ad Principia *magis Principalia*, aut *conſtituentia primariò*, ex methodus præſcriptæ lege procedendum foret; Cùm verò *contraria juxta ſe poſita magis eluceſcant*; quid ab *Autore* quodam *nupero*, contra *Nitrum* præcipuè & *Sulphur* objicitur, examinandum eſt priùs, & an momenti quiddam rationes ab eodem allatæ, in ſe complectantur, *pacatius* inquirendum. Examen autem hoc Principiorum fere omnium, præſertim verò *ſalis Alcali*, *Nitri*, *Acidi*, & *Sulphuris* naturam & exiſtentiam in *Thermis* comprehendet, cæteris hic & inde in Tractatu, licet non *deſignate* adeo, explicatis tamen. Diſertis quidem verbis in contrarium *Autor* ſtatuit: *Quod ad Nitrum & Sulphur attinet, quibus Thermas Bathonienſes imbutas eſſe hactenus creditum eſt, eorum neutrum Aquis Thermarum iſtarum ſolutum eſſe arbitror.* Idem poſtea retulit *Autor* Epiſtolæ ſæpiùs memoratæ. *Equidem*, inquit, *non ſum neſcius, recentiſſimum Autorem* Joannem Mayow, *in vulgatis ſuperiore anno ſuper hoc argumento lucubrationibus ſuis, quæ de Nitro & Sulphure Bathonienſium Thermarum credidere hactenus Scriptores impugnare, quorum* Neutrum *his aquis ſolutum eſſe, pluribus conatur oſtendere.*

De Thermarum *Bathon.* Principiis in genere.

Tract. de Sal. Nitro, c. 15.

Thermar. *Bathon.* & Aquiſgran. Compar. p. 34.

Placuit itaq; Autoris hujus φιλοσοφου, *Amici* olim, *Innovatoris*, & contra *Veterum*, multo doctiorum, & apud *Thermas* diutius longe ſe notorum, torrentem dirigentis brachia, ſententiam, *amice* ventilare. Verborum autem ejuſdem ſeries, ut capite XV. Tractatus de *ſale Nitro* leguntur, ſic ſe habent.

'*Thermarum* celeberrimarum censui merito annu-
'merandæ ſunt Bathonienſes, in quarum aquis admi-
'randis, perpetuus, ſeu Veſtalis quidam, & ſacer ignis
'tanquam inito a rebus maxime deſcrepantibus fœdere
'amicali hoſpitatur.

De Thermarum *Bathon.* Principiis id genere.

'Antequam ad modum quo *Thermæ* incaleſcunt 'devenimus, è re fore arbitror in ea quæ in Aquis ea-'rum continentur breviter inquirere.

Sal acido-ſalſum in Thermis.

'Imprimis ergo *Thermas Bathonienſes* ſale quodam 'indolis acidæ imprægnari manifeſtum eſt, quippe ſi 'Sal quodvis alcali, aut volatile pure ſalſum aquis 'earum admiſceatur, præcipitatio mox in iiſdem ex-

N. B.

citabitur, eæq; turbidæ, laeteæq, evadent.

'Porro, lac ſeruefactum ab aqua *Thermarum* dicta-'rum ſibi affuſa, haud ſecus ac ab acido quovis liquore 'coagulabitur.

'Neq; tamen Sal acidum purum putum eſſe vide-'tur ſed idem cum ſale quodam Alcali combinatur; 'etenim ſi aqua iſta ad ſiccitatem evaporetur, ſal 'quoddam fixioris naturæ in fundo vaſis reperietur,

Sal Alcali *in Thermis.*

'utpote quod affuſo ſpiritu quovis acido efferueſcit. 'Cujuſmodi etiam indolis Thermarum fimus, aut 'arena ſunt, quæ una cum aquarum Scaturiginibus 'eructantur: etenim liquore quovis acido iis affuſo, 'ebullitio mox excitabitur. Obſervare eſt inſuper in 'aquis iſtis ſalem ſeu potius terram quandum calcine-'am fundo canalium, in quibus aquæ iſtæ deferuntur, 'ubiq; fere adhærere.

**Vide cap. 7. §. 9. inferius.*

'Ex dictis colligere eſt, Thermas Bathonienſes * ſale 'quodam *acido-ſalſo impregnari, & utiq; ſal iſthoc Ther-'marum, Tartaro Vitriolato, ſeu ſali aluminoſo, haud 'multum abſimile videtur.*

'Quod vero Salia ea ſe invicem non deſtruunt, ſed 'eorum alterutrum cum ſale ſibi contrario efferueſcit, 'ratio ex iis quæ ſuperiori cupite dicta ſunt, aliquatenus 'innoteſcet, nempe ſalia dicta adeo imperfecta ſunt, ut 'eadem conjuncta ſibi mutuo penitus deſtruendis non 'valeant. Verum de ſalibus hiſce poſtea fuſiùs dicetur.

'*Quod*

'*Quod ad Nitrum & Sulphur attinet quibus Thermas* De Thermarum *Bathon.* Principiis in genere.
'*Bathonienſes imbutàs eſſe hactenus creditum eſt eorum*
'*neutrum aquis thermarum earum ſolutum eſſe arbitror.*
'Nitrum aquis dictis non ineſſe exinde liquet, quod *Non* Nitrum.
'ſi ſalia poſt evaporationem aquæ Balneorum relictâ,
'carboni accenſo imponantur, ea neutiquam inſtar
'Nitri deflagrant. Quanquam non inficias ibo quin
'ſalia ea immatura indolis alcali (quibus fimus &
'arena Balneorum imbuta ſunt) aliquandiu aeri ex-
'poſita, ab influxu ejuſdem in Nitrum forte converti
'poſſunt

'Quoad Sulphur, quod adeò Thermis ferè quibuſ- *Neq;* Sulphur.
'cunq; ineſſe decantatur, idem in aquis iſtis ſolutum
'eſſe non exiſtimo, quippe ſi aluminis aut vitrioli
'ſolutio, aut Sal aliud quodvis ſive acidum, ſive fixum
'aquæ Thermarum iſtarum admixtum fuerit, Sulphur
'tamen neutiquam odore fætido, aut quovis alio indi-
'cio ſe præcipitari oſtendit: quod tamen in ſolutione
'Sulphuris, in aquæ extinctionis calcis vivæ, aut in
'lixivio facta omnino contingit, dum ex iiſdem
'ab liquoris cujuſvis acidi affuſionem præcipita-
'tur.

'Non me latet aquam Thermarum dictarum, ſi
'ſal Tartari, aut volatile pure ſalſum ei injiciatur,
'ſtatim albeſcere, uti ſupra dictum eſt: verum co-
'lor iſte albus non a Sulphuris, ſed a materiæ cujuſ-
'dam lapideæ, aut *aluminoſæ* præcipitatione provenit; *Materia* alumi-
'haud ſecus ac aquæ extinctionis calcis vivæ contin- noſa.
'git, dum ſal fixum quodvis ei admiſcetur, in qua
'tamen Sulphur ſolutum eſſe minime putandum eſt;
'etenim ſi Sulphur aquæ extinctionis calcis vivæ inco-
'ctum fuerit, aqua ea non jam uti prius, a ſatis fixi,
'ſed ab acidi affuſione colorem album acquiret.
'Plane ut ſalia ſulphuri ſolvendo, non vero præci-
'pitando

De Thermarum *Bathon.* Principiis in genere.

'tando idonea esse videntur. Quocirca, si aquæ 'Thermarum sulphure imbutæ essent, eædem non 'uti fit, a sale pure salso, sed ab acido præcipitaren- 'tur: & quidem sulphur ex iis præcipitatum, odore 'fætido se proderet, quod tamen minime contingit. 'Quibus insuper addo quod sal acidum seu alumino- 'sum quoddam in Thermis prædictis prepollere vide- 'atur, ita ut eædem sulphuri solvendo prorsus ineptæ 'sint.

Alumen *prædominatur.*

'Quinimo si sulphur vulgare aquis dictis incoctum 'fuerit, aquæ tamen istæ nequaquam colore flavo, sul- 'phureoq; tingentur, neq; sulphur quavis ratione ex 'decocto dicto præcipitari potest. Ut itaque multum 'mirer Cl. Willisium in Tractatu suo *de Sanguinis Incalescentia* affirmasse, *quod sulphur aquæ Thermarum dictarum veluti aquæ extinctionis calcis vivæ incoctum solvi possit.* Si quando autem sulphur in aquis prædictis so- 'lutum esse videatur, erroris occasionem esse arbitror 'quod decoctio in vase facta est, in quo quum decocti- 'ones fieri soleant, aliquando forte sal fixum ei inco- 'ctum est; ita ut solutio sulphuris a portiuncula salis 'fixi, quo vas illud imbutum est, proficiscatur, *&c.*

Willisius *notatus.*

Vitriolum *in Crucis, & calido* non.

'Quod ad vitriolum denique spectat, Balneum vulgo 'dictum Balneum Crucis, item alterum præseruidum 'nominatum Vitriolum plane nullum continere viden- 'tur; etenim si gallæ contusæ aquis Thermarum di- 'ctarum infusæ fuerint, aquæ istæ colorem purpureum, 'aut nigrum nequaquam habituræ sunt, quod tamen 'omnino contingeret, si Thermæ istæ Vitriolo imbutæ 'essent. Quod ad Balneum Regis sic dictum, isthoc 'Vitrioli tantillo imprægnari videtur; quippe si gallæ 'contusæ ejus aquæ injiciantur eadem colore atro pur- 'pureo leviter tingetur.

Regis parum.

'An-

'Annotandum eſt autem quod minera quædam in- De Thermarum *Bathon.* Principiis in genere.
'dolis metallicæ, una cum Thermarum prædictarum
'Scaturiginibus, e terra prorumpat, quæ facile in Vi-
'triolum converti poteſt. Etenim ſi Sabulo (quod una Minera *Metallica.*
'cum aquis Thermarum e Terra erumpens, in fundo
'Balneorum reperitur) liquor quivis acidus ſuperfun-
'datur, idem non ſine effervescentia ſatis inſigni a
'menſtruo acido corroſum, ex parte aliquâ in Vitrio-
'lum convertetur; haud ſecus ac limaturæ ferri, a li-
'quore acido corroſæ, contingit; quippe ſi Sabulum
'iſthoc Balneorum liquore acido impræegnatum, infu-
'ſioni gallarum injiciatur, liquor mox colorem atro-
'purpureum acquiret; cùm tamen ſi infuſio gallarum
'ſabulo iſti recens a Balneis exempto, non vero a li- Thermarum Sabulum *Vitriolicum.*
'quore acido jam corroſo, affundatur, ea nequaquam
'colorem purpureum obtinebit, indicio utiq; manife-
'ſto Sabulum Balneorum metallicum, non niſi a men-
'ſtruo acido corroſum, indolem vitriolicam induere.
'Advertendum eſt autem quod Sabulum iſtud Ther- N. B.
'marum, aliquandiu ſervatum, aeriq; expoſitum, *ſponte*
'*ſua in Vitriolum commigrabit:* quippe ſi iſtiuſmodi ſa-
'bulum gallarum infuſioni injiciatur, aqua mox colo-
'rem atropurpureum habitura eſt. Quinimo ſi idem
'linguæ imponatur, ſapor vitriolicus ſatis manifeſto ſe
'prodet. Nimirum ſpiritus Nitro aereus cum minera
'metallica, ſive marchaſitâ ſalino-ſulphurea (e quali
'vitriolum confici ſolet) ſabulo dicto admixta, tractu
'temporis congreditur, & eſſerveſcit, eamq; tandem,
'modo alibi oſtenſo, in Vitriolum convertit, *&c.*

'Circa Thermas itaq; æſtuantes ita ſtatuendum eſſe
'arbitror; *viz.* particulas aereas una cum aquis plu- *De Caloris* Thermarum *cauſa opinio.* N. B.
'vialibus in altam tellurem deſcendentes, ibidemq;
'*mineræ ſalino-ſulphureæ* occurrentes, æſtum, caloremq;
'admodum intenſum in eadem excitare; & demum
'aquarum

De Thermarum *Bathon.* Principiis in genere.

'aquarum ſcaturigines e *minera* eo modo *exæſtuante* 'profluentes Thermas conſtituere.

Minera *ſalino-ſulphurea.* N. B.

'In prædictorum confirmationem accedit, quod 'Thermæ Bathonienſes Mineram quandam ſalino-ſulphure-'am continent, quæ marchaſitis iſtis ex quibus Vitriolum 'conficitur, haud multum abſimilis videtur, & quidem ſa-'bulum Balnei aeri aliquandiu expoſitum, efferveſcit, inq; 'vitriolum commigrabit. Quod vero ſalia Thermarum

Indolis acido-ſalſæ *ratio.*

'prædictarum indolem acido ſalſam obtineant ratio 'eſſe videtur, quoniam dum *Minera ſalino-ſulphurea*, 'modo jam oſtenſo *exæſtuat*, particularum ſalinarum 'aliæ ad fluorem aliqualem perducuntur, prout alibi 'dictum eſt. Salia autem iſta fluorem paſſa, cum ſali-'bus reliquis indolis alcali congrediuntur; a quibus 'utriſq; invicem combinatis, *ſal quoddam acido-ſalſum* 'conflatur, ſal autem illud non niſi *immaturum eſt*, quo-'niam idem nondum debite fermentatum, neq; ad ma-'turitatem juſtam perductum ab aquis a *mineræ æſtuante* 'profluentibus abripitur.

Thermarum *durationis cauſa.*

'Si quis hic quærat quî fieri poſſit, ut *Minera* quævis 'æſtui tam diuturno ſufficiat; reſpondeo, *Terram in* 'aliquibus locis ſemine quodam minerali imbutam eſſe 'quod perinde ac ſemen vegetabilium creſcit, & ad matu-'ritatem perducitur, unde ſit ut Mineræ iſtius diſpendia 'jugiter inſtaurentur, &c.

CAP.

CAP. IV.

In quo *Præcedentium* quorundam *Examen* continetur, & de *Sale Alcali* quædam.

Capitis Summarium.

Aciditas *in Aquis* Thermalibus *non eſt ab* Alumine. *Sal* Alcali *proprie quid. In Thermis* Bathonenſibus *prædominatur.* Sal *Alcaliſatum* Thermis *ineſſe obſervatione rarò contingente probatur. Sal in lapides non conſedit per modum* magnetiſmi. *A* Minera Salino-ſulphurea, *ſubter, aut prope* Bathoniam, *procedit.* Henrici Stubbii *magiſterium inſipidum. Eſt indolis lapideæ. Non eſt* Calx viva. *Thermarum aqua coagulatur lac.* Fermentatio ab acidis *Arenæ aut luto affuſis primum obſervata ab* Autore. *Vitriolum in arena* non ſolutum *haud manet. Ab* acidis *arenæ affuſis* Ebullitio, unde. *Adhæſio* Balneorum *Canalibus quondam obſervata, lapidea. Lapis Sectilis & Teſtacea* Fermentationem *promovent. Eadem* Fermentationis *in Luto, & arena* Thermarum *cauſa præcipua. Salis Alcali* prædominium *in Thermis* Bathonenſibus, *probatur* apodicticè. *Ejuſdem* Jordenus *non meminit.*

UT *quædam* è præcedentibus, ad illuſtrandam veritatem *Examini* ſubjiciam; *Thermas Bathonienſes* vãpore quodam acido, potiùs quam *concreto aliquo ſale* aciditatis participe, de quo poſtea, imbui, libenter concedo; cur autem *acidum* in Thermis *Sal* di-

Aciditas *in* Thermis *non eſt ab* Alumine.

Vid. cap. 7.

De Sale *Alcali* in Thermis *Bathon.*

dicendum ſit, multo minus *Aluminoſum*, parum conſtat. Tametſi enim ſpiritum *acidum* in ſe *alumen* contineat, unde *Baccius*: *Acidus ſapor haud proprius Atramentoſæ aquæ eſt: nam multæ ſunt acidæ ex aliquâ alia miſturâ, ſicut Albulæ, quæ aluminoſæ ſunt*; Sapor tamen in alumine *præcellens* maxime eſt quem *acerbum* vocamus, aut potius *auſterum*; qui cùm in *Thermis* hiſce non appareat (ut alia argumentâ in ſequentibus memorata miſſa faciam) eo apud me ratum habeo, *aluminoſum* ſalem non adeſſe, multo minus *prædominii* palmam *alumini* tribuendam; quod *Obſervationes* annexæ, & præſertim Obſervatio LXXXI, & LXXXIII, luce clarius evincunt. Quam temerarie itaq; ab Autore noſtro ſit concluſum, *Aluminoſum quoddam Sal in Thermis hiſce præpollere* hinc partim conſtat, & in ſequentibus planius apparebit. Hic tamen addo, *aciditatem* Vitrioli *Martis*, aut *ferri*, potius quam *Aluminis*, Thermis *Bathonienſibus* ineſſe videri, quod è *Tingendi*, aut purpuraſcendi *cum gallis* facultate evidentius apparet. *Alumine* enim in Aqua Communi Soluto & gallarum pulvere, (aut raſura,) addito, *purpureus color* in aquâ dictâ haud apparet; *Chalybis* autem *Sal*, (aut *Limaturæ* ejuſdem,) in eadem ſolutum, (aut infuſæ,) colorem *purpureum* vividum, nictu oculi, procurant. Imo *alumine* & *Vitriolo* æquis partibus miſtis, & in aqua communi ſolutis, cum gallarum additione; *alumen* Vitriolum ità frænat, cohibetq;, ut *purpureus* color nullus, ſed obſcurus liquor & turbidus apparere ſoleat: *Chalybis* autem *pulvis*, aut infuſionis liquor, eidem aquæ, conſuſæ licet, & turbidæ, admiſtus, *alumen* ſuperat, & alumine non obſtante, colorem *purpureum* ſpectantium oculis confeſtim repreſentat. Sed de hac re plura, capite *Septimo*, verſus finem; ubi, *An alumen naturale cum gallis tingendi facultatem*

De Therm. *l.* 5. *c.* 11.

Vid. Obſ. 81. 83.

Vid. fin. cap. 7.

cultatem obtineat, controverſiam tractabimus. Vide etiam *Supplementum* Obſervationum ad *Obſervationes Chromaticas*, in fine. De Sale *Alcali* in Thermis *Bathon.*

Pedibus autem ultrò eo in ſententiam illorum (ſi qui fuerint ante *Nos*) qui in aquis *Thermalibus* ſalem dictum *Alcali*, magna quantitate contineri affirmant & alterius generis ſali admiſtum, eaſdem imbuere, de quo *Turnerus*, *Joneſius*, *Jordenus*, *Vennerus*, aliiq; omnes ante noſtra Tempora, alte ſilent. Sub voce *Alcali* comprehendo communem ſalem, ſeu marinum; notationi vocis conſonum. Sal enim herbæ *Kali*, unde Nomen *Arabicum*, marinum eſt; chymici autem combuſtæ herbæ ſalem, dictum *Alcali*, pro vegetabilium ſale *fixo*, quolibet *Calcinando* parato, promiſcue uſurpant. Manifeſto autem hic ſal *guſtu* percipitur non in *Lixivio* ſolum è *contentis* parato, ſed in *contentis* ipſis craſſioribus poſt evaporationem relictis, & puriore etiam illorum parte ad albedinem redacta; quodq; hoc *Alcali* miſtum, & impurum, materiam ſalinam *concretam*, qua *Balnea* imbuuntur *maxime*, cónſtituat, perſuaſum memet me habere pronuncio. Facile enim credo majorem *aciditatis* partem, dum aqua frigéſcit, aut igne conſumitur *evaporando* amitti, eo quod ſapor *acidus* in ſale extracto guſtu minime percipiatur, *Salinus* autem illum ſeriat abunde; quod *acidorum* in iſtum ſalem actio ulterius confirmat; & multorum etiam experientia, qui ſalem *extractum* in aqua ſolutum, ut aquæ vis efficacior evadat, ex præſcripto meo *bibentes*, ſaporem *ſalinum* majorem, incrementum autem *aciditatis* nullum obſervarunt. Neq; lixivio ſale licet ſaturatiori ſolito, aut oleo per deliquium a guttis XX, ad XL, & amplius, in mediocrem communis aquæ quantitatem inſtillato, color cum gallis, *niger*, aut *purpureus* apparuit, quum aciditas potiùs in *vapore*

Vid. *Obſ.* 3, & 7. Suppl.

Principium *novum* ab Autore primum Obſervatum.

Sal *Alcali* quid

In Thermis *prædominatur.*

De Sale *Alcali* in Thermis *Bathon.*

quodam *acido ſpirituali*, in ſalem *nondum* evecto, quam in *ſale* aliquo *acido-ſalſo concreto*, conſiſtere videtur; de qua re plura Capite 7.

Vid. cap. 7. in Princ.

Ad evidentius ſignum, & plenius teſtimonium Sal *Alcali* dictum in *Thermis* contineri, quod ratione quantitatis habita, quam quiſquam laboribus & ſumptibus inſtructus, ex *aquis ipſis* obtinere queat, quum ipſe propria induſtria *libras* aliquot comparaverim, vix ulteriore probatione indigere videatur, attamen *Notandum*, Crucis *Balneo*, quatuor aut quinq; dierum ſpatio haud ita pridem vacuo, cùm materia *Salina* ejuſdem Solutioni aquam imparem invenerat, è Scatebris eructata, & ab ambiente aere deverberata, *Summitatibus* lapillorum in ſundo *cruſtæ* cujuſdam more, viſu quidem jucundum, adhærebat, quæ *iguis* ſimul ac *guſtus* a me examini ſubjecta, indolem *alcaliſatam* retulit apertè.

Obſervatione raro *contingente* probatur.

Minera *Subter locum.*

Ut accretionem hanc à *Minera* ut videtnr, *Salino-Sulphurea*, *Subter*, aut juxta locum ipſum, haud longe ſaltem diſtante, originem ſumpſiſſe evidenter appareat, & non a fluitantibus in aere particulis, neſcio quibus, aliunde derivatam, ibidemq; per modum *magnetiſmi* conſediſſe, ut quidam opinantur, *nugantur* potius; *Notandum* eſt nec *lapides* aqua coopertos, nec, quod magis ad rem, *Saxa*, quæ Sedilia, aut pavimentum, ab aqua remotiora, conſtituunt, *quicquam* Salis habuiſſe iiſdem affixum, lapillos tantum ſupra aquam reſiduam apparentes, *Summitates* exhibuiſſe, ut dictum, Sale *incruſtatas*; adeo ut ſi locum hic ullum haberet *magnetiſmus*, neceſſe eſt ut particulæ *Salino-Nitroſæ*, in lapides vicinos, omneſq; æqualiter, unà inciderent; non in iſtas ſolum quibus erant affixæ. Vide plura in obſervatione LXXXVIII; quùmq; Experimentum hoc ex ipſius Naturæ *Elabo-*

Non per Magnetiſmum.

Vid. Obſ. 88. *Experimentum* Naturæ.

ratorio,

ratorio, tanquam θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, tempeſtive adeo ſubminiſtratum, *Alcaliſati Salis* exiſtentiam in crucis *Balneo*, (Regis ad talem Aquarum ſubſidentiam deducere vix licet) *luculenter* demonſtret, ad alterius generis nonnulla tranſeundum intereà, donec ſalis hujus *prædominium*, in fine Capitis, apparuerit probatum *apodictic*è. De Sale *Alcali* in Thermis *Bathon.*

Experimentum præcipitationis, & alterationis aquarum *Thermalium* in lacteum colorem, ad modum ſere *Emulſionis*, oleo *Tartari* per *deliquium* iiſdem affuſo, indefeſſi laboris, & eruditionis haud vulgaris Medico, *Henrico Stubbio*, dum in Vivis, debetur; qui licet illud quod præcipitatum erat haud cognoverat, nomen tamen illi generale attribuit, & *Magiſterii inſipidi* titulo donavit. Eſt autem *quadrati* lapidis, quem ubiq; ſere *Sectilem* voco, tenuiſſimum pollen, aquæ intimius commiſtum, & in penitiores ejuſdem receſſus inſinuatum valde. Si quiſquam vitio mihi vortat, quod vulgari adeo nomine *Magiſterium* compellem, ſciat illud mihi arridere magis, quam *Seſquipedale* verbum, *Salino-ſulphureo-Marcaſita*, quod, ut ejuſdem furfuris non pauca, illorum intellectum vexant plurimum, qui veritatem *nudam*, & ſine *fuco* affectant, nihilq; aliud reverà ſonant quam *oſtentationis* effectum, aut verius, quod de Qualitatibus occultis dici ſolet, *Aſylum ignorantiæ*. Stubbii *Magiſterium.* *Plus Ultra*, p. 135.

Quod indolis lapideæ *Magiſterium* hoc ſit inde liquido apparet, quod *inſipidum* ſit, *Sabuloſum*, albicantem colorem digitis adhærentem, inſtar *Cretæ*, relinquat, & in conſiſtentiam *lapideam* coire ſit aptum; quod *experimento* probatur. Nam ſi plures *Thermalium* aquarum cadi unà in fornace ſimul ebullierint, *Magiſterium* tenuiſſimum & albiſſimum in *craſſius* multo, lapideum quoddam, & *fuſcum* concreſcit, quod in fundo præcipitatum *Eſt indolis* lapideæ.

De Sale *Alcali* in Thermis *Bathon.*

pitatum, aut lebetis lateribus affixum, ſi ſtatim non amoveatur, eidem adeo tenaciter adhæret, ut idem fere ſit *lapidem* abſcindere, ac *illud* cultellis & ſpatulis a fundo vaſis aut latere removere. Notavit idem in *Thermis* Buxtonenſibus * *Liſterus*: *Inter coquendum*, inquit, *pulvere quodam Cinereo plane lapideo, lebetem æneum ſtanno obductum admodum infecit.* Et *Joannes Bauhinus: In cacabis verò quibus aqua Balnei hujus noſtri incoquitur, accreſcit lapis cruſtoſus, ſpiſſus, durus, & qua Cacabo adhæret parte, Cinerius.*

* *De Font. Med. Angl. Ex. pr. c. 4.*

De Therm. *Boll. 1. c. 1. p. 7.*

Non eſt calx viva.

Quod non ſit *calx viva*, aut *lapis* aliquis *calcarius* eidem affinis, facile quidem hinc inducor ut credam, quod nec *Magiſterium inſipidum*, aut pulvis *Sabuloſus* (colore enim ſolum differunt & tenuitate) ſeperatim, aut conjunctim, quod *calci vivæ* ſolenne, *Sulphur* aperiant; quemadmodum aliquando ſum expertus, partibus pulverum *duabus*, & *una* Sulphuris commodæ *Thermalis* aquæ proportioni incoctis, unde alteratio quam minima menſtruo acceſſit; & vix effatu dignum aliquod præcipitatum erat. Porrò, tàm in pulveris *infuſione*, quàm ejuſdem *decocto*, Sulphur vivum decoquendum curavi, nec tamen liquor *aureus*, aut *rubeus* evaſit; nec *nigro* colore tingebatur argentum; neq; ullo alio indicio comperi *Sulphur* diſſolvi. Ad Evidentiam majorem, *crucibulum* amplum, eodem pulvere plenum, fortiſſimo igni *calcinandum* tradidi, nihil autem *calcem vivam* redolens, aut eidem ſimile apparuit, ſed *Cineres* ſolum Sabuloſi, & *Emortui*, qui in aquam conjecti, nec *albam* reddiderunt, nec crearunt *moleſtiam.*

Thermarum *aqua coagulat* lac.

Quod aqua *Thermalis* coagulet *lac* in conſeſſo eſt, non tamen ut liquor quilibet *acidus* aſſolet. Hic enim affuſus citius coagulat, *coagulum* etiam *durum* reddit; *Thermarum* autem aquam ſi *lacti* commiſceas, neceſſe eſt

eſt ut *lac* & aqua aliquantiſper poſt miſturam, unà ebulliant, aliter *molle* coagulum, (ob minorem aciditatis quantitatem,) ut ſæpiſſime ſe habet, non conſpicitur; majore autem Thermalis aquæ quantitate adhibita coagulum *durum* efficitur.

De Sale *Alcali* in Thermis *Bathon.*

Ex acidis *arenæ* aut *Luto* affuſis, *fermentationem magnam* oriri confiteor, quod primò obſervaveram; multo autem *minorem* ſpumæ *Thermalibus* aquis innatantis, & in placentas exiccatæ, & poſtea pulveratæ; rationem autem non video, cur ab *acidis* in ſalinam materiam agentibus procederet, ſi materiam *purè ſalſam*, & à *minùs ſalina* diſtinctam, intelligamus: intellectum ſiquidem meum longe ſuperat, quomodo *ſalinum* quiddam *reſolubile*, in fundo *Balnei*, in *Luto*, aut *arenâ*, non *ſolutum* remanere queat, aquis interim *Thermalibus* ſale ſaturis exiſtentibus remiſſe. Vulgaris *Obſervatio* eſt, *Quicquid in liquore aliquo eſt Solubile, illud liquoris poros ad ſatietatem uſq; recipere*: nec mihi adhuc compertum eſt, totidem numero Aquæ poroſitates *Vitriolo* aſſignari, repleri ſaltem; reliquas autem alterius generis particulis occupatas exiſtere; quùm *ſaporis* alteratio, a Vitriolo *Thermali* aquæ poſtea addito, & in eadem ſoluto, obſervata, contrarium evincat. Porro, ſi *Vitriolum* non ſolutum in *arena* lateret, concipere abſurdum non eſt, *aquam calidam* affuſam *illud* brevi *ſoluturam*; jam vero ſi communis aquæ *ſemi-libra* unciæ arenæ *uni* affundatur *calide*, cum agitatione quantacunq; placet, & ita *decem* aut *duodecim* horarum ſpacio macerentur, ſi aquam decantaveris, *arenam* exiccaveris, & *pondus* æſtimaveris, nihil arenæ *ponderi* deceſſum invenies, modo *ochram* exceperis, quæ ſuperficiem aquæ, *albi vitrioli* more, per aquam ipſam, aſcendit primò, dein præcipitatur, in fundo, ſuper *arenam* tandem ſubſidet, & in aquæ ſe-

Fermentatio *ab acidis arenæ aut luto affuſis, primo obſervata ab* Autore.

Vitriolum *in* Arena *non ſolutum* haud *manet*

De Sale *Alcali* in Thermis *Bathon.*

separatione difficulter ſervatur. Ebullitionem itaq; ab acidis *arenæ* affuſis procreatam, ab aliquo guſtui *non ſalino* oriri exiſtimo, adeo ut *ſal* & *arena* ejuſdem naturæ eo ſolum uſq; exiſtant, quouſq; à diverſarum particularum miſturâ *Fermentatio* proveniat. Quomodo autem hæc conſiſtunt cum Experimento *atramenti* ex aqua *Thermali* & *arena*, ſine *ſale Vitrioli*, compoſiti, ſupra memorato, una cum aliis quibuſdam, quæ anſam huic opinioni non levem præbuere, infra erit dicendi locus.

Ab acidis arenæ affuſis Ebullitio, unde.

Salem quod ſpectat, ſivè, ut cuſo nuper verbo utar, *calcineum* quoddam *terræ genus*, Balneorum canalibus & aquæductibus, ubiq; fere in *Thermalium* aquarum tranſitu, in fundo adhæreſcentem, in illum nunquam potui, quæſivi tamen, incidere. Annis, fateor, aliquot retrò elapſis, de Canali quodam *Crucis* Balnei aperto quiddam inaudiveram, in quo nonnihil ſundo aut lateribus ejuſdem affixum tradebatur, quod tantum *JCti* experientiam, quantum *Medici* ſuperabat memoriam; & an rumor ſolum vulgi, quo, niſi quorundam dictata, nihil inconſtantiùs, aut minùs certi, ne quid *gravius* dicam, in ſe complectitur, ſit baſis ſolidiſſima, cui inniti poſſit *hæc* Hypotheſis, *Thermarum*, putà, *Salem*, *Tartarum Vitriolatum plurimum referre*; *aut ſali aluminoſo valde aſſimilari*; illos Judices appello, qui *Nullum ſimile idem eſſe* cognoverint. Cùm autem ſubſtantiæ cujuſdam *calcineæ* nomen, præ iſto *ſalis*, Autor elegerit, ad veritatem forſan accedam propius, ſi quadratum, aut Sectilem lapidem, dictum **Freeſtone**, materiam illam adhærentem reputaverim, quem fornacis fundo in Evaporationibus adhærere ſolitum ſuperiùs evicimus, & *Globulorum Saxeorum* nomine apud *Solinum* intelligendum, alibi oſtendimus. Ad majorem rei evidentiam, XXVII. die Julii,

De hac Similitudine vid. cap. 7, & 9.

Adhæſio Balnei Crucis canalibus lapidea.

Antiq. Bath. c. 1.

Julii, A. D. MDCLXXXVII. canalem Balnei *Crucis*, dictum **The Gout**, aperiendum curavi, in quo, poſt annorum aliquot quietem, *Sectilem* lapidem fundo, & lateribus, affixum conſpexi. A parte ſuperna, *globuli* quidam, & *Striæ* lapideæ molles pendebant, glaciei inſtar, in ædium crepidinibus, hyberno tempore obſervatæ, quos à Sectilis lapidis Embryonata materia diſtinguere non licuit. Adſuit, & *accretionem* mecum contemplatus eſt Reverendus Theologus, *Thomas Meynell* Derbienſis, qui tunc temporis ſalutis ejus curam mihi concredidit. Accretionis *Iconem* dedimus in *Antiquitatibus Bathonicis.*

De Sale *Alcali* in Thermis *Bathon.*

Quod *Fermentatio* ab acidis *arenæ* affuſis, a nobis primò obſervata, ab actione cujuſdam acidi liquoris, *aceti communis* nempe, *diſtillati*, *ſpiritus Vitrioli*, &c. in lapidem ſectilem, unà cum *Teſtaceis* particulis ſimul exiſtentibus, & non à materia aliquâ *aliter* ſalina, oriatur, forſan, inde appareat, quod particulæ prædictæ, *marga* etiam, ſive *Lutum Cæruleum*, *ochra*, *rubrica*, & *globuli cryſtallini*, ope *Microſcopii*, in *arena* diſtinguantur; quumq; liquoris acidi vires enervatæ fuerint, ac lis inter *acidum*, & *arenam*, fuerit amice compoſita, corpuſcula reſidua quæ non moventur, ſunt *margæ* pars, & *lapilli cryſtallini*; particulis cæteris *fermentando* corroſis, & ita abſumptis, ut hæc duo relicta, *Arenæ Caſtratæ* nomine indigitem.

Lapis Sectilis & Teſtacea *fermentationem promovent.*

Arena *quibus* componitur.

Quùm autem *Lutum* Balnei, quod ex *limo cærulo*, aut *Luto-marga*, una cum *Sulphure* miſto, conſtare videtur, idem efficiat; oritur, meo quidem judicio, *Fermentatio* iſta, partim quidem, fateor, à *ſale* quodam *margæ* infixo, præcipue vero à *Teſtaceis* particulis, quibus *lutum* abundare notum omnibus, qui ingentem *Teſtarum* numerum in luto abſterſo, & *marga* interdùm copioſe effoſſa, obſervarunt. Adeò ut *Te-*

Eadem fermentationis *cauſa in Luto.*

De Sale *Alcali* in Thermis *Bathon.*

Vid. cap. 9.

ſtaceam hanc materiam, lapideis conjunctam, & *acidis* corroſam, ad *Thermarum calorem* plurimum conferre, erit *alias* demonſtratum. Intereà, Terræ hujus Cæruleæ *Salis* parum ineſſe videtur, cui *Ebullitio*, ulla veritatis ſpecie, poſſit attribui. Quibus addi poteſt, quod liquoris acidi color, poſtquam poros ejus *Arena* replevit, idem fere ſit, cum iſto à *lapide Sectili* proveniente; ambo enim *Limaturæ Chalybis*, infuſionis colorem æmulantur, quem *Rubricæ* in arena miſturâ augeri alibi oſtendimus. Confiteor quidem *Sulphureum ſalem* in terra Luti Balnei *Bourbonenſis* in Campania adeo fixum inventum ab *Ingenioſis* quibuſdam apud Exteros *Philoſophis*, ut non niſi fortiſſimi ignis ope ſeperatum extiterit; illudq; ſal aquæ *Balnei*, unde *Lutum* deſumptum, commiſtum non erat. Verum *Thermarum* harum arena, *igni* etiam *fortiſſimo* in Crucibulo commiſſa, ſalinum *nihil* præbebat, quod ſeperari poterat, nec *ſubſtantia*, *lixivio*, aut alitercunq; aliâ probandi viâ, ſalem *ullum* adeſſe teſtatum dedit. Sed de hac re pleniùs agendum capite *ſeptimo*.

Min. Aq. Gall. *Exam.* p. 50.

Vid. Obſ. 83.

Prædominium *ſalis* Alcali *in* Thermis *demonſtratur.*

Salis interim *Alcali* in Balneis *Bathonenſibus* prædominium demonſtrat, quod *Syrupus Violaceus*, in *Thermalem* aquam injectus, ut *dictum* eſt ſuperiùs, *virorem* conciliat. Ut evidentiùs hoc fiat *Alcaliſatum ſalem* ex ædibus *Vitrariis* comparatum, in communis aquæ quantitate commoda diſſolvi, & colorem viridem à miſturâ Syrupi ſtatim obſervavi. Porrò, *Alcali* dicto *Suin de verre*, vulgo **Sandeber**, quod in *Vitrarii* ſalis compoſiti dicti **Kelp** diſſolutione, *effloreſcentiæ* cujuſdam, aut *Azungiæ*, more ſupernatare ſolet, cum aqua communi miſto, *Syrupum* prædictum addidi, & *eundem* etiam colorem emergentem conſpexi. Idem etiam à *ſale communi* ſoluto, & Syrupo addito, evenit. Jam verò, ſi idem *Phænomenon* cum *Thermali* aquâ,

aquâ, ac cum *Alcalibus*, verò *Alcali*, *Kelp*, *Sandever*, & *communi* etiam *ſale*, appareat, quis *Alcaliſatum* ſalem in eadem contineri, imo *prædominari*, unquam dubitet? Sin vero *Alcali*, *Nitrum*, & *Sulphur*, alterius generis *ſalem* componere dicantur, qui *Nitri Antiquorum* nomine venit, ut in ſequente capite dictum erit latius, *Nitro* hoc modo intellecto, *Balnea Bathonica Nitroſa eſſe à Prædominio*, lubentiſſime concedo.

De Sale *Alcali* in Thermis *Bathon.*

De *Supremo* hoc principio ne cogitavit quidem *Jordenus*, imo *Thermis* negat ineſſe, quod Balneorum *Doctoribus* ſuo tempore ſuboluiſſe videtur, ut alibi eſt dictum; unde *majorem* ſalis quantitatem, ad *purgandum* validius, in *Thermarum* aquâ diſſolutum propinare ſolebant, Cap. XVI; attamen Cap. XVIII, per *alvum*, & per *Urinas* purgare *Nitrum* affirmat; quod *communis ſalis* ſtimulantis, in impuriore *Nitro*, miſturæ attribuo. *Puriſſimum* enim *Nitrum* ſale *Alcali* nudatum, interiores corporis receſſus, citius penetrans, *diureticum* exiſtit.

Jordenus *ſalis* Alcali *non meminit.*

De Baln. *Nat.* & *Aq. Min. c.* 16. & 18.

Vid. cap. XII.

Tandem *Coronidis* loco, argumentum addam, cui nemo ſanus refragare poteſt, ex *Obſervationibus* petitum, quæ evincunt ſalem dictum *Alcali*, proportionem fere, illam in compoſito *Thermarum* ſale, ad *Nitrum*, tenere, ac in *Sex Quinq;* gerunt ad *Unum*, ideoque partibus, minimùm, *quatuor*, *Alcaliſatum* ſalem, in aquis *Thermalibus* Nitrum *ſuperare*; ὑπερ τὸν δεκα.

Vid. Obſ. *Miſcell.* & *præcipue Obſ.* 64, *&c. ad* 72.

CAP. V.

De Nitro *in* Thermis.

Capitis Summarium.

Nitrum *Naturale eſt in* Thermis. *Non crematur ut* Sal Petræ, *& ratio. Salis petræ* Alcaliſatum Sal, *quid. Nitrum* Calcarium *à Calce relictâ.* Nitrum *probatum à* Stiriarum *formâ. A liqueſcentia ſubitaneâ. Ab* amaro *ſapore. Sal* Alcali, *&* Nitrum *adſunt, non* Alumen. *Salis* **Limingtoniae** *in agro* Hantonienſi *conficiendi modus. Paragraphus ex* Autoris *vitâ manu* propriâ *conſcriptâ. Aquæ medicatæ* Actonenſis, *&* Ebſhamenſis, *Nitroſæ, & Amaræ. Seperatio ulterior ſalis calcis in* Nitrum, *&* Alcali. *Nitrum videtur* Antiquorum. *Eidem calce & igneſcendi modo ſimile. Probatur* Nitrum *ab* Effectis *internis, & externis. Arguendi modus ab* Effectis *minùs efficax. Obſervationem Sedulam, & moram longam requirit.* Balneorum *omnium* Bathonienſium Stiriæ *Nitroſæ.* Regalis *Balnei, craſſiores, & breviores.* Crucis, *longiores, & Tenues.* Calidi, *iſtis Regis fere ſimiles. Argumentum* Nitri *à liquamine. Nomine.* Autor Tricis non reſpondebit.

Nitrum Naturale *eſt in Thermis* Bathonicis.

NITRUM in aquis noſtris *Thermalibus*, negat *Autor*, ſaltem *Thermis* ineſſe non *Arbitratur*. De rationibus quæ aliò me invitum rapiunt, & Principium *Hoc* ſtabilire videntur, judicent

Quos penes Arbitrium eſt, & jus——

Scio

Scio Nitrum *Antiquorum*, ut quibuſdam placet, nunc dierum inveniri vix poſſe; Nitrum autem *naturale*, quale *Antiquorum* eſt, cum ſalis petræ *impuri* materia, ex parte idem, ſed à Petræ ſale factitio *puro* diverſum ſatis. Rerum Mineralium ſcriptoribus antiquis notum, & deſcriptum, *Thermis* ineſſe certiſſime pronuncio. Nam ſi vulgari evaporandi, filtrandi, & coagulandi artificio, *Sal extractum* laminæ candenti ferreæ imponatur, igneo hoc probandi modo, *Nitrum* ſe fatetur ſtatim. Non ut *Petræ Sal* crematur fateor, eo tamen magis ſimulat Nitrum *Antiquorum*, quod *Nitrum Veterum, libræ unius, pondere igni traditum, cinerum uncias quatuor poſt ſe relinquere*, Autor quidam doctus teſtatur; *ex Sale verò Petræ puriſſimo combuſto nihil remanere.* Si quid autem ex ſale Petræ *impuriore* combuſto remanſerit, id Petræ ſalis *Alcaliſati* nomine, in ſequentibus appellabitur.

De *Nitro* in Thermis *Bathon.*

Non crematur ut *Sal Petræ* & ratio.

Jorden. *de Aq. medic. c. 7. p. 52.*

Ex hac Nitri *calce*, non vereor Nitrum Bathonienſe *calcarium* appellare, *quod* unà cum *communi ſale*, in aquis medicatis, per totam *Angliam* abundare obſervatur. Sane in *Thermis Bathonicis*, ſalia hæc *duo* ſolùm *concreta* inveniuntur. *Calcarii* autem Nitri *impurum ſal*, calce & igneſcendi modo, a ſale petræ *puriori*, late diſtinguitur; licet Petræ *alcaliſatus ſal*, & Nitri calcarii *calx*, ad idem fere redeant. Nec ſtrepitum adeo magnum edit, aut liqueſcit citò, ac *Petræ Sal*, dum voratur igne, eo quod ab *alcaliſato* ſale, cum *Nitro* miſto, ſufflamen recipiat; qui ſupra laminam candentem, poſt accenſionem manet, & *Nitrum* ſuperat longe, ut in præcedentis capitis fine obſervatum. Quapropter compoſito ſali *Nitrum* denegare, eo quod *totum ſalis* Nitrum non ſit, æquè abſurdum videtur (comparationi hybridæ detur venia) ac affirmare, veſtimento *lineo* nihil *lanei* ineſſe, aut homi-

Nitrum calcarium a calce *relictæ.*

nem

De Nitro in Thermis Bathon.

nem *Legum* gnarum, & *medicinæ*, hanc non callere, quia *illas* profitetur; ne dicam Sal *pure ſalſum*, aut *Volatile*, inter *Nitri* principia conſtituentia, ab eodem admitti.

De Sal-Nitro, c. 1. p. 2.

Nitrum probatur a forma Stiriarum.

In *Thermis* verò contineri *Nitrum*, in iiſdem licet *prædominium* non habeat, niſi *alcaliſato ſali*, & *ſulphuri* conjunctum, à *Stiriarum* forma, quam *Thermarum* ſal inter operandum ſæpius induit, non temere concluſum. Tametſi enim *Tartarum*, & ſalia fortean quædam *alia*, hanc formam æmulentur, *viſus* tamen non rarò, *guſtus* autem certò, ſe ab invicem diſcriminat. Eodem argumento probat *Wittius* nitrum ineſſe aquis Scaburgenſibus. *A Nitro*, inquit, *fit, ut quod in fundo vaſis, poſt aquæ Evaporationem, ad mellis conſiſtentiam, reſidere ſolet, in cella ſitum, poſt aliquot horas congelaſcit, tametſi à candente pruna, ob refractas nitri vires, non incendatur.*

Font. Scarb. Sect. 12. p. 152.

Aliqueſcentia ſubita ſuper laminam candentem.

Cùm autem multo clarius hanc rem tractare decreveram; *Autorem* ſuſpicor Teſſeram minime attigiſſe, non *tàm* quod arcum male direxerat, *quam* quod jaculum *ſuum*, non *Thermarum*, adeo temere emiſerit. Salium enim tantum meminit poſt evaporationem relictorum, *quæ*, inquit, *carboni impoſita, prout Nitrum ſolet, non igneſcunt.* At vero (præterquam quod in hac re Exercitatiſſimus *Wittius* ſuperiùs memoraverat, nimirum, quod *nitrum* hoc *impurum, à candente prunâ, ob refractas Nitri vires, non incendatur,*) iiſdem ſalibus *depuratis*, in Stirias Chyſtallinas pyramidales (de quibus ſtatim plura) una cum plurimis columellis arctiſſimè unitis, formatis naturaliter, & ſuper laminam candentem ferream ignitis, rem aliter multo ſe habere compertum eſt, quæ in iſtum modum igneſcere teſtamur, quem ſupra retulimus; quodque haud parum momenti apportat ſecum, dum Sti-

Stiriarum dictarum *drachmas ſex* laminæ commiterem, quo in calcem relictam inſpicerem intimius, Nitroſæ *cryſtallorum* particulæ, numero non paucæ, intra *duorum Minutorum* ſpatium liqueſcentes, per utrumque candentis laminæ latus fluxu deſcendebant, haud ſecus ac olim *Plinius* obſervaverat, ubi *Nitrum* dixit, *ingentibus rivulis profluxiſſe.* De *Nitro* in Thermis *Eathon.*

His accedit ſapor amarus, in ſale adeo manifeſtus, ut pene illud *ſal amarum* ſuſpicari liceat, ſi *ſal amarum* ſit a *Nitro* diverſum. Jam vero *amaritudinem* Nitro, & *Nitroſis* aquis attributam, nemo neſcit, qui *Baccium* legit, ubi ait: *differunt Nitroſæ aquæ a Salſis, quod amarorem Nitroſæ ſapiunt, potius quam Salſedinem; Et quo ſincerum magis habent Nitrum, eo ſunt amariores.* Adeo ut calx *amara* alibi memorata Nitri calx veriſſima videatur, & non ſpernendum ſinceritatis teſtimonium; qui quidem ſapor in *Thermalibus* aquis non ſentitur, eo quod dilutum valde *Nitrum* ſit, & iiſdem proportione commodâ, haud tamen *maximâ*, immiſceatur. *A ſapore amaro.* *De Therm. l. 5. c. 5.*

Addo inſuper Liquamen *amarum* quod in quibuſdam *Angliæ* locis, a communi ſale diſtillat, & præcipue **Limingtoniae**, in agro *Hantonienſi*, quantitate ſatis magna, obſervatur, quod communi omnibus dialecto, **The Bitter**, ſive *Amarum*, (propter *amaritudinis* excellentiam,) ubiq; indigitant; illudq; *Nitri* non parum in ſe continere experimentis *apodicticis* evincere non dubito. Lymingtoniæ *liquamen* amarum *nitroſum.*

Aqua *Actonenſis* etiam haud procul *Londino*, a majori quantitate in minorem multo evaporata, ſaporem valde *amarum* guſtui contribuit, quem *Nitro* in Aquis iſtis copioſiùs exiſtenti, adſcribere non vereor. Imo aquas omnes *amariores* Nitro imbutas fidenter aſſero. *Aqua* Actonenſis *Nitroſa.*

Quin

De *Nitro* in Thermis *Bathon.*

Ebſhamenſis *Aquæ Examen.*

Quinet XVI die Mart. 1687, Librarum VIII *Esbſhamenſis* aquæ lixivium evaporavi, & *Semunciam* Salis compoſiti, quem *Nitrum* & *Marinum* eſſe judicavi, poſt evaporationem ad Siccitatem in fundo vaſis relictam habui. Sale autem in communi aqua poſtea ſoluto, ut purior euadat, vitrum caſu fractum, Salium formas, figuraſve *Striatas*, & *Cubicas*, prevenit. Lixivium vero *amarore*, & ſapore *nauſeo*, ita abundabat, ut moleſtiam linguæ, & palato, haud levem creaverit. Verum in *hujuſce* aquæ medicatæ *naturam*, & *facultates*, ulteriùs inquirendi, aliquando forſan dabitur occaſio: Hoc tantum addo (ut damnum nuper memoratum aliquo modo compenſatum dem) E minori aquæ quantitate, ut artis eſt, tractata, eaque maxime *amarâ*, Nitroſas *Stirias* tenues, & *amaras*, 28 die Mart. proxime ſequenti, ejaculatas obſervavi.

Paragraphus è Vita *propria.*

Ut curioſis rerum indagatoribus hoc in loco fit factum ſatis, *Paragraphum* unum, aut alterum, è *Vitâ* mea, manu propria conſcriptâ, huc tranſcribere non gravabor. Quùmq; natus eſſem *Limingtoniæ*, ubi majori copia ſal album, & Optimum, ex aqua Marina, Solis & ignis etiam ope, humanum ingenium adipiſcitur, operæ pretium duxi in modum quo Sal ibidem conficitur parumper inquirere, unde liquoris *amarulenti* cum ſale miſti natura, & indoles, luculentior evadat. Verborum autem meorum ſeries, è *Commentariolo*, de *vitâ*, & *ſcriptis*, apud me, ſic ſe habet.

Salis Limingtonenſis *conficiendi modus.*

‘ Salis etiam conficiendi modus, quo oppidum iſt-
‘ hoc (de *Limingtonia* verba faciens) vicinis cæteris
‘ longe prælucet, & *pauperibus* victum, *divitibus* opes
‘ acquirit, forſan erit non ingratus. Aquam ſalſam è
‘ Vicino Mari, in magnum receptaculum, lutoſis
‘ muris

'muris circumvallatum deductam, ſtagnare ſinunt 'operarii ad uſum, ut in promptu ſit in Maris 'recipprocationibus, quam ſalis vocant *materiam primam.* 'Hanc *primam* ſalis *materiam*, iſto receptaculo, *Palude ſuppeditante* dicto, Anglicè **a Feeding-Pond**, 'comprehenſam, uſus tempore, in quadrata ejuſdem 'Luti receptacula, ſed ambitu minora, & altitudine 'fere *ſeſquipedalia*, derivant, Ternario ordine diſponuntur ut plurimum, plura, pauciorave, pro valore prædii, ubi Sal conficitur. Radiis autem Solaribus, 'præſtituto tempore, aqua minime ſalſa exhalata, 'gradatim per omnes receptaculorum ordines, ad *Ciſternam*, ut plurimum, tectam, aquam ſalſam deducunt, quam, lixivium quùm ſit, in *lebetibus* ferreis 'decoquunt, ablatâ ſpumâ, & indito quodam coagulo, *ex albuminibus ovorum, & fæcibus cereviſiæ*, donec Sal apparet. Lixivio omni in lebetibus abſumpto, ſalem ipſum concretum in *cratibus* reponunt, formâ *infundibuli*, ut, inſigni *amarore* à puris 'putis *ſalſis* partibus *deſtillante*, *Sal Univocum* reſtet, 'quod in *Cella* reponunt in uſus Emptorum.

De *Nitro* in Thermis *Bathon.*

'Deſtillatio hæc, ſive liquor decidens à ſale in cratibus repoſito adeo *Amara* exiſtit, ut uno ore omnes 'τὸ πικρὸν, **The Bitter**, indigitent. Liquamen hoc 'amarum canibus & pecudibus Scabioſis applicant in'digenæ, & in cutis deſædationibus humanis vix ullum 'ſentiunt præſentius remedium. Sane hoc audacter 'pronunciare audeo, me nunquam ſaporem *amarum*, 'abſq; *Nitri* exiſtentia, in aquis Mineralibus obſervaſſe, neq; Sal *amarum* à Nitro diverſum unquam inveniſſe. Idem notavit pridem *Andreas Baccius*, 'quùm ſcripſerit: *Aquæ quo ſincerum magis habent 'Nitrum, eo ſunt amariores.* Et in Thermis *Bathonicis* 'Sal *commune* & *Nitrum* adeo arcte cohærent, ut fa-

Amari *liquaminis uſus.*

De *Nitro* in Thermis *Bathon.*

'cto experimento Stiriarum Nitri in *Libro* meo edito 'ſuper hac re, communis ſalis *cubi* apparuere ipſis 'Nitri Stiriis inſixi, quem admodum in Fig. 2. Stiri-'arum *Regalis* Balnei videre licet. *Huc uſq; Ipſe in Vitâ 'meâ.*

Diſq. Phyſ. de Orig. Font. c. 9.

Quibus addo, Marinam aquam pure ſalſam non eſſe, ſed ſapore præditam compoſito ex *amaro* & *ſalſo*, unde Doctiſſimus *Lydiat*, de ſalſedine Maris, Mare duobus nominibus, apud Latinos, notum ſcribit. *Mare* enim *audit*, quaſi *Amarum*: & *ſalum*, quaſi *ſalſum*; quod Nitro marino ſali admiſto, acceptum refero. Lacum etiam *Paleſtinæ* Ἀσφαλτίτην dictum, adeo *amarum* eſſe, & *ſalſum* dicunt *Geographi*, ut piſcium genus in illo ſupereſſe non poſſit.

French. Spad. Ebor. c. 14. p. 10.

Nitrum & *ſal* Alcali, *in Stiriis*; *non* alumen.

Quinetiam ut menti veritatis avidæ ſatisfactum ſit, an partes *aluminoſas* aliquas, cryſtalli ſupra memoratæ in ſe involverent, obſervavi *drachmas ſex* prædictas, poſt ſtrepitum, fluxum, & liqueſcentiam ſupra laminam candentem, *minuti unius* ſpatio, & amplius paululùm, ad *duas drachmas* redactas (parte *tertia bina* abſumpta) capitis quaſi mortui calcis albiſſimæ, quibus ſolutis, filtratis, & evaporatis, ipſiſſimum ſal *Alcali* denuò apparuit, cum *amarore* ſolito quod acidi affuſione, fermentabat, & candenti laminæ impoſitum, nullo modo *liqueſcere* viſum eſt, *crepitabat* autem, *ſaltabat q;*.

Seperatio Thermarum *ſalis ulterior in* Nitrum & Alcali.

Ad ulteriùs inveſtigandum, an *Amarum* illud intra Nitri ſuſpitionis ambitum cadens, ab *alcaliſato* ſale dirimere potueram, ſalem in *calce* iterum diſſolutum filtravi, & cùm ad *cuticulam* evaporaveram, in albicantem canitiem, infrigidantem, penetrantem, & *amaram*, exeruit ſe partim; ab *alcali*, in cujus amplexus ruebat antea, multum diſtinctum; partim verò in *ſuccum* quendam *inſpiſſatum*, iiſdem qualitatibus

qualitatibus præditum, quem *ſucco* Nitri *primitivo* ſimilem judicabam; ambo autem ſuper candentem laminam repoſita, *ſtrepitum* ediderunt, & *liqueſcebant* ut prius, calcemq; *amaram* minorem relinquebant; ſalemq; puto diſſolutionibus, & coagulationibus iteratis, *ſtrepitando*, & *liqueſcendo*, Nitrum & *Alcali* omne amiſſurum. Notandum verò, quod ſal *Alcali*, dicta ad calcem proportione, poſt ſingulas probationes, majori quantitate quam *Nitrum*, ſe aperte exhibuerit; *Aluminoſum* autem *nihil* apparuit. De *Nitro* in Thermis *Bathon.*

Quoſdam autem puto me hoc in loco ita intelligere, ac ſi *Antiquorum Nitrum* inſinuarem à *me* obſervatum, & arcanum illud in apricum proferrem. At vero probe novi *illud*, quam *Nitrum ſub judice*, paulo aliter deſcriptum. Nam *Plinius*, *Dioſcorides*, aliiq;, *Roſeum* fuiſſe tradiderunt, & pene *purpureum*, quo in *purpura* tingenda utebantur antiqui; *album* tamen inventum erat, quod propius ad *communis ſalis* naturam accedere obſervatum, ut *Dioſcorides* teſtatur. Imo *Alumen* referre *Baccius* affirmat: *Alumen quoq; ipſum*, inquit, *quædam Terræ ſalſugo intelligitur, ſimile admodum Naturali Nitro, ut Commune videmus alumen album, ſplendidum, roſeo foris colore, & ſpongioſum, quibus etiam notis à Dioſcoride Nitrum deſcribitur.* Rationem reddit, lib. 1. cap. XXII. *Alumen etſi quadam naturaliter unctuoſitate participet, potiores tamen partes obtinet ſalis. Quare ubi ſincerum naſcitur, nullum habet illius ferveſcentiæ ſignum, imo igne admoto retundit flammam.* Hoc etiam dicere non vereor; Si in album *Antiquorum Nitrum* verum quiſquam inciderit, illud a *Nitro Bathonienſi* acerrimum judicium diſtinguere vix poſſe, quod Sal *Nitro-Sulphureum* quùm ſit, communem ſalem ar-

Nitrum Bathonienſe *propius accedit ad* Nitrum Antiquorum.

l. 5. *c.* 30, 31.

l. 5. *s.* 8.

De *Nitro* in Thermis *Bathon.*

ctiſſime amplectitur, & cum eodem miſtum intimius, calce, & igneſcendi modo, *Alcaliſatum* æmulatur.

Antiquorum Nitrum alcaliſatum.

Nitrum *Antiquorum* verum ex *Ægypto*, & regione illi vicinâ, ad ſe delatum memorat Nobiliſſimus *Boyleus*, quod *guſtu ſal Alcali referre* teſtatur. Et paulo poſt: *Si vero in rebus hiſce exquirendis curioſi eſſent Ægyptii, nullus dubito, quin inter fontes & puteos, ſalibus alcaliſatis impregnatos plures invenirent. Experimentis enim factis de induſtria ſuper NATRON, quo nomine Ægyptiacum Nitrum verum vocant Sapientes, à Legato quodam, mente Scientiæ avidiori prædito, ab Oriente proficiſcente, dono datum, Nativum illum ſalem inveni eadem cum alcalibus factitiis phænomena varia exhibuiſſe.* Regalis etiam ſcientiarum *Academiæ* Ingenioſi *Pariſienſes*, Examine aquarum Mineralium *Galliæ* nuper edito, Balnea *Borbonenſia l' Archambault*, in *Bourbonnois*, ipſiſſimo *Antiquorum* Nitro impregnata obſervarunt. *Nitrum*, inquiunt, *ad quod Academiæ Secretorum Naturæ myſtis Aquarum ſalem Balnei Bourbon l' Archambault referre placuit, Nitrum eſt Verum ab Antiquis deſcriptum, & vulgò ita nominatum quod ſali plantarum in cineres redactarum ſulphureo fixo ſimile, à Sale Petræ chymicis quibuſdam Nitrum dicto, diſtinguatur.* Item, inferius paulò: *Natron Ægypti & Borax naturalis Nitri ſpecies ſunt, ad quod etiam pertinet Margæ Sal, qui ſulphureus eſt; magis autem ſalem Volatilem plantarum, quam Alcalia, refert. Salia hæc Nitroſa omnia ſulphureum quiddam in ſe comprehendunt, quod in ſale Petræ non alcaliſato deeſt. Alcaliſatur autem Petræ ſal, quando Sulphuris in Carbonibus ope, ad naturam, & qualitatem ſalis herbæ Kali reducitur.* Salem autem *Alcaliſatum*, & *Sulphureo-Nitroſum* in Balneis *Bathonenſibus*, æque ac *Borbonenſibus* abundare

De Aq. Min. p. 88.

Exam. Aq. Min. Gall. p. 52.

p. 52.

abundare affirmo, & *majori* etiam *quantitate* ineſſe obſervavi; adeo ut *Antiquorum* Nitrum non minus *Bathonenſia* Balnea *Anglica*, quam *Borbonenſia Gallica* imprægnare videatur; nec virtutibus, Balneis dictis *Borbonenſibus*, aut Ornamento cedunt, imo, quantum audivi, Superant, *Bathonica* in *Britannia*. De *Nitro* in Thermis *Bathon.*

Porrò, *Antiquorum Nitrum* a ſale vulgo *Petræ* ſale nuncupato, differre, inde patet; Quod *acetum* Nitro *antiquorum* olim affuſum, ſalis *alcali* ad morem, *Fermentationem* induxerit. *Acidum* enim corrodendo *Nitrum Alcaliſatum* ita vexavit, ut particularum motu inteſtino ſuccedente, *conturbationem*, & conſequenter *attritionem* quandam creaverit. Hinc illud, *Proverb.* Cap. XXV. Com. 20. *Qui mæſto canit cantilenam, idem facit ac ille qui Veſtimentum auſert in die frigoris, aut Acetum Nitro affundit.* Ingratum certe maxime, & iniquo animo ferendum utrumq;. Exaſperatur enim *aceto* Nitrum, æque ac *frigore* Nudus aduritur. Jam vero ſali Petræ *aceto*, *ſpiritu ſulphuris* p. c. aut *ſpiritu Vitrioli* affuſo, *fermentatio* nulla, aut *ebullitio* inſequitur; Thermarum autem ſali, imo *lapidi ſectili*, *margæ*, *ochræ*, & cuicunque *ſalis* aut *Terræ* generi circa *Balnea* invento, ut inferius plenius conſtat, & planius oſtenditur, affuſis acidis, *efferveſcentia* exoritur, & *fermentatio* apparet, quod Thermarum etiam ſalem ad *Antiquorum* Nitri naturam propius accedere evidentius demonſtrat. *A Sale* Petræ *differentia.* *Vid. c. 5.*

Notandum verò נתר Neter Hebræorum, ut & Chaldæorum נתרא Nitra, *Nitrum* antiquitus ita dictum; & Nitrum etiam *Naturale* jam ſignate notare. Interpretes vero *Syri*, qui *chordam arcus* tranſtulerunt, jaculum, quantum viri ſapientes poſſunt, emiſerunt *temere*, niſi *acetum* inteſtina illa ſicca mordacitate ſua corrodere poſſe, & ita iiſdem moleſtum Nitri *nomen* Hebræum, & Chaldæum.

De *Nitro* in Thermis *Bathon.*

ſtum fore, & ingratum, judicemus; quod conceptu multo facilius exiſtit, quam *montes Hannibalem aceto perrupiſſe.* Verum prior interpretatio, a *naturali* philoſophia, apud ſacram paginam, præſertim vero *Jobi*, & *Proverbiorum* libris ubiq; fere legenda, petitâ, *naturalis* magis eſt, & ſecretorum *naturæ* myſtis ſaltem, magis arridebit.

Nitrum *probatur ab* effectis.

Neq; contrarium, puto, arguunt *effecta*; Authores ſiquidem *Nitrum* refrigerare, penetrare, & purgare, uno ore affirmant, *priora* duo patent *ſitim* ſedando, *inflammationes* minuendo, & ad ductos urinarios tranſeundo velociter; *poſtremum* autem, per *ſedem* operando apparet. Nitrum enim, non ſecus ac alterius generis ſal, tam *alvum laxare* dicitur, quam *urinas ciere*; & de Aquis *Nitroſis* affirmat *Baccius*, *vacuare illas*, *virtute Nitri*, *per alvum*, *& per Urinas.* Ingenioſi etiam Pariſienſes philoſophi, nuper memorati:

Min. Aq. Gall. Exam. p. 110. *Nitrum verum Antiquorum ſulphureum quum ſit*, *& plantarum Alcalibus ſimilitudinem gerens*, *hoc etiam habet cum iiſdem commune*, *ut alvum commoveat.* Item:

p. 52. *In libris* IV *Aquæ Balnei Bourbon l' Archambault drachma una ſemis inventa Nitroſi ſalis*; *ea autem quantitas ſufficit ad laxandam alvum*, *eodem modo qua alcalia ſolent commovere ventrem.* Et quidem quum *purgatio*, ut ſimilius vero exiſtit, per *ſtimulationem* fiat, *Nitrum*, cæterorum ſalium more, illam *pungendo* perficiat, & inteſtinorum tunicas membranoſas *vellicando*, naturam, æque ac *ſal Alcali*, quod etiam in ſe involvit, *ſtimulatione* quadam ad excernendum provocet. Idem de *Effectis Externis* lavando provenientibus affirmetur, quæ *Nitri* in *Thermis* exiſtentiam nequaquàm impugnant.

Quinet ab *effectis* arguendi modus à *Poſteriori* ſolum eſt, & *minus* efficax, in *tenebris* quidem, & *palpando*

pando utilis, *experimento* autem circa cauſam occupato cedat neceſſe; quid enim, ex verbo veteri, *verba audiam, cum videam facta?* Quicunq; etiam hoc opus ſuſceperit ab *Effectis* de Aquarum natura judicium ſuum ferre, quod quibuſdam Viris ſagaciſſimis certiſſimum videtur, conſideret oportet, ab *Obſervationum* aſſiduarum apud locum ipſum habitarum ſerie criſin *effectorum* optimam dependere, quod locis diſtantibus non efficitur, ſed moram ſatis longam ibidem requirit. Qualem autem in hac re progreſſum feci, perito *Lectori* & *Benevolo*, perlecto hoc *Tractatu*, determinandum relinquo, *viginti annis*, magnam partem, apud locum tranſactis, quorum curriculo, ſumptibus diligentiæ paribus, *obſervationes* collegi, & *effecta* etiam *obſervare* no[illegible]eſtiti. De *Nitro* in Thermis *Bathon.*

Jam vero ut ad *Nitroſas* Thermarum *Stirias*, quas, in Antiquorum Nitri naturæ gratiam, reliqui, redeam; *Stirias* ſupra memoratas *figurâ* ſolum, & *conſiſtentiâ* variantes parum, ex omnium *Balneorum* aqua comparavi. Nam *Balneorum omnium Nitroſæ Stiriæ.*

Regalis Balnei aqua, poſt ſalem diſſolutum plene imbibitum, & lixivium ſaturatius inde acquiſitum, ad *Cuticulam* decocta, & in loco frigido repoſita, ab interiore vitri parte, in quo vaporabat, in Cavitatem ejuſdem *Stirias* longas emiſit, & robuſtas, adeo quidem validas, ut communis ſalis quiddam ſecum *Stiriæ* unà rapuerint, quod, Stellarum inſtar in Cœlo ſereno, in *Stiriis* apparuit, album tamen & forma cubica, in Teſſeras diſtinctum, a partibus *Nitroſis*, viſu ſatis ſeparabile, quibus cubis ſolide impactis, *Nitroſæ Stiriæ* quaſi clavatæ apparuerunt. Vid. Fig. 1, 2, 3. Regalis *Craſſiores.*

Crucis vero Balneum in *Stirias* minores multo exploſit ſalem, *longas* tamen & *tenues* valde, numero plures, Crucis *Longiores & Tenues.*

De *Nitro* in Thermis *Bathon.*

plures, fundo vitri invicem vicinas, distinctas tamen, & mucori materiæ corruptæ adhærenti, haud multum absimiles, quæ, facile friabiles, vix tactum ferebant. Vide Figuras; ubi iv^ta *Stirias* binas repræsentat a Vitro remotas, & naturali formâ *majori* exhibitas; v^ta vero *Vitrum* ipsum *evaporatorium*, quo *Stiriæ* omnes, ut *naturaliter* se in conspectum dederunt, continentur, *majores* tamen, notat.

Calidi *Regio* *similes.*

Balneum verò *calidum* majorem multo creavit molestiam, adeo ut duobus aut tribus experimentis tentatis frustrà, contra Nitrum in hoc *Balneo* erat tantum non conclusum; postea vero, cum res melius succederet, soluto *sale*, & *lixivio* secundum artem evaporato, quinq; aut sex *Stirias* inde obtinui, *robustiores* multo, *brevio*[illegible] tamen istis, ex aqua *Crucis* emergentibus, quæ Nitrum *huic* etiam *Balneo* inesse confirmatum dederunt. A quo tempore, *experimento* eodem modo iteratò, Stirias *firmas*, & *compactas* reddidit Balneum *calidum*, & æquales fere istis, quas in *Regio* observaveram, quæ Balnea, *Regale* nimirum *Calidumq;* eodem prorsus modo *Nitrum* explodunt, & isthac in re, a *Crucis* distinguuntur. Vid. Fig. IV. quæ duas *Crucis* Stirias tenuiores exhibet, à Vitri latere. *Major* & *Crassior*, Fig. vii^æ *Calidi* est, & *compactas* refert, memoratas primò.

FIG.

Fig II

Fig III

Fig V

Fig IV

Amplissimo Domino,
GVALTERO LONG
de Whaddon, in agro Wil
toniensi Baronetto, Ther-
marum Fautori,
SACRA

Fig VI

Fig VII

Fig VIII

De Nitro in Thermis Bathon.

FIG. I, II, III.

Figura I, & II, *Regalis Balnei Nitrosas Stirias Crassiores, seu crystallos, notant, Communis salis cubis impactis clavatas:* III *verò crystallum, sine sale alcali infixo, representat.*

FIG. IV, & V.

Figura IV (*utrinq;*) *Crucis Balnei Nitri Stirias longas & Tenues, justo paulo majores, exhibet, à latere Vitri Evaporatorii.* V *autem Vitrum Evaporatorium, cum Stiriis naturaliter explosis, denotat.*

FIG. VI, & VII.

Figura VII *Calidi, sive oblongi Balnei crystallum crassam exprimit, & Regis æmulam.* VI (*utrinq;*) *Stirias ejusdem Balnei longiores, & Tenuiores exhibet.*

De Nitro in Thermis Bathon.

Prædictorum scopus præcipuus.

Balneorum *omnium* exactam differentiam inter se, ex *Observationibus* prædictis colligendam esse neutiquam affirmo; Experientiæ enim opus est, & *observationum* plurimarum pensum, quæ singula distincte, & curiose discriminent (ut in *Observationum Centuriâ* annexâ partim effectum) de hac re certi quiddam solidiq;, determinare, huic autem usui inserviant, confirmationi nimirum assertionis quam supra posuimus, *Balnea omnia Bathoniensia Nitro imbui, imo Nitro ipso Antiquorum*, quod sale *Alcalisato*, & *Nitro-sulphureo* constare dictum est superiùs; & si hoc non sit quod sub hac nomenclaturâ probatæ fidei autores descripserunt, & in re Minerali versatissimis *Nitrum* appellatur, in notionem Chimæricam per me licet, transeat in posterum, quæ in rerum naturâ fundamento destituitur, & ortum suum *Phantasiæ*, & *Vertiginoso cerebro*, acceptum refert.

Argumentum Nitri a liquamine.

His addendum *Liquamen*, aut *oleum* Thermarum salis *per deliquium*, occlusum, & igne calefactum, in figuram *Nitrosam*, statim ac frigidum, subito concrescere; adeo ut necesse non sit, *aeris* vim secretam, & invisibilem, ab extra accersere, ad creandam metamorphosin, ac istæ *Poetarum* æque probabilem, cum apertis, & certis *naturæ* principiis, innate propendeat, & disponatur materia, ad efficaciter illud efficiendum, σὺν θεῷ, quod aliunde provenire incassùm requiritur. Nec ullus dubito, quin Nitrum *aereum*, suam *Naturali* Nitro debeat originem, quod è *Terra* primo proveniens, in *aere* fluctuare possit, donec alicubi consideat, & *magnetismi* more, partibus sui fimillimis adhæreat. Et quidem hoc modo *magnetismum* in capite *præcedenti* memoratum, quem somniarunt nonnulli, si qui fuerit, intellectum velim; qui mineram *Nitri naturalis* subterraneam, cui *magnetismus* innititur, stabilire videtur. Vid. Cap. 9. versus finem.

Ar-

Argumentis *Philoſophicis*, ultimo loco, *Grammaticale* adjungo; quod *Nitroſus* ille *Sal* ſoli præcipue, aut candelæ expoſitus, *rutilet* valde, lumenq; reflectat, quod notationi vocis *Nitri* conſonum videtur, quæ forſan non *Græcia* oriunda, quemadmodum *Autor* eſt Etymologici Magni *Scriptor*, qui ἀπὸ τὸ νίζειν, ab *abſtergendo* deducit; ſed *Latio* orta potiùs, a *Nitendo* nimirùm, quia cæteris ſalibus *ſplendidius* apparet; niſi voces *Græcas* & *Latinas*, Criticorum judicio, *Hebræorum* נתר *Neter* ætate cedere ſic neceſſe, cui quidem idiomati, ut linguarum *Matri*, dialectus cæteræ *obedientiam* ſuam ſolent præſtare. De *Nitro* in Thermis *Bathon.* *A* Nomine.

Quæ dicta ſunt *Veritatis* Indagatoribus non *rixoſis*, Naturam *Nitri* & qualitates declarant, *Nitrumq;*, puto, *Balneis Bathonenſibus ineſſe*, non *probant* modò, & etiam *demonſtrant*. Qui vero malo quodam genio acti, controverſiæ ſerram, præfracto animo, reciprocare malunt, quam veritati acquieſcere, ſciant, ſi qui ſint, *Apinis*, & *Tricis*, multò minùs *inſomniis* ac *deliramentis*, nec *Dignitatis* eſſe, nec *Otii* reſpondere. *Autor* Tricis *non reſpondebit.* *Vid. cap. 9. in fine.*

CAP. VI.

De Sulphure *Thermarum.*

Capitis Summarium.

Sulphur *principium* minùs *principale.* *Ab eo quod non* præcipitatur, *non adesse,* malè *arguitur.* Sulphuris *argumenta a* colore, & odore *in fusione salium. In* Lixivio *salis ante fusionem.* Sulphuris *in Aquis Thermalibus* præcipitandi *difficultas. A* nigro *colore argenti in iisdem mersi probatur.* Acidum *non est solus* præcipitator *Sulphuris.* Erroris *causa. Argumentum* Sulphuris *à* rubro *liquoris colore in quo dissolvitur.* Willisius *vindicatus.* Magisterium *in Aquis* Thermarum *album est* lapideum. *Simile* alibi *observatum. Sal* non salsum, *est Sal* catachresticè.

Sulphur *quare* Thermarum *principium* minùs *principale.*

ET quidem jam ex methodo in *Schemate* præscripta de *Acido* tractandum, verum hic proximum Aquarum *Thermalium* principium Nitro, *Sulphur* succedit, eoque aptius, quod Nitrum *Sulphureum-salem* esse superius ostendimus. *Sulphuri* autem locum inter principia *minùs* principalia, & *Secundaria* attribui, quod *Thermarum* aquam licet constituat, non tamen, ut salia *Alcali* & *Nitrum, substantiâ* se prodat (in certum enim separandi viam adhuc non incidi) sed indiciis quibusdam summe probabilibus, ut *Acidum*, inesse colligitur; ideoq; *Constitutivis* Thermarum principiis, utpote alterius generis principium à *Salibus* diversum,

versum, *Secundariò* annumeravi. Cur autem principiis Constituentibus *primariò* Acidum *non* concretum, *& minùs* visibile in *Schemate* accensui, in sequente capite ratio est reddita. *Salia* enim præcipue Aquam hanc medicatam *primariò* efficiunt; *Sulphur* vero, quatenus cum *Sale* mistum, *Salino-sulphureum* salem constituit, ut in præcedente capite de *Nitro* clarius apparet. *Sulphur* etiam fermentationis vi valde comminutum, & intimius cum aqua mistum, *halitu*, una cum *acido*, magnam partem, evaporat. Hinc *Ingenioſus* quidam inter peregrinandum obſervavit, *Sulphur*, quod magna quantitate in *Thermis* multis abundat, jugiter *avolare*, neq; poſt *Thermalis* aquæ evaporationem, in iiſdem apparere; *unde rationi magis conſonum duxi*, inquit, *illud potius extra aquas, quam in aquæ ipſa, inveſtigare. Nam locis quamplurimis ſupra Balnea, quæ aquæ Calidæ halitum exceperunt, vidi ſulphur adhærere. Ut hac de re Curioſitati meæ ulterius litarem, canalem aquis Calidis in Auſtria, dictis* Baden, *per quem Thermalis aqua perpetuò decurrere ſolebat, aperiendum curavi, & ſubſtantiam à floribus ſulphuris parum diſcrepantem à ſuperna canalis parte, manu propriâ collegi, quam pixidibus quibuſdam comprehenſam poſtea ſervavi.*

D: *Sulphur* Thermarum *Bathon.*

Edv. Brown, *M. D.* Lond. *de quo inferius.*

Nonnulli autem hic *Charybdim* vitare ſtudentes, inciderunt in *Scillam*. Cùm enim *Antiquiores* ſtatuerint (quod *Autor* quidam *nuperus* etiam aſſeruit) *Sulphur* ad *cujuſcunq;* generis *Thermas* neceſſario requiri; *Novatores* hi *nullis* ineſſe affirmant intrepide. Qui verò huic *baſi* fabricam ſuperſtruxerit, indeq; certo concludere non veretur, *Sulphur* aquis Thermalibus non ineſſe, quia *præcipitando* non redditur manifeſtum, cautum eſſe velim, ne experimenti *Negativi* teſtimonio, *poſitive* determinet, donec *vitriolum* præcipitatum

Simpſon. Zym. Phyſ. c. 2. p. 7.

Ab eo quod non præcipitatur *non adeſſe male arguitur.*

De *Sulphure* Thermarum *Bathon.*

cipitatum viderim, quod adeſſe conceditur; & ſi in aptum *præcipitatorem*, qui particulis iſthoc modo dignoſcendis, ſuerit undique oppoſitus, forte non inciderim, rationibus etiam aliis contrarium ſuadentibus; opinioni fatuæ non tantum tribuerem, ut inſtantia comparata, à *Calce Viva* deſumptâ, inducar *naſum* proprium ſuſpendere, & *oculos* eruere, qui, quouſque poſſunt, contrarium evincunt.

Sulphuris *argumenta a* colore *&* odore, *in fuſione ſalium.*

Nam ſi *Thermalium* aquarum Contenta, quæ impurioris ſacchari *ideâ*, & *colore* primò apparent, crucibulo indantur, ut ad fuſionis ſtatum *ſalia* perveniant, candente Crucibulo, & priuſquam paulò *ſalia* funduntur, *Color* & *Odor* Sulphureus percipitur, ſenſimq; adeo fætet, ut in qualibet ædis parte interiore Sulphur redoleat; & quemadmodum ad fuſionis ſtatum *ſalia* adproperant, decreſcit *Sulphur*, Odor etiam *fætidus*, & color *cæruleus*, minuuntur, adeo ut, *fæcum* inſtar, & *recrementi*, calcinando depereat, & in puriſſimo ſale nequaquam reperitur; aquarum autem Thermalium *conſtitutionem* eum *ſale* unà ingreditur; & eaſdem, cum cæteris memoratis, partim componit. Addo me lixivium ſalis ante fuſionem apparaſſe, quando partes omnes *Sulphureæ* non fuerant abſumptæ, fætoremq; *Sulphureum* adeo *nares* meas perculiſſe, ut celerrime iſtius *ſenſus*, ſi quid ſit, teſtimonium obtinuerit. Jam vero, donec in aliquid inciderim, quod *cærulum* colorem *Viſui*, & *fætorem* pure Sulphureum *olfactui* præſentaverit, quod *ſulphur* non eſſe evidenter apparet, *ſulphur Thermarum* hoc eſſe credere, & vocare, non deſinam. Obſervavi (fateor) ſæpius *colorem cærulum* verſus fundum flammæ, in *candelis* accenſis, quarum Compages oleoſa, ſuo modo *ſulphur* referebat; verum quùm odor *Sulphureus* non appareat, verè *ſulphureum* non eſſe, nec dicendum,

dum, conſtat. Limus etiam *Thermarum*, manibus, Cataplaſmatis more applicatus, exiccatuſq;, *Sulphur*, cuicunq; *niſum* habere datur, redolet aperte. Mineralis cujuſdam ſubſtantiæ genus memorat *Freuchius*, recrementis ferri haud abſimile, quod igni traditum, & colorem *cærulum* exhibuit, & odorem *ſulphureum*; guſtu autem retulit *Vitriolum*, indeq; vitriolum parari poterat, &, tractu temporis, omnino fere in *Vitriolum* mutatur. Et quidem licet *Sulphur*, & *Vitriolum*, in Telluris vicinâ ſint invicem commiſta, adeo ut *hujus* prædominium *Vitriolum*; *illius* autem excellens quantitas, *Sulphur* denominet; non tamen inde ſequitur vitriolum in *ſulphurato*, aut ſulphur in *Vitriolato* corpore non adeſſe; neq; colore *cæruleo*, & odore *ſulphureo* præditum, *Sulphur* non fuiſſe; in quo ambo conjuncti, inexiſtentis *Sulphuris* ſpem aliquam relinquunt, tametſi *Sulphur*, & *Vitriolum*, tam aciditate, quam aliis quibuſdam, inter ſe conveniant. *Sulphur* etiam, & *Vitriolum*, in eadem palude ſe inveniſſe *idem* teſtatur.

De *Sulphure* Thermarum *Bathon.* *Spadacren. Ebur.* c. 14.

Ibid.

Quinet *Sulphur* cum ſale corpus unum conſtituit, quod tranſeundo in lixivium unà, & chartas in filtrationibus penetrando apparet, & haud aliter quam fortioris ignis vi, *notabile* exiſtit, quo ſalis corpus aperitur, & *ſolvitur* continuum, ut *fuſio* ſuccedat, ita ut qui non ambo, *neutrum* præcipitat, niſi *ſulphur* à ſale *ſeparatum* fuerit, quod haud ita facile credo, efficitur, niſi *ignis* adjumento, quo *ſulphur* abſumitur. Adeo ut *aquæ extinctionis calcis vivæ* inſtantia ad *rhombum* non ſit, ubi *ſulphur* ſeparatum decoquitur, & præcipitatur, *hîc* vero non item, cùm *ſulphur* in ſale reſideat, eique uniatur, & pars corporis exiſtat, quemq; alterius defectu, voce inſolitâ, *ſalino-ſulphureum*, aut ſeſquipedali vocabulo, *Alcaliſato-Nitro-Sulphureum*.

De *Sulphure* Thermarum *Bathon.*

Nob. Boyl. de Aq. Min. p. 50.

phureum ſalem indigito. De hac re ita ſcribit *Autor* prænobilis: *Si Sulphuri contigerit, cum ſale, aut Minerali quopiam ſubterraneo, quod nos latet, & odorem ejus peculiarem ſupprimere poſſit, aut diſſimulare, complicari; illo poteſt aqua, ſaturatè ſatis, obſcurè tamen imbui.*

Tam ochræ *quam* Luto, Sulphur *adhæret.*

Notatu etiam non eſt indignum, *lutoſæ margæ*, unde *limus*, ſive *Lutum* conſtat præcipuè, *Sulphur* adhærere, quemadmodum ochræ *acidum*; quòdq; *margæ* quid *ſulphureum* à *ſulphure* imprimatur, ut *ochræ* aciditatis aliquid ab *Acido*. Imo, tam *ochræ*, quam *Luto*, Sulphur adhæret. Nam ſi *Penicilla*, quibus Balneorum Aquaductus inferiores obturari ſolent, & *luteo* hoc colore ſaturatius inficiuntur, remanſerint illota, odorem fætidum emittunt, *Cloacæ* cujuſvis haud ſecundum; & *ochra* ipſa in communi aqua diutius macerata *fætidiſſima* exiſtit; quod *fætenti* intra ochram *Sulphuri*, in ſecundo *Capite* ſuperiùs attribuimus. Jam verò, ſi *margam* etiam præcipitaveris & *ochram*, niſi Sulphur ab utraq; ſeperatum dederis, *Sulphur* non apparet, ſed liquorem præcipitantem fallet, & indiſcriminatum manebit. Imo *puriſſimum* poſtea *ſulphur* non ſine terra adhærente inveniri obſervatur. *Quis* autem, *niſi mentis impos*, ſulphur naturale, *infans*, & impurum, cum *Marga*, *Ochra*, & *Sale* complicatum, & minime maturum, aquis Mineralibus inhærens *naturaliter*; æque ac ſulphur ſeperatum, factitium, adultum, defæcatum, & maturum, in aqua *Thermarum*, aut quacunq; alia decoctum, & ſolutum, eodem modo *præcipitandum* ſperet?

Joneſ. Subſ. Bath. p. 15.

Quinetiam, circa *Bathoniam*, in agro D. *Georgii Clark* Swainſvicenſis, Pyrites quoſdam *Sulphure*, & forſan *ferro* abundantes, tam *craſſos*, & mole majores; quam *Tenues*, latiores, & laminoſas (vide Figuras

Pyrites Sulphureus Crassus, ut Sulphur fractus & inflammatus, appareat.

Fig. 3.ma

Pyrites Sulphureus Tenuis, latior.



Fig. 2.da

I. Savage Sculp.

guras) intra *Margam* ſepultos, & effoſſos, cum *marga* ipſa adhærente, collegi, & in vicinia quadam prope pontem dictum **Lambridge**, utriuſq; generis magnam copiam nuperrime obſervavi; qui in pulverem redacti, & calcinati, fætorem *Sulphureum* adeo fortem emittebant, ut *Matthæus Reeve* Auriſaber *Bathonienſis*, & adſtantes alii, ſe tantum non ſuffocatos judicaverint. Pyriten talem *Sulphur lapidoſum* Bauhinus appellat. Majorem etiam quantitatem pulveris, è *Pyritibus* dictis, iterum calcinavi, & *Sulphur* in iiſdem abundare, & *Odore*, & *Colore*, ſumme manifeſto, deprehendi. Ut ulteriùs procederem, calcinatis *Pyritibus*, & *Salibus* quibuſdam additis, *lixivium* apparavi, quod gallis additis in colorem *Nigro-purpureum* ſtatim vergebat, & brevi poſt *atramento* ſimillimum, quod aciditati *Sulphuris* in Pyritibus attribuo. *Lixivium* enim cum *Pyritibus* ſine ſalibus factum, cum gallis *purpuraſcebat*. Imo Sulphur & ſalia invicem commiſta, abſq; *Vitriolo*, colorem iſtum *atramentoſum* creare valent, & hac etiam aquâ *Sulphuratâ* vitriolum referente, alteri *Nobiliſſimi* Autoris, gallas, aut infuſionem earum ſimulanti oppoſita, perfici poſſit.

De *Sulphure* Thermarum *Bathon.*

Hiſt. Font. Boll. l. 1. c. 1.

De Aq. Min. p. 51.

Recipe *Pyritum prædictorum partes tres*, *Salium*, *Petræ*, *Communis*, & *Alcaliſati dicti* Sandever, *ana partem unam*: *calcinentur*, *F. Lixivium*, & *filtretur per chartam.*

Aqua Sulphurata *Autoris.*

Hæc aqua gallis commiſta, nictu oculi, inſtar atramenti evadit; quod à *ſulphure* & ſalibus *alcaliſatis*, quibus ſui generis, forſan *ferri* in Pyrite, *aciditas* ineſſe poſſit, ſine manifeſtâ *Vitrioli* aciditate, provenire exiſtimo. Non nego tamen quin *Vitrioli* etiam *immaturi* quiddam, in his *Pyritibus* latere queat, partibus quibuſdam aliis compoſitis, quas

De *Sulphure* Thermarum *Bathon.*

impræſentiarum, ob alterius generis negotia, intelligere haud licet.

A nigro *colore argenti* Thermis *immerſi* Sulphur *probatur.*

Quinimò, quùm inde quod *Thermarum* aqua argentum *nigro* colore, non *luteo*, intingat, Sulphuris *nihil* ineſſe concludat; argumentum hoc ad *hominem* revertitur, & veritatem illuſtrat. Color enim quem *Sulphur* ſolutum argento, tractu ſaltem temporis, impertit, non tam *luteum* eſt, quam *Nigrum*, prout facile apparet injiciendo argenteam monetam quamlibet in *Sulphuris* decoctum cum vivæ *calcis* aquâ paratum, quod colorem reddit illi argenti iſtius quod *Balnei* Scatebris imponendum curaveram proximè æqualem, adeò ut diſcrimen vix ſentiatur; ne dicam luteum quiddam, *æream* potius quam *auream* naturam referens, in argento *Balnei* aqua tincto, haud ſecus ac a *Sulphure* ſoluto, primò evenire ſolet, haud rarò obſervari. Teſtatur etiam *Frenchius* argentum in Sulphurati *Knaresburgenſium* Putei aquam injectum, primum *luteo* colore tingi, dein *nigro*; aurum autem ab eadem nequicquam mutatum. Idem in *Balneo* quodam apud Exteros notavit *Edvardus Browne*, Medd. *Londinenſium* Coll. Reg. Soc. & Cenſor, *Thomæ* Equitis Aurati, & Medici haud ita pridem *Norvicenſis* Clariſſimi, filius πολύτροπος, ὃς μάλα πολλὰ Πλαγχθῆ———

Spadacren. Ebor. c. 14.

Peregrinat. Hiſſ. p. 21. *fol.*

Et *Mores hominum multorum vidit, & Urbes*; quod fricato *Turcæ* manibus nummo, dum è Cataractâ deſcendebant *Thermales* aquæ, momenti dimidio effectum conſpexit. Idem etiam argentum ultra pedis unius diſtantiam *Thermarum* halitu colore *aureo* infectum vidit. Porrò *Jordenus* argentum colore aureo tingendi vim *Bitumini* attribuit, quod *Sulphuri* intra *Bitumen* invento potius debetur. Argentum enim in aquam *Sulphuratam* quamlibet immerſum,

De Baln. *Nat. & Aq. Min. c.* 6.

merſum, primò *luteum*; brevi *nigrum*, dein verò *Nigerrimum* evadit. Quinet *aciculi* è mundo muliebri in *Thermas* deciduæ, ſubſidentes, & in fundo, poſt moram ſaltem aliquam ibidem, repertæ, & obſervatæ, maximam partem *nigræ*, parte vero aliqua *ſubaureæ* apparent. *Fumus* etiam, ſive *Vapor* à ſoluto ſulphure *aureus*, abs oleo *Vitrioli* & *Tartaro*, in *Tartaro Vitriolato* conficiendo, præcipue ſi majore ſolito proportione ingredientia coiverint, ortus, argentum à ſordibus purgatum, eodem colore quo *Thermalis* aqua, aut ejuſdem *Limus*, intingere obſervatur. Vaporibus etiam *Sulphureis*, atomis ſubtilibus, aut Effluviis, cum aqua miſtis, metalla *alba* tingendi facultatem *Frenchius* aſſignat. *De Sulphure Thermarum Bathon.* *ubi ſupra.*

Nec quidem apud me extra omnem controverſiæ aleam ponitur, optimum, ſaltem *ſolum* ſulphuris præcipitatorem, *Acidum* exiſtere. Decocto enim Minerali iſto in aqua *Calcis vivæ*, liquor affuſo Spiritu Vitrioli, in *luteam* & albidiorem multo *conſiſtentiam* ſubito mutatus, poſtea ſubſidens, non *Sulphur*, ſed *calcem vivam* præcipitavit. *Sulphur* itaq; majorem licet fætorem ediderit, non tamen ita manifeſtò præcipitatum, ac *oleo Tartari* apparuit, quod *Sulphur* proprio colore, ſine *lactea opacitate* permanente, præcipitatum dedit; unde obſervavi *Quod calcem vivam acidum aptè præcipitet, ſi una cum calce Sulphur fuerit decoctum; Sulphur autem ipſum decoctum ut prius, fixo ſale præcipitari melius: ubi veſtibus propriis, ſine albis, apparet; non tamen adeo fætere ut quod ab acido præcipitatur.* Notandum etiam S. *Cloſſeum*, in præparatione illa Lactis *Sulphuris*, quâ *viva calce* Sulphur aperitur, *Sulphur* dirigere præcipitandum *Vriuâ*, quæ, ob innatum ſibi Tartarum, *Sulphur* deverberat. Et quidem quùm partes *acidæ*, & *non acidæ* *Acidum non eſt ſolus præcipitator Sulphuris.* *Obſervatio ad rem.* *Vid.* Schrod. *Pharmacop. in pr. Lac. Sulph.*

De *Sulphure* Thermarum *Bathon.*

in *Sulphure* contineri, in ſequente capitulo traditum ſit; Alcali *acido*; & acida *non acidis*, opponuntur commodius. Apageſis itaq; poſitio iſta, *ſalia fixa ſulphuri ſolvendo, non verò præcipitando, idonea eſſe.*

Erroris *Cauſa.*

Erroris hujus ratio forſan inde petenda, quod *albicans* materia ab affuſo *acido* præcipitata, *parum* examinata, habebatur Sulphurea; *Si Sulphur*, inquit, *aquæ extinctionis calcis vivæ incoctum fuerit, aqua ea, non jam uti priùs, à ſalis fixi, ſed ab acidi affuſione, colorem album acquiret.* Jam vero, ut *albedinem* in Thermali aqua abs oleo *Tartari*, aut ſale aliquo *Volatili*, purè Salſo in eandem injecto, non à *Sulphure*, ſed a materiæ cujuſdam *lapideæ* præcipitatione provenire rectiſſimè autumet; ita in aqua extinctionis *calcis vivæ*, cui Sulphur iucoctum eſt, *albus* ille color, non Sulphuri, aut *lacti* ejus, ſed *calci* vivæ, ab *acido* Alcali in *calce* oppoſito præcipitatæ, veriſſime debetur. *Albedo* ſiquidem multum oritur à calce vivâ, quemadmodum præcipitati Teſtimonium abunde declarat, quod poſtquam parumper ſubſederit, ſeparatum & igne probatum, calx non *viva* jam, ſed *mortua* conſpicitur; commovetur autem potius Sulphur, agitatur, & inciditur, quàm præcipitatur ab *acido*, quod fætorem tetriorem creat, nunquam autem aptè præcipitat. Præcipitatio verò oleo *Tartari* effecta, quod *calcis* ſali, alcali analogo, unitur, & *ſulphuri* opponitur, manifeſtò eſt, & ſine teſte *Sulphurea.*

Non me latet in præparatione *Lactis ſulphuris ſuperius* memorata, Sulphur etiam *acido* præcipitari; imo *acidum* præcipitare, quod *acidum* diſſolvit; quod verò *ſalia fixa diſſolvant Sulphur*, & *non præcipitant*, illud eſt de quo meipſum dixi me habuiſſe, ſolicitum;

tum; ne dicam materiam ex aqua calcis cum ſulphure incocto, *fixo ſale* præcipitatum, affuſione prima *albedinem* induere; color autem *albus*, niſi miſtum agitetur fortiter, diù non moratur, ſed brevi, proprio colore, *ſulphur* deſcendit. *Acida* itaq; ſulphur ſolutum *præcipitant*; *fixa* vero *ſalia* Lixivialia *diſſolvunt*, & *præcipitant*. Nam *ſal Tartari*, & *Tartarum* ipſum, diſſolvunt *ſulphur*, oleum autem *Tartari* præcipitat; quod *Tartaro* etiam *Urinæ* innato ſuperius adſcripſimus; tametſi (fateor) *acido* intra *Alcali* contento facultatem tam *ſolvendi*, quam *præcipitandi* ſulphur, *quidam* attribuit; ut & *acido* in calce viva, ab igne contracto, vim penetrandi *Sulphur* in aqua calcis decoctum, omnino aſſignat; quum aqua calcis, lacti bullienti copioſe affuſa, prædicti acidi ope coagulationem inducat.

De *Sulphure* Thermarum *Bathon.*

Simpſon *Zymolog. Phyſic.* c. 9.

Porrò, ſi *Thermali* aquæ incoctum ſulphur, *luteo* colore illam non inficiat, nihil *ſulphuris* ineſſe inde *peſſime* arguitur. Color enim quem Sulphur diſſolutum, & diutius incoctum, aquæ impertit, non tam *luteus* eſt, quam *Lixivialis*, & *Rubeus*; ideoq; *Schroderus* regulam hanc tradit in præparando lacte ſulphuris; *quod poſtquam Sulphur, & Tartarum coiverint, debeant ebullire, donec omne ſulphur ſolutum ſit, liquorq; rubeus appareat.* Colorem tamen non nego à *Tartaro* intendi. *Cloſſeus* autem in alio præparandi modo, ubi, vice *Tartari*, *calcem vivam* uſurpat, quæ *rubeam* tincturam ex ſe nullam communicat, præcipit; *Coque donec partes tres aquæ ſint conſumptæ, ruboremq; liquor contraxerit inſtar Sanguinis, ex Sulphure diſſoluto.* Colorem vero aquæ calcis in qua *Sulphur* decoctum, & ſolutum eſt leviter, *luteum* quidem ſive *aureum* eſſe fateor, quum autem Sulphur aquæ *diutius* incoxerit, & *aquæ partes tres conſumptæ*

Argumentum Sulphuris *a* rubro *liquoris colore in quo diſſolvitur.*

De *Sulphure* Thermarum *Bathon.*

ſumptæ fuerint, ruborem ſummum apparere, ut *Cloſſeus* affirmat. Porrò, aqua Calcis a floribus Sulphuris leviter incoctis colorem *aureum* evidenter acquiret, qui tamen argento, colorem primò *luteum*, dein *nigrum* affigit; quod in aquis etiam *Thermalibus* obſervatum, hoc tantum diſcrimine, quod *Thermalis* aquæ color, cui *Sulphur* diutius incoquitur, non *flavus* eſt, ſed *Lixivialis*, & vergens ad *rubedinem*, quod a ſale fixo procedere poteſt, haud ſecus ac in lacte Sulphuris *Tartarato* evenit.

Thermarum *aqua* Sulphur *diſſolvit.*

Thermis lapis Calcarius *non ineſt, nec aliquid* calci vivæ *ſimile.*

Jam verò, ſi lapis aliquis *calcarius*, aut aliquid *Calci vivæ* ſimile, in iiſdem lateret, idem color *aureus*, ut in aqua extinctionis calcis vivæ cui Sulphur incoxit, appareret. Cùm autem ſal *fixus*, ſine *calcario* lapide, aut calce aliqua *viva* Thermis inſit, color ejus non *luteus*, ſed potiùs, a *ſale fixo*, *rubeus* obſervatur. Quinet Sulphur in hoc liquore *rubeo* diſſolvi inde conſtat, quod argentum immerſum, haud ſecus ac in *Thermis* ipſis, colorem primò *luteum*, dein verò *nigrum* acquirat; *Sulphur* itaq; in iiſdem, licet non *veluti aquâ extinctionis calcis vivæ*; ſolvitur tamen ac a *ſale fixo*, aut *pure ſalſo*, ſolet diſſolvi. Et quidem dum de ſolvendi *Sulphuris* imperio certant *Alcalia* & *acida*, quidam hoc officium, his rejectis, *oleo* attribuunt. Imo *oleum*, ob unctuoſam ejuſdem naturam, Sulphur *Unicè* diſſolvere ſe ſæpius expertum *Frenchius* affirmat. Quicquid autem de *aqua Calcis* alii judicent, *fixum ſalem*, eundemque in *Thermis* Bathonenſibus, *Sulphur* aperire, inferius patebit.

Spadacren. Ebor. c. 6. p. 61.

Williſius *vindicatus.*

Ex dictis conſtat, quàm injuſtè *Williſii*, Celeberrimi ſui Temporis practici, candori, *nigredinem* ſuam *Autor* glorioſulè affricuit, eo quod in *Tractatu*, quem

quem ſcripſit, de *Sanguinis incaleſcentiâ*, Sulphur *Thermarum* aquis incoctum ſolvi poſſe affirmaverit, quod *bilem* illi magis commovebat, quàm *amorem* conciliavit, quòd calcem vivam, aut Lapidem analogum, aquis *Thermalibus*, unà ſecum, *incautè* attribuerit. De hac autem re ulterius dicam, quod cum clariſſimus ille Vir, tum in Vivis, a *me* experimenti iſtius decoquendi *Sulphur* & *Antimonium* in Aquâ *Thermali* iterationem literis petierat, bene meminerim me quiddam utriuſq; poſt duas etiam filtrationes præcipitatum, & in vaſe a Sale fixo (quod adeſſe Autor ſuſpicatur) niſi qui in aquis reſideret, de cujus exiſtentia tunc temporis Autor noſter exhibuit ſe minus ſolicitum, immuni ſatis, decoctum, ad eundem tranſmiſiſſe. *Sulphur* autem præcipitatum, fateor, leviter ſolum decoctum, quantitati incocti Sulphuris comparatum, erat valde exiguum, adeo ut aquæ colorem immutare vix poterat; nonnihil tamen *Sulphuris* continere obſervavi; quod illorum, in quorum numero *Autor* noſter, notitiâ indignum non eſt, qui in aquis *Calcarium Lapidem*, aut, verbis propriis, *Terram quandam Calcineam* contineri affirmant, *Sulphur* tamen illas negant diſſolvere; iterumq; aſſerunt, *in aqua Calcis Sulphur diſſolvi*: Salem etiam *fixum* Sulphur diſſolvere *Autor* affirmat, negat tamen *Thermarum* aquam idem perficere, licet Sale etiam *fixo* illam abundare contendat: *neq; tamen Sal acidum*, inquit, *purum putum eſſe videtur, ſed idem cum Sale quodam Alcali combinatur. Etenim ſi aqua iſta ad ſiccitatem evaporetur, Sal quoddam fixioris naturæ in fundo vaſis reperietur, utpote quod ab affuſo quovis ſpiritu acido efferveſcit.*

De *Sulphure* Thermarum *Bathon.*

Contradictio.

Ad majorem rei certitudinem, *Nov.* XX. Anno Dom. 1685. *experimentum* iteravi, & ex *unciis duabus* aquæ Thermarum, cui Sulphur incoctum ſuerat, ultra *granum*

Sulphur in Thermali *aqua iterato diſſolutum.*

De *Sulphure* Thermarum *Bathon.*

num unum Sulphuris Spiritu quodam *acido* præcipitatum inveni; *fixum* autem *Sal*, ex eadem quantitate *grana tria* præcipitavit. Quod Thermalis aqua illi *sæpius* experto *Sulphur* non dissolverit, (cujus tamen contrarium mihi *sæpius* evenit, unde verissime *Hippocrates*, ἠδὲ πεῖρα σφαλαρή) Erroris sui causa videtur quod *exiguam* nimis aquæ quantitatem, *leviter* decoxerit, quæ Salem *fixum*, ea quantitate, quæ ad *multum* Sulphuris solvendum requiritur non contineret, cum *libra una* Aquæ Thermalis, Salis utriusque *Grana tria* vix comprehendat. Thermarum autem Salis *Lixivium*, in quo augetur *Salis* quantitas, additum, Sulphur *Aqua* ipsa potentius dissolvit. Neq; mirum videatur *Thermales* aquas Sulphur dissolvere, cum *Alcalia*, sive *fixa* Salia, in iisdem *prædominentur*, quæ Sulphur, ex ejusdem mente, *propriè* dissolvunt. Si vero Sal *acidum*, aut *aluminosum* quoddam, in Thermis *præpolleret*, ut *præfractè* nimis & *temerè*, ne quid dicam *graviùs*, Autor statuit, tum sulphuri *solvendo* ineptas, ad *præcipitandum* tamen aptas esse, lubens concederem. Imo *fixorum* Salium tantam copiam *Thermis* eo fine puto præcipuè *divinitùs* concessam, ut Sulphur, illorum ope, facilius solvatur; & cum, *si quando Sulphur in aquis Thermarum solutum esse videatur, erroris occasionem esse Autor arbitratur, quod decoctio in vase facta fuerat, in quo quum decoctiones fieri solent, aliquando forte Sal fixum ei incoctum fuerit; ita ut solutio sulphuris à portiunculâ salis fixi, quo vas illud imbutum erat, perficiatur*; rogo, si ad sulphur solvendum tantarum virium *fixi Salis portiuncula* existat, an istius *Salis fixi quantitas*, quam in Thermalibus aquis contineri, & proportione Salibus cæteris tam *longe* antecedere, *Observationes* evincunt; & ipse etiam fassus est, postquam Epistolam meam ad Dn. E. G. Typis mandatam, sui

Vid. Obs. 67, *&c.*

Vid. Observ. *Miscellan.*

ante *Tractatus* ſui impreſſionem, in manus ejus tradideram, ad ejuſdem Sulphuris *ſolutionem* minùs valeat ? De *Sulphure* Thermarum *Bathon.*

Confiteor inſuper *Magiſterium* album inſipidum, aut pulverem impalbabilem Sale *Tartari*, aut alio quovis analogo, aut *pure* Salſo, aquæ affuſi, in fundo vaſis obſervatum, *Sulphureum* non eſſe, multo minus *aluminoſum*, ſed potius *lapideum*, quod *Thermis* commiſtum *fermentationem* promovet, ut ſupra eſt dictum, & *alias* plenius reſtat dicendum, quum ad *Hypotheſin noſtram, de Thermarum calore*, ſuo loco, pervenerim. Alterationem Mineralis aquæ *Lacteam*, & pulverem inſipidum, Oleo *Tartari* præcipitatum, memoratum ſupra, in aquis *Scarburgenſibus*, & puteo Sulphureo *Knaresburgenſi*, obſervavit *Simpſonius*, quem pulverem *alumnioſum* eſſe ſtatuit. Quantum autem an aliquid *Aluminis* aquæ iſtæ in ſe contineant, quod *Simpſonius*, ſententiæ ſuæ tenax, ubiq; affirmat, Doctiſſimo Viro *Roberto Wittie*, M. D. & Medico dum in vivis, celeberrimo, (de quo in ſequenti Capite plura occurrunt) cujus erat Provincia, determinandum reliqui. Hoc autem addo, pulvere in *Thermis* Bathonenſibus apparente ſimili, quod præcipitatum erat, *aluminoſum* non fuiſſe, ex autopſiâ & teſtimonio Medicorum Clariſſimorum qui pulverem viderunt, & Ornatiſſimo *Scarburgio*, præ cæteris, notiſſimum. Neq; *alumen* in auſtralibus, aut occidentalibus *Angliæ* plagis inveniri, unquam inaudivi, quod in partibus magis *ſeptentrionalibus*, magis abundat.

Magiſterium inſipidum *eſt* lapideum. *Vid. Obſ.* 81, 82.

Simile alibi obſervatum

Hydrolog. *Chym. paſſim.*

Tent. Hydrolog. *p.* 118.

Non Aluminoſum.

At vero, ne quiſquam me hac de re ſiniſtrè intelligat, aſſertionem fateor hanc huic *baſi* inniti, *pulverem albiſſimum ex aquis* Thermalibus Tartari Oleo *præcipitatum, eundem prorſus eſſe cum illo, quem aliquando obſervaveram, per decubitum ſponte præcipitatum*; dum

De *Sulphure Thermarum Bathon.*

plures aquæ cados evaporarem, & apud me jam eſt, minus *album* autem & Tenuem, qui aquæ fontanæ incoctus, aqua per chartam trajecta, Oleo *Tartari* præcipitatur; non ſecus ac iſte qui *Thermarum* aquis continetur, & *albiſſimus* eſt. Sin autem aliquis pulverem hunc *Salinum* reputaverit, & forſan *aluminoſum*, conſideret oportet, quomodo *Sal illud*, aut quicquid *aliud* eſſentiali ſua proprietate nudatum, ſaporem *Salſo-auſterum* nullo alio admiſto, tam cito amittat, ut inter coquendum ſolum *inſipidum* reddatur. *Nullo alio admiſto*, dixi; Nam nonnulla, & ſpeciatim *Aqua Calcis* Salia miſta, reddunt *inſipida*; de qua *Zuelferus*: *quin etiam huic aquæ recenti Salia volatilia jungerem, mox*q; *vidi effectum ſc. Salium dictorum totalem deſtructionem, & eorum in calcem, vel pulverem inſipidum indiſſolubilem, omni odore, & Sapore privatum, igniſq; violentiam in poſterum ſtremuè ſuſtinentem, converſionem.* Hîc vero *Thermalis* aqua, dum decoquitur, ſponte pulverem *inſipidum*, qui Salis ideam nunquam induit, fundo vaſis & lateribus apponere ſolet, quem eundem cum illo Oleo *Tartari* ex aqua ipſa præcipitato, omnino judicamus. Negare interim non poſſum quin Salis nomen *non Salino*, ſive alicui quod Salſum *nunquam* fuit, *Saccharo* nimirum, aliiſq;, tribuamus *Catachreſticè*, quæ in aliis quibuſdam proprietatibus cum *Sale* communicant. *Alumen* novi in fontana aqua ſolutum, filtrata aqua, & Sale Oleo *Tartari* præcipitato, ſaporem Salſum *diminutim* poſſidere, tantum autem auſteritatis & ſtipticitatis remanebit, quantum ad naturam *Salis* indicandam ſufficiat.

Vid. Obſ. 83.

Vid. Obſ. 82.

Not. in phar. mac. Aug.

Sal Catachreſticum.

Vid Highmor. *de Hyſt. & Hypochondr. paſſ. Reſp. Epiſt. in fine.*

Addam ultimò, colorem *Lacteum* Oleo *Tartari* per deliquium inſtillato apparentem, a *Tartari* Oleo *partim*, *ſi non præcipue provenire*. Nam ſi aquæ Communi *Bathonienſi* (in qua nihil *Sulphuris*, Lapis autem *ſectilis*, &

Color Lacteus partim ab Oleo Tartari.

Salis

Salis forſan perexiguum exiſtit) Oleum iſtud commiſceas, idem color *albus* apparet, & *nubecula* conſpicitur, quæ paulatim ſubſidens, in fundum ſe præcipitat, & coagulum abs *Olei* natura cum aqua *non* miſcendâ, oriundum videtur. Videtur etiam aqua *albedinem*, & opacitatem ſuam *Lacteam Tartaro* deliquium paſſo magnam partem, *partim* vero materiæ *lapideæ* ſive Lapidi ſectili præcipitato, in communi etiam *Civitatis* aqua, præcipue obſervato 18 Aug. 88. (de qua re videatur cap. 9. acceptam referre, cùm ex *Oleo* iſto alterius loci aquæ ſimpliciori, abſq; *Lapide* prædicto inſtillato, *idem* non eveniat. Hinc apparet quàm belle ab *Autore* noſtro ſit concluſum: *Ergo Thermas Bathonienſes Sale quodam indolis acidæ impræguari manifeſtum eſt; quippe ſi Sal quodvis alcali, aut volatile pure Salſum aquis earum admiſceatur, præcipitatio mox in iiſdem excitabitur, eædemq; turbidæ, lacteæq; evadent.*

De *Sulphure* Thermarum *Bathon.*

Partim a materia Lapidea *procedit.*

Verba fere prima.

Lapſus in Limine *malum omen.*

CAP. VI.

De Acido *in Thermis.*

Capitis Summarium.

Acidum *principium* Primariò *Conſtituens.* Thermarum *aqua* primò *diſtillata non eſt* acida. *Acidi cujuſdam evaporati argumentum ab* ochra. *Vitrioli ab* Atramento. *Aqua Thermalis* frigida *coagulat lac. Non aqua diſtillata, ſed* reſidua. *Aciditas* complicata. *Partim a* Sulphure. *Non eſt ſuccus concretus, ſed* Vapor, *aut ſpiritus. Spirituales aquæ* Thermarum *partes vitrum penetrant obturatum. Reſponſio ad* Ryetium. *Acidi evaporati argumentum ab* Ochra. *Ab atramento* Ryetii *obſervatio de analogia* Vitrioli, Aluminis, Sulphuris, & Nitri. *Acidum* inſitum, & adventitium. *Omnium* Balneorum *aqua cum gallis* & acido *purpuraſcit. Præcedentium Confirmatio. Domini* Furis *hiſtoria.* Metallicum *minerale* metalli *nihil continet. In arena Vitriolum* non ſolutum *haud manet. Experimento probatur. Experimento* alio *confirmatur. Inter arenam* novam & veterem *diſcrimen.* Ratio *diſcriminis.* Arenulæ *non ſunt* marcaſitæ. *Præcedentium illuſtratio. Aliud Experimentum. An* Alumen Naturale tingat cum gallis. *Controverſiæ finis.* Ochra *eſt* acida, & *forſan* Vitriolica. *Experimentum* aliud. *Naturalis* Vitrioli *Embryonati generatio. Cl.* Wittii *paragraphus, de Natura Salis* anomali. *Finis* Examinis.

Acidum cur principium primariò conſtituens.

PRincipiis *Thermarum* Conſtituentibus Primariò *Acidum* accenſui, quod *ſapore* & *halitu*, ut ſulphur *colore*, & *odore* ineſſe colligitur. Cum autem in Experimentis

perimentis quibuſdam circa *Balnei* contenta, glebulas quaſdam *acidas*, naturam *Vitriolicam* referentes valde, illamq; ſapientes, mihi experimentis aliis intento, obſervaſſe videar, in compoſitionem Aquarum *Thermalium* vitriolum, aliter quam *immaturum* forſan, & *minus* perfectum, admitti debere, illaſq; *partim* componere, temere non affirmo; quod ex vapore quodam *acido* nondum condenſato, potius quam in ſucco aliquo *concreto*, in ſalem evecto, conſtare videtur. Nihil autem *acidi* è Thermarum aqua diſtillationibus, quamvis *ſeriò* & *ſæpe* repetitis, elicere poteram. Aqua etiam à diſtillatione reſidua, diſtillata illa *falſa magis* & *acidior* evaſit. Idem in *ſpadana* aqua *Eboracenſi* obſervavit *Frenchius*; & Ingenioſi *Pariſienſes* Philoſophi in *Aqua Vinoſa* diſtillata Balnei *Vic le compte*, in *Auvernia*; item in aqua *Spadana* Germanica; ubi *diſtillando* nihil *acidi* in aquis iſtis obſervare poterat.

De *Acido* in Thermis *Bathon.*

Aqua primo diſtillata *non eſt* acida. *Vid.* Obſ. 53.

Spadacr. Eb. c. 7. p. 67.

Aq. Min. Gall. Ex. *p.* 63, 64, 103.

Nec mirum videatur quod *acidum* in Aquarum *Thermalium* contentis non appareat; Nam *volatile* quùm ſit, & *vaporoſum*, halitu conſumitur, & *vaporando*, in aerem, ubi forte concreſcit, emiſſum, pro tempore amittitur, & omninò licet diſpareat, *mali* tamen cujuſdam *genii*, aut ſpiritus inſtar, annulos *ferreos*, & clathra feneſtrarum *ferrea*, in aſcenſu corrodit, quemadmodum *capite* ſecundo notatum, ubi de *acido* in aquis Thermalibus traduntur plura.

Et quidem cujuſnam generis *acidum* ſit impræſentiarum determinare haud libet. Sulphur & ſalem Thermis *Bathonicis*, iiſdemq; *aciditatem* ineſſe dictum eſt ſuperius; utriuſque *aciditatem* ſpiritus *acidi* inde extracti ſatis arguunt. *Sulphuris* & *communis* ſalis *aciditas* è præcedentibus apparet, & in ſequentibus ulterius

Acidum *in Thermis* complicatum.

Ee *Acido* in Thermis *Bathon.*

ulterius probabitur. Addo *acidum* nitro & *alumini* ineſſe, aquaſq; medicatas inde *acidas* reddi: *Acidus ſapor*, inquit, *Baccius, haud proprius atramentoſæ aquæ eſt. Nam multæ ſunt acidæ ex aliqua alia miſtura, ſicut Albulæ, quæ Aluminoſæ ſunt, & multæ acidæ in Puteolano Nitroſæ.* Vitrioli itaq; nomen, utpote magis notabile, pro quovis *acido*, hactenus etiam & inpoſterum uſurpatum, non ita ad ipſum *Vitrioli* ſalem acidum, aut *aciditatem* potius, reſtrictum velim, ut alterius generis *aciditatem* omnino excludat. Nobis enim ſufficit, ſi *acidum* ſit in *Thermis*, licet ſale *acido-ſalſo*, (quod tamen, *rite* intellectum, non negamus) non imbuantur, à quocunq; genere, fonte, aut proſapia, *aciditas* proveniat, quæ in *vapore* quodam, aut ſubſtantia *ſpirituali* primariò, potiùs quam in *ſale*, aut ſucco aliquo *concreto*, ante ſalis *Alcali* & *Acidi* congreſſum, & inchoatam *fermentationem*, conſiſtere videtur.

De Tberm. l. 5. c. 11.

Non eſt ſuccus *concretus, ſed* vapor *aut ſpiritus. Vid. cap. 9.*

De Baln. *Nat. & Aq. Min. c. 15.*

Porrò de hac re audi Doctiſſimum *Jordenum* ita diſſerentem: *Miſcetur etiam in aquis medicatis, ſubſtantia quædam ſpiritualis a Mineralibus dum generantur, & in ſolutis principiis exiſtunt, proveniens, aquæ ſubſtantias illas ſpirituales tranſeunte, & præſertim ſi fuerit actu calida; calore enim ad imbibendum magis apta redditur, Et eodem calore attenuata, corpuſcula plura continere poteſt, quam cum frigida extiterit, ut in Urina apparet, quæ niſi frigida, contenta, ſive ſedimentum, non deponit. Spirituales hæ ſubſtantiæ, in Balneis, niſi ab effectis, ægre obſervantur; ſedimentum enim nullum poſt evaporationem relinquunt, & in ſublimatione, ac aqua ipſa, ſunt æque volatiles; neq; iiſdem augetur aquarum pondus, nec odor ſaporve alteratur multum, niſi magna quantitate in aqua exiſtunt. Nulla itaq; certior explorandi via, an aquis inſint, quam ab effectis*

effectis reperitur. Idem, puto, de *vapore* aut *ſpirituali* ſubſtantia *Acidi* dicendum, quæ in ſedimento, ſapore, aut ſubſtantia viſibili in Aquis, *obſcure* ſe prodens, in *effectis* planius occurrit, & *exhalando* evaporat. De *Acido* in Thermis *Bathon.*

Quod verò ſubſtantia *ſpiritualis*, aut Vapor *acidus* ſapore percipiatur, & Aquæ in Thermis *Bathonicis* pondus etiam addat, ut ex Obſervationibus *Hydroſtaticis* evidenter apparet, *corpoream* inde eſſe, & majori ſolito quantitate *Thermis* ineſſe, merito colligitur, licet magnam partem poſtea *evaporet.* Imo notatu dignum eſt in *vitro globoſo* longioris colli, inſtar *calami Scriptorii*, propter hujuſce rei experimentum *de induſtria* parato, *Thermarum* aquis Calidiſſimis pleno, obturato ſubere, & cera obſignato, *ſpirituales* hæ ſubſtantiæ ad ſenſum vaporantes, vitri collum *tres digitos*, aerem ſi excipias, *vacuum* relinquent. Quando ad *frigiditatis* ſtatum aqua devenerit, & ponderata fuerit *frigida*, infra pondus *calidæ* frigida ſubſidebit. Scio *communem* aquam igne calefactam, ſimili prorſus modo, in vitro obturato, *ſubſidere* frigidam, quemadmodum *Obſervatione* 89, & Notâ ſubſequente, relatum; diſcrimen tamen hinc apparet, quod Communis aqua vix dimidia ad *Thermalem* quantitate evaporet, & in *Thermali* partes medicatæ *exhalent*, quod de Communi, ubi non ſunt, dici non poteſt. Quod autem particulæ avolantes *acidæ* ſint inde conſtat, quod, iiſdem amiſſis, aqua *Thermalis* cum gallis *non* purpuraſcit, neq; diutius ſervata *frigida*, lac coagulat, quum aqua diu non ſervata *utrumq;* perficiat. Subſtantiis hiſce ſpiritualibus *Thermalium* aquarum *penetrandi* vim, magnam partem, tribuendam exiſtimo, quæ *ſubtiles* adeo ſunt, ut ipſum *vitrum* penetrant, illudq; ſumma cura occluſum, aut *Subſtantia ſpiritualis in* Thermis *abundat.* *Vid. Obſ.* Hydroſtat. Vitrum *penetrat* obturatum.

De *Acido* in Thermis *Bathon.*



Spadacr. Ebor. *c. 7. p. 67.*

aut ſubere obturatum, *pertranſire* ſolent; quemadmodum in *Spadanâ* aqua *Knaresburgenſi* obſervavit *Frenchius*; ideoq; qui *penetrationem* deſiderant, aquam *calidiſſimam* potare debent, ut *ſuo loco* dicendum reſtat.

Font. Spad. *deſcrip.* (Ryetio *interprete*) *c.* 2.

Neq; me movet quod in contrarium ſtatuit Philippus *Gæringus*, *quod Spadanâ aqua tranſlatâ*, *& majoris ponderis reddatur*, *& menſura minuatur*, *ob ſpiritus defectum in hominibus vitali analogum*, *quo amiſſo*, *Cadaver aquæ ponderoſius redditur*, quod *Ryetius* quoq; obſervatione *ſecunda* poſtea confirmavit. Nam dum *vita* manet, corpus inſpirato aere inflatum ponderi renititur; unde *veſicæ*, aere plenæ, *natantibus* ſuppoſitæ, corpus *vivum* tantum, non *Cadaver*, elevant. Levitas itaq; viſa, ſi qua fuerit, potiùs *aeri* inſpirato, & intra *vivi* corpus contento, quam *ſpiritibus* aliquibus, ut vocantur, *vitalibus*, niſi quatenus *aeri* partim conſtantibus debetur; quod aquis mineralibus, præſertim *frigidis*, ob reſpirationis defectum, competere non poteſt. Porrò, ſi ſpiritus dicti *ſubſtantiales* fuerint, & *ſpirituales*, ſive activæ *magis* aquarum particulæ, his amiſſis, neceſſe eſt ut una cum menſura, *pondus* etiam minuatur; aliter abſurdè ſatis ſequeretur, *minorem ejuſdem aquæ quantitatem pondere*, *majorem excedere*; & ſpiritus modò memoratos, neſcio quos, *momenti* parum in ſe continere, quùm *ſubſtantiales* non fuerint; Spadanamq; aquam, tàm *cum*, quàm *ſine*, ſpiritibus, *ejuſdem* virtutis, & efficaciæ exiſtere, quùm per tranſlationem *nihil* amittatur; imo *majori* forſan, eo quòd *aliquid* (de quo ipſi viderint) inter transferendum accedat, quod *Cadaveris* hujus aquæ *pondus* auget.

Gæringus & Ryetius *refutati.*

Quin-

Quinetiam *acidum* in Thermis exhalare *inde* arguitur quod Terra quædam *Lutea*, ſive *ochra*, cum *Balnei* halitibus copioſius aſcendat, ibiq; magis appareat, ubi *halitus* opponitur, ut alibi eſt dictum. *Ochram* autem hanc Terram *acidi* judicandam eſſe cenſeo in eaq; *acidum* nidulari, ac in Luto *Sulphur*, quæ non adeo eſt *inſipida*, ut acorem omnem excludat, cùm colorem cum *gallis* nigriorem conciliat, & *aſtringens* exiſtat, ut in ſequentibus clarius apparebit. Jam vero, etſi non ita facile ſit rationem aſſignare, cur *acidum*, ac *Ochra*, non ſit æque *oculis* ſubjectum, aut *Ochram* reddat magis *acidam*; attamen ſi ſupponamus non in *ſucco concreto*, ſed *ſolutis principiis* immaturum adeſſe, per *halitum*, tenellum exiſtens, & *vapore* ſolum conſtans, tranſeat facilius, nec in *conſiſtentiam* coire, ſed halitibus *magnam* partem evaporare poſſit. Et quidem cùm inter principia *Thermarum* ſalina ſit *hoc* diſcriminis, quod *alcaliſatus* ſal & *Nitrum* ſint in *ſucco* concreto, *acidum* autem in *halitu* ſolum, aut vapore *nondum* condenſato, ſive in *ſuccum* redacto, neceſſum videbatur ut principium *Activum*, motu, ſubtilitate, & penètratione *Paſſivis* præpolleret, quod halitum potius *ſpiritualem*, aut vaporem quendam *acidum*, quam ſuccum aliquem inſpiſſatum, aut *concretum* ſalem, poſtulare videtur. Eo tamen non inficias cum ſale alcali *acidum* congrediens, *ſalem* aliquem *acido-ſalſum* poſtea efficere, ut in *Tartaro Vitriolato*, ex *Autoris* mente, luculentius apparet; aciditatem verò *primariò* aliunde provenire, & in ſale *Alcali*, per modum *affuſionis* agere, capite *Nono* docebitur.

De *Acido* in Thermis *Bathon.*

Evaporantis Acidi *argumentum ab* ochra.

Sal acido-ſalſum in Thermis *quando ſit*

Vid. Cap. 9.

Porrò commune *Vitriolum* evaporare aptum eſſe *Atramentum* confirmat; quod *aeri* expoſitum, *tectum* licet, mole tamen ſua ſenſim *minuitur*; & tandem

Ab atramento.

De *Acido* in Thermis *Bathen.*

evaneſcit, niſi ſalis & gallarum particulæ avolare intentes, invicem implicitæ, *Mucorem* crearent, qui fæcum ſuperiorum, ſive *Capitis* vocati in cereviſia, more, *atramenti* ſuperficiem obducens, *decrementum* ſiſtit. Idem in *gallarum* infuſione, & *gallis* ipſis pulveratis obſervavit Nobiliſſimus *Boyleus*, ideoque infuſionem *recentem*, & pulverem *non* vetuſtum, in experimentis ſuis, uſurpare ſolet. *Thermas* autem ſi ab *Antlia* ſumatur aqua omnem *aciditatem* vaporando non amittere, hinc apparet; quod aqua *Thermarum* frigida coagulet lac, ut ex *Obſervatione* LXXX intelligere licet. Imo à libris *octo* ad *unam* deſtillati *Thermarum* aquâ, *quarta* libræ pars lac coagulat, cum aquæ in recipiente libra *una* nihil tale effectum reddet; quod ab *acidi* cujuſdam, forſan *ſulphuris*, aciditate procedit, ſale *ſulphureo* in fundo remanente. Nam ſal *albiſſimum* & depuratum, in quo nihil deeſſe videtur præter *Sulphur*, non ut aqua coagulat; Sal verò *minus* albus & impurior, ante calcinationem, quâ *Sulphur* antiquum abſumitur, & *novum* dari non apparet, in aqua *Thermarum* ſolutus, & lacte commiſtus, lac *ſchiſtum* efficiet. *Frenchius* etiam in Mineralium *omnium* ſolutis principiis naturam *ſulphureæ* aciditatis quiddam in meliorem *fermentationem*, & in *perfectum* ſtatum digeſtionem paraviſſe affirmat. Et Bauhinus: *Nonnullæ aquæ admodum ſulphuratæ, quæ ſunt ſiccæ, & Stypticæ, verunt, eroduntq; nimis, propter aciditatem nimis abundantem, ac minus tuto propterea uſurpantur, quod idem in atramentoſis contingat aquis, cinereiſq;, & calcinatis.* Imò ex *ſulphure* communi ſolo, ſalem cryſtallinum, ſaporis nonnihil *Vitriolati* formari poſſe, *Autor* quidam *Nobilis*, experientia propria edoctus, teſtatur. Quinet è *marcaſitis* quibuſdam in *Anglia* repertis non parum

De *Aq. Min. Sect.* 4. N. 2. p. 35.

Aciditas *partim* a ſulphure.

Spadacr. Eb. c. 16.

Hiſt. Font. Boll. *l.* 2. *c.* 1.

De Aq. Min. p. 93.

parum ſulphuris, *ſulphuri* communi haud diſſimilis, *idem* obtinuit.

De *Acido* in Thermis Bathon.

Porrò in ipſius *ſulphuris* minerâ *Vitriolum*, *Alumen*, & *Nitrum* latere, *Ryetius* teſtatur: *Sulphuris autem minera*, inquit, *omnis, impura eſt, & chalcanthi, aluminis, & Nitri particeps, ut re ipſa, ſingulis horis conſpicimus. Solent enim ii qui ſuccos minerales excoquunt, hunc obſervare ordinem. Primum ignis vi, ex ipſa ſulphuris Minera, pinguiorem & aeream partem, quæ purum* Sulphur *eſt, extrahunt. Terram autem reliquam ſulphuris hic ab ipſis appellatam, Solis radiis, & pluviæ, in area depurata, per aliquod tempus exponunt, deinde hanc aqua perfundunt, & factum per macerationem veluti lixivium igne decoquunt, & in certas formas congelatam reducunt, atq; efficitur* atramentum Sutorium *ſatis bonum. Relictam autem poſt factum atramentum ſubſidentem Terram iterum aeri exponunt, & brevi poſt tempore, adjecta humana Urina, facta aliqua cum ea maceratione, colatum liquorem in maſſas excoquunt, & verum inde proveniſſe* Alumen *conſpicitur. Quod ſi quarto, id quod etiamnum inſtar fæcum ſubſidet, torrere velint, & aqua ſimplici macerare, Extractam filtratione aquam in verum & legitimum* Nitrum *coquere poterant.* Quinet Pantaleon Keller Illuſtriſſimi Ducis Wirtemburgenſis chymicus, tradente Bauhino, addebat ſe *in Marcaſita una inveniſſe omnis generis metallica, Sulphur, Sal, Vitriolum, Alumen, Ferrum, Plumbum, Argentum, Cuprum, & lapides Lazuli colore, verum ſeparari non poſſe.* Notandum verò *aciditatem* ut dictum, ultimò aſcendere; hinc Jordenus: *Spiritus vini in diſtillationibus certò primum aſcendit, utpote aquæ vapore magis Volatilis, & optimus eſt; Spiritus autem acidus, qui in Sulphure, Vitriolo, Alumine, aut aceto exiſtit ultimo*

p. 98.

De aqua Spadan. *Obſ.* 1.

Obſervatio Ryetii.

Kelleri.

De Therm. Boll. *l.* 1. *c.* 1.

De Baln. Nat. & Aq. Min. c. 7. *in fine.*

Vid. Cap. 2.

De *Acido* in Thermis *Bathon.*

mò elevatur, & quo majori copia distillatur aqua, eo aqua distillata acidior evadit, & quæ restat magis adhuc acida remanebit. Nec aliunde quam ab aciditate provenire potest quod *Thermarum* aqua *Calida*, aut recenter frigida, bullienti lacti affusa, aut cum eodem alitercunq; mista, ignis ope, coagulum efficiat, & hac in re cum *Acidulis* conveniat; nam quasdam aquas medicatas *Thermas* esse & *Acidulas*, evidenter apparet, de quo alibi susius egimus, ut de lacte à *Thermarum* aquâ coagulato *Capite* 2 in fine. Porrò, *Acidum* distinguo in *Insitum*, & *Adventitium*, sive *innatum*, & *superinductum*; acidum *insitum* dico ad *generationem* Mineralium apud locum plurimum conferre: *Adventitium* verò ad *destructionem*, & caloris *gradum* in *Thermis* necessariò requiri, ut latius *Capite* Nono dicendum restat, ubi de natura, & modo *Fermentationis Corruptivæ*, & viribus in excitando in Thermis *calore*, de industria tractabimus.

Vid. c. 9.

Omnium Balneorum *aqua tincturam cum galla* purpuream exhibet ab acido.

Et quidem ut artificium colore *aureo* tingendi vulgare hic præteream (de quo in superiori capite satis dictum) quod *spumam* etiam & salem *armoniacum* attinet, utpote parum momenti in se complectentia; *Vitriolum* in *Crucis* Balneo, & *calido* negat *Autor*, eo quod *gallæ tusæ, & iisdem infusæ, neq; purpureum colorem, neq; nigrum creabant.* Quantum autem *veritatis* in se contineat hæc *assertio*, cuivis apparet, qui *experimenti* adeo facilis laborem subibit; quod si unquam tentaverat, *gallas* ejus aut *visum* in culpa fuisse suspicor, quod colorem *purpureum* permanentem, & *vividum* minus observaverit. Quibus *Testimonium* addo, & experientiam clarissimorum Virorum Domini *Edvardi Greavesii* Baronetti, & *Nathanaelis Highmori*, M. D. qui *ambo* cum

Vid. Obs. chr. præcipue: Obs. 21.

cum gallis experti ſunt, & in Crucis Calidiq; aquis tincturam *mecum* unà viderunt. Cum Doctiſſimo *Greaveſio* obſervavi ulterius, quod cùm Antliæ Balnei *calidi* aquam, gallarum quantitate perexiguâ in aquæ Uncias Sex injectâ, colore *purpureo* tinctam ad ſatietatem uſq; notaveramus, & gallarum aquam *atramentoſam* abjeceramus, ut ad alia experimenta procedere liceret, ejuſdem *Balnei* aqua clara, eodem tempore cum præcedente ab antlia advecta, frigidior tamen multo, ad eluendum vitrum caſu injecta, *purpuram* indueret, quam *infuſionis* prioris particulis, circa vitrum manentibus retulit acceptam. *Balnei* De *Acidi* in Thermis *Bathon.*

Prædictis etiam quid *roboris* accedit, quod licet *quercûs* folia, niſi in eadem diutius macerata, *Regalis* Balnei aquæ colorem *parum* alterent, *ſecamenta* tamen aut *cortex* ejuſdem interior, in Omnium *Balneorum* aqua, colorem reddunt gallis additis, *magis purpureum*; *Regalis* verò Balnei aqua tingat *ſaturatius*, ut in omnibus experimentis fieri aſſolet. Idem etiam accidit à Seminibus *Sumach* contuſis & infuſis; *balauſtiis* autem injectis evidentiſſime; adeo ut cujuſcunque generis *Thermarum* aquæ gallarum portiuncula immiſta, ſi aqua fuerit calida, in *purpuram* mutetur ilico; color autem, quàm qui Secamentis *quercinis* efficitur, citius decreſcit, & à vigore priſtino celerius remittit. Quibus addo quod cum *moles* lignea, in *Regalis* Balnei medio, annis retro XXIV, *Henrico Chapman* Prætore, fuerat erecta, Tigna *quercina* optimo *robore* conſtantia, in Balnei fundo ad *Crucis* dictæ baſin conſtituendam jacta, colorem *Thermalibus* aquis adeò *nigrum* induxerunt, ut provectioris ætatis *medicus*, qui à multis annis locum incoluiſſet, *Confirmatio præcedentium.*

Sam. Bave, *M. D.*

Ee *Acido in Thermis Bathon.*

coluiſſet, *cauſam* non advertens, *Thermas valde conturbatas, virtute omni ſpoliatas fuiſſe, & inutiles redditas affirmaverit.* Idem etiam apud *Crucis* Balneum obſervavi, in *Marmoreâ* mole magnifica *Drummondianâ*, erigendâ ſecundo die Auguſti, A. D. MDCLXXXVIII, *Benjamino Baber* Prætore ſecundùm; de quâ fabricâ vide plura *Capite* X, in quo ejuſdem *Iconem* exhibuimus.

His ita ſe habentibus *Regali* Balneo acidum (forſan *Vitriolicum*) concedere *non* injurium exiſtimo; reliquis autem *Balneis* denegare *injuſtum*, quùm iiſdem evidentiis ab illorum ſingulo appetatur jus. Experimenti itaque hujus veritate in dubium vocata, ſuſpicio in cætera cadat haud immerito; *Fabulæ* enim non illepidæ apud *Academicos* olim memini de *Domino* Fure, Et

D. Furis *Hiſtoria.*

Quid facient Domini, audent cùm talia Fures? quem in Tabernis *librariis* valde occupatum, *debitorum* libro eo *nomine* erat ſolitum inſcribere; quicunque autem *ἐν ἀλλοφώρῳ unicâ* tantum vice deprehenſus fuerat, *teſſeram* totam cognoſcebat, & pretio ſoluto *abſtergebat*, hoc jure, quod qui *ſemel* hoc nomine *Teſtibus* damnaretur, quinquies, *decies*, aut vigeſies antea poſſit idem perpetrare. Merito itaq; Totalis Summa ab eodem exigenda. Et quidem in aquis licet, ubi color atropurpureus cum gallis apparet, *vitriolum* non ſit; *acidi* tamen aliquid adeſſe poteſt, quùm *acida rubedinem peculiari quidam modo conciliare* obſerventur, ut Jordenus annotavit. Idem etiam colorem *Cærulum*, qui poſtea *vireſcit*, alcalibus attribuit, de qua re *Capite* quarto latius diſſeruimus.

De Baln. *Nat. & Aq. Min. c.* 15.

Metallicum *minerale* metalli *nihil continet.*

Mineram *metallicam* ita dictam, nihil *metalli* in ſe complectitur. Lapis enim eſt quem **Freeſtone** appellamus, ut in *præcedentibus* obſervatum; & ſi hic

ſit adeo facile in *Vitriolum* tranſmutatus, mirum videatur quod ædificia plurima eodem lapide extructa, *vitriolica* non ſint, quæ, aerem longo ſatis tempore experta, adhuc tamen in *Vitriolum* non *commigrant*. Neque *Balnei* Sabulum, in quo *mineram* hanc *metallicam* latere affirmat, *Soli* aut *aeri* diutius expoſitum, aliter *effervescit*, quam arena quælibet alia, *Solis* aut *Ignis* radiis expoſita, *fervere* obſervatur, Cum *mineralibus* interim *metalla* confundere, haud artis eſt; & ſi *metalli* minera in Thermis ſit, iſtius loci *incolis* præcipue *gratiſſimum* præſtabit, ſi quale ſit, *metallum* (& potiſſimùm REGI, ſi *Aurum* fuerit quod *Argentum* tingit,) *Orbi* exhibuerit. Nos vero *Mineralium* ſolum *mineram* ibidem agnovimus, ut infra *Capite* nono clarius apparebit. *Rubricam* autem ferri Matrem, in *arena* obſervatam, ad mineram *metallicam* haud pertinere exiſtimo.

De *Acido* in Thermis *Bathon.*

Arenam à Scatebris ad *antlias* eructatam, quod attinet, in quo *Vitriolum* ſupponitur *non* ſolutum manere, ut dictum eſt ſuperiùs; ſi alia argumenta *Acida* adeſſe non ſuaderent, de hoc Jure dicam, illum, qui huic ſolum innititur, fabricam tantum *arenæ* ſuperſtruere. Colorem autem *purpureum* ab arena cum gallarum infuſione miſta emergentem, à *Vitrioli* ſale non ſoluto *minimè* oriri, experimento hoc videtur probabile. In ſupra dictis obſervaveram *Thermarum* arenam, acido quovis menſtruo in tantum corrodi poſſe, ut *diutius* non fermentet, ſed in Vitri fundo jaceat immota; arenæ autem *huic* aquâ communi affusâ, purpureus color vividus apparuit; quum probabile *haud* ſit ſalini aliquid reſtare poſſe, poſt totidem affuſiones, quæ ad *Caſtrandam arenam* neceſſario requiruntur, imo pene dixiſſem impoſſibile. Obſervatu etiam dignum, infuſionem *acidam* non fuiſſe,

In Arena Vitriolum non *ſolutum haud manet. Vid. Obſ.* 92, 13.

Experimento *probatur.*

De *Acido* in Thermis *Bathon.*

fuiſſe, nec à ſapore communi aut *naturali* alteratam. Notandum etiam ulterius quod ab Horarum aliquot ſpacio particulæ *purpureæ* floccos æmulantes, præcipitarent ſe ſponte, unde ſeparatio manifeſta inſequuta eſt, aqua etiam ad colorem *priſtinum* revertebatur, & *floccida* materia in fundo ſubſidebat, quæ, aquâ per chartam trajectâ, examini ſubjecta, inſipida apparuit, & nihil *Vitrioli* in ſe continebat.

Experimento alio confirmatur. Vid. Obſ. 93

Porrò, arenâ ad libram *unam ſemis* pondo calcinata, candente crucibulo, arena etiam adeò calidâ exiſtente, ut quando ſalia funduntur, arenam ipſam *candentem* effundi curavi, ſalinum autem *concretum* nihil obſervavi, quod certiſſime eveniret, ſi in arena Salis *fuſilis* remaneret *quicquam*, ut in aliis calcinationibus non rarò obſervatum. Colorem itaque *purpureum* opinor modo memoratum ab ochra *fere* inſipida, *aſtringente* tamen, & *minus* acida, potius procedere, de qua *Fallopius* plura tradidit, quæ aeri expoſita, *aridior* multo evadit, quàm quùm è balneo proveniret, quod inter arenam *novam* & *Veterem* diſcrimen quoddam ponat (ochra enim ipſa *diutius* infuſa liquorem *nigriorem* multo reddit, ut ſtatim dicetur) in arena autem *Veteri* acidum ochræ impreſſum omnino non evaporat, ſed, humiditatibus abſumptis, impreſſio *ochræ* acida ſiccitatis quaſi vi *unita*, apertius multò ſe exerit, & fortior exiſtit. Non nego tamen quin a ſalibus *acidis*, & forſan *Vitriolo*, primò quidem ſubterraneis mox vero in *aere* fluctuantibus, aciditas augeri poſſit, ſi arena aut ochra, aeri ubi acida fuerint diutius exponatur; hoc tamen ſuppoſito, quod in arena aut ochra eâ *quantitate* acidum adſit, quæ ad aereas particulas ſolicitandas recipiendaſq; *neceſſariò* requiritur, quemadmodum

De Metall. & Foſſilib. cap. 35.

modum in capite quinto ubi de *magnetiſmo* diſſerui, dictum eſt ſuperius, & hoc modo *vitriolum* ex arenulis *disjunctis*, ac à pyrite quodam ſolido, *germinare* concedo. Aliter quomodo in *vitriolum arena converti poſſit ab aere*, nullus video; præſertim quum arena ab innatâ *ochræ* aciditate *acida* exiſtat. De *Acido* in Thermis *Bathon.*

Ut quæ hactenus dicta ſunt clariora evadant: *Experimentum* non difficile eſt. *Balnei* arenæ aquam calidam affundere, quæ paululum obſervata, aquam in *luteum* colorem ſeu *ſuccineum* mutabit. Cùm aqua bene ſaturata fuerit, illam infuſioni gallarum adde, colorq; atropurpureus ſtatim apparebit, in quâ miſturâ ſi chartam albiſſimam pauliſper *maceraveris*, quonam colore tincta fuerit ſtatim invenies. Jam vero, ſi infuſionem *frigeſcere* permittas, *ochra* præcipitabitur, aquamq; magis *luteam*, & *auſteram* relinquet, & tandem ſuper arenam ſubſidet, & decantando ſeparabitur. In arena autem *noviter* uſurpatâ, *idem* non apparet, in qua ochra humiditate nimiâ *impedita*, ſeipſam non oſtendit, ac quando *ſiccior* evaſerit, quæ *diutius* ſervata ſiccitate ſua *madorem* aquæ lubentius abſorbet: Adeò ut ex hoc *phænomeno* rationem non video, *vitrioli* exiſtentiam in *arena* concludere, aliter ac ad *ochram* hanc *aſtringentem* pertineat, quam à virtute *acidi* cujuſdam eidem impreſſa, qualitatem *tingentem* recipere exiſtimo. *Ochra* enim videtur, ut *alibi* eſt dictum, Terra *acidi*, in qua acidum ante exhalationem *immaturum* continetur, quemadmodum *Marga*, aut *Lutum* eſt Terra *Sulphuris*, cui minerale iſtud intimius adhæret. Quodq; materia hæc *lutea* alterationem procuret, ulterius apparet. Nam ſi arenæ remanenti *prius* decantatæ, *ochrâ* abjectâ, aqua calida *iterum* affundatur, & *ſecunda* infuſio gallarum *infuſioni* fuerit adjecta, coloris *nulla*

Præcedentium Illuſtratio.

Aliud experimentum.

De *Acido* in Thermis *Bathon.*

mutatio inſequitur; quibus accedit *ochram* ipſam parumper aſſervatam, & cum gallarum infuſione miſtam liquorem in *nigricantem* colorem brevi mutaturam.

Gulielmi Simpſoni, *M. D.*

Controverſiam finiam, *Obſervatione* Cujuſdam qui affirmat, *Alumen artificiale colorem purpureum cum gallis minime daturum*, quod *Naturali* innatæ *ochræ* conjuncto, accidere teſtatur, *tingendi* vi majori *ochræ* aſſignata, quam *alumini*; adeò ut de aquâ cum gallis & alumine *purpuratâ* litem *hoc* concludat, *Alumen quà* depuratum tingere non poſſe, niſi *ochræ* innatæ aſſociatum, quùm *ochra* tinctura efficiat, non *alumen*, niſi quatenus *alumen* propius ad *Vitriolum* accedit. Nam, præterquam quod *Ryetius* ſuprà annotaverat, *inter Alumen & Vitriolum familiaria multa intercedere* Autor quidam è Noſtratibus clariſſimus haùd ità pridèm obſervavit; nec non, *Baſin Vitrioli Alumen eſſe; in plurimis etiam Alumen & Vitriolum ſe mutuò referre, niſi quod Vitriolum à cupro, aut ferro, nonnihil mutuetur.* Idem putavit Georgius *Agricola: Alumen*, inquit, *atramento ſutorio cognatum—— id vel ex eo poteſt intelligi, quod ex atramento ſutorio fiat alumen. Cum enim oleum ex eo conficitur expirat alumen, quod lutum, quo vitrum vitro jungitur, concipit. Atqui ejuſmodi lutum, cùm, opere perfecto, aqua pura maceratur, in eam alumen deponit, quod paulatim vitri inſtar concreſcit.* Idem etiam alibi plenius confirmat. *Acidum* itaq; *Vitriolicum* in *ochra* contentum, qualitatem tinctoriam *alumini* impertit; *alumen* autem, ut à *Vitriolo* diſtinctum, ad id *parum* contribuit. *Simpſonius* quidem ſcribit *ſe ex Alumine ſucculento naturali, gallis & aqua communi miſtis, tincturam purpuream ſaturam obtinuiſſe, & experimentum iſtud Ingenioſis & ſagacibus ſæpius exhibuiſſe,*

Jord. *de Bal. Nat. & aq. Min. c. 7.*

De Nat. Foſſ. l. 3.

De Ort. & Cauſ. ſubt. l. 3.

De Puteo Sulph. Knaresb. *p. 7.*

huiſſe; videtur autem *Vitrioli* ſuſpicio haud inde abeſſe. Nam abs Ingenui & Humaniſſimi *Wittii* doctiſſimo ore aliquando accepi, *Neq; alumen naturale ullam tingendi vim poſſidere, quod* Simpſonius *affirmat, totamq; illam de Aluminis etiam naturalis tingendi virtute* βαθολογίαν, *meram eſſe fabulam.* Cùm autem *protervus* ille *Juvenis*, litibus humanis haud ità pridem ſit ereptus, quietiorem Vitam in poſterum ſperavit *Wittius*, Vir omni *laude*, & *invidiâ* major, cui *Neſtoream* ætatem, *ſerumq;* in Cœlum reditum, unuſquiſq; *Bonus* & *Literatus* exoptavit, quod evenit *Londini* XIX Octobris, Anno Dom. 1684. Ætatis LXXI.

De *Acido* in Thermis *Bathon.*

Cl. Roberti Wittii *mors.*

CUJUS OSSA CUBENT MOLLITER.

Si quiſquam affirmaverit *ochram* eſſe *Vitriolicam*, aut ſaltem *acidam*, non nego, quùm ſuprà ſuppoſui eſſe terram *Vitrioli*, aut loquendo generalius, *acidi*; quod autem hic in dubium vocatur eſt, *An Salis quicquam Vitrioli maturi naturam ſapiens, ob ochrâ diſtinctum, in arenâ contineatur, aut non ſolutum ibidem remaneat?* Et quidem quum *Vitriolum*, ſaltem *perfectum*, haud rarò alitèr quàm in majoris molis marchaſitis (quales è montibus circa *Marſhfeldiam*, propè *Bathoniam*, plures olim collectos *Joneſius* affirmat, præterquam quod de Pyritibus in Vicinis montibus dixerat *Turnerus*) non ſolutum unquam reperiatur, quæ aeris, vaporum, pluviarum, aut labentium fontium humiditate reſolutæ, mineralibus aquis *aciditatem* ſuam *hoc* modo impertiri ſolent: quomodo *marchaſitæ*, aut pyritæ notio, disjunctis arenulis, ullâ veritatis ſpecie poteſt competere, ſagacioribus relinquo. Imo *vitriolum*, aut alterius generis ſalis quicquam *neutiquàm* diſſolvi, arenæ *minime* diminutum pondus, (de quo *alibi*) poſt infuſionem, certò oſtendit. Hoc *Vitrioli* naturalis *embryonati* generatio

Ochra *eſt* acida.

De *Acido* in Thermis *Balbon.*

De aq. Spadan. Obſ. 1.

ratio ulterius confirmat, quæ *Ryetio* tradente, talis eſt. *Chalcanthum, ſivè atramentum ſutorium eſt aqua ſimplex, quæ poſtquam æris venis in terra aliquandiu permixta fuerit, ex æris contactu viridis reddita, deinde condenſata, æriſque naturæ particeps reddita diverſam ſecundum lapidis (Marcaſitæ) aut Terræ, in quibus colligitur formam habet.* Acidum autem quodcunq; ſit, *Ochræ*, ſive *Terræ*, patet ita arcte unitum, ut nulla arte, ſaltem crebris aquæ affuſionibus, aut diſſolvi poſſit, aut ſeparari. Idem de *Sulphure* in luto dictum, ac de *acido* in ochra, quod à *Luto* nunquam adhuc potui ſeparatum diſtinguere. Neq; mirum videri debet, quùm acidum in *Vapore* potiùs nondum condenſato, ſive *ſpiritu* quodam *acido*, quam in ſale aliquo *concreto*, ut *Nitrum* & *Alcali*, conſiſtere ſuperius retulimus. *Spiritus* ſiquidem ſubterraneus *acidus* ferri aut *cupri* venas corrodens eaſdem reſolvit; quibus ab aqua pertranſeunte diſſolutis, *Spadana* exoritur. *Notandum* etiam aquas Minerales virtutem *ſpiritualem* in ſe continentes recenter hauſtas, in quibuſdam morbis efficaces magis illis exiſtere, in quibus mineralium *corpus* continetur, unde *Jacobus Theodorus Tabernæmontanus* aquarum medicatarum fere omnium vires, Mineralium *animæ*, ſive *Spiritui*, aut *ſubtilitatibus ſpiritualibus*, in *Theſauro* ſuo *Aquario*, inſolidum attribuit.

Nec magis urget, quod *arena* liquore acido corroſa, & cum gallarum infuſione miſta, colorem *atropurpureum* aquæ communicet, cum liquor *acidus* cum gallis ſine arena idem perficiet, quemadmodum ex *aceto* gallarum infuſioni, aut decocto *addito* apparet, quod *Vitrioli*, modo quodam, locum tenens, liquorem ad *Atramenti* colorem analogicè inclinat. Indicio, fateor, manifeſto, *acidum gallarum infuſioni addi-*

additum, atramentum efficere; quomodo autem *ſabulum Balneorum metallicum non niſi à menſtruo acido corroſum, indolem vitriolicam induere*, inde ſequitur, minus video; præſertim cùm *acetum* acerrimum, recenti gallarum viridium *pulveri*, aut *fruſtulis* affuſum, colorem *atriorem* multo ſtatim, mox vero *Cærulo-purpureum*, creare ſoleat. De *Acido* in Thermis Bathon.

Mineram *metallicam* è terrâ cum ſcatebris erumpentem quod attinet, in *arena* obſervatam, *quæ menſtrui acidi affuſione, & corroſione, partim in Vitriolum tranſibit*, iterùm dico *ſectilem* iſtum *lapidem* eſſe quem vocamus **Freeſtone**, *Minerale* quidem, fateor, quouſq; autem *metallicum*, metallurgis relinquo. Ut partim hac de re menti veritatis avidæ ſatisfactum ſit; ſi *acetum* acerrimum optimumque, in unâ phiala *arenæ* affundatur, & lapidi *iſti* pulverato in alterâ, *eadem* fermentatio ſtatim apparebit, *idemq;* infuſionis color, à corroſione, inſequetur; *utraq;* infuſio colorem iſtum æmulatur, quem *limaturæ* chalybis *aceto* communicant. An vero hoc ſufficiat ad creandum *metallicum*, ero melius edoctus, quando intellexerim *quod ſimilitudines veritatem nunquam afflixerint*. Quinet *Vitriolum* in Limaturis, in *vino albo, Rhenano*, aut etiam *communi aqua* infuſis eundem colorem menſtruo impertit, ſine *acido* adjecto; verum lapis *ſectilis* non niſi ab affuſo *acido*; adeò ut alteratio ab *aceto* potius quam à *lapide* procedere videatur. Et quidem hic locum meritò obtinere debet *Obſervatio*, quam à Pantaleone *Keller* Ill. Ducis *Wirtembergenſis* & *Teccenſis* chymico factum memorat Bauhinus: *Sane Obſervatione hoc dignum eſt*, inquit, *cùm* Pantaleon, *lapidem ſciſſilem per deſcenſum, ut vocant, diſtillatione experiretur, ceu oleum nigrum, in ſubjectam aquam affatim* *Minera*, non *metallica*.

De Therm. Boll. *l.1.c.1.verb.ult.*

De *Acido* in Thermis *Bathon.*

affatim defluxit, quod copioſe innatans, pôſteà ab aqua ſeparatum; cùm autem aquam aliquot diebus in vaſe reliquiſſet, ex improviſo apparuit vitrioli rubri, inſtar ſacchari candi, teſſellatim concreti, copia, quod plane vitrioli communis ſaporem referebat. Aqua autem prædicta, in qua vitriolum repertum, injectâ gallarum decoctione, nigra eſt reddita. Ideoq; *atrum* tam *aceto* lapidi pulverato, quam limato *chalybi* affuſo colorem, à *Vitriolo* in utroq; latitante, licet fermentatio à parte magis *alcaliſata* procedat, oriri, ex hac *analogiâ* ſit probabile. *Notandum* verò lapidem ſciſſilem *Bauhini*, à lapide noſtro *ſectili*, quibusdam etiam *ſciſſili*, & *fiſſili* dicto, multùm differre. Nam *quoſdam domibus integendis in Boll pago inſervientes*, idem commemorat; *quoſdam tenues quadratos, inſtar pugillarium, valde fragiles, & inutiles; quoſdam cum variis figuris, quarum aliæ ſerpentes, aliæ limaces, cochleas, chamas, mytulos, quibus figuræ plures quaſi inſculptæ conſpiciuntur.* Porro eundem *Bituminoſum* valde fuiſſe *alibi* affirmat. *Hunc igitur*, ait, *& quidem eum qui pictos limaces ſerpentesve exhibet, in Urbem* Kirchen *delatum, catillo impoſui prius, tritum: exarſit in flammam odore gravi bituminoſo, fumo denſo remiſto: nec niſi poſt horas multas, lithanthracum inſtar decanduit——Idem prunis impoſitus, conceptâ flammâ, in cruſtas diffiliit: aquæ immerſus odorem & ſaporem bituminoſum imprimit, nihiloq; ſecius interim denuò igni impoſitus ardet; lapiſq; etiam craſſiuſculus in tenues ſe reſolvit laminas.* Lapis autem Noſter *arenaceus*, fabuloſus, jejunus, craſſior, ſi cum candente *crucibulo* candeat æqualiter, neq; *colorem*, neq; *odorem*, notatu digniorem emittit ullum, nec experimentis ullis *Vitriolum*, *Bitumen*, aut *Metalli* quidpiam, in ſe continere, unquam

Ibid.

l. 1. c. 6.

quam obſervatur. Alteratio itaq; coloris ab *aceto* potius, quàm à *lapide* provenit, ut ab aciditate *Vitrioli* in limaturæ chalybis infuſione, quæ *acetum* non admittit, cui *ochra*, & *Rubrica*, in arena, in communi aqua infuſa, *analogicè* reſpondent. E gallarum etiam pulvere, & aceto miſtis, idem color, ac à limaturâ chalybis, ſine *Vitriolo* conſpicitur, quod *acidi* vires in genere, abſq; reſpectu habito ad *Vitriolum* evidenter demonſtrat. *Atramentum* quoque, *aceto* eidem moderate admiſto, multo *nigrius* evadit.

De *Acido* in Thermis *Bathon.*

Utcunq; res ſit (de quâ impræſentiarum ulterius non diſquiram) ut appareat velle me, in hac lite componenda, *ingenuè* procedere, paragraphum allegam è *Wittii* doctiſſimi reſponſo ad *Hydrologiam* chymicam, & quouſq; ad *Stirias* ſalinas ſuperiùs memoratas referendus ſit, penes *æquos rerum æſtimatores* eſto judicium. Humaniſſimus ille *Vir* inter Mineralium præparationes, quæ ex aquis *Scarburgenſibus*, ope *Samuelis Johnſtoni* Beverleienſis medici, prodierunt, ab eodem etiam medico ad *Wittium* tranſmiſſas, ſalis *eſſentialis* meminit, quem *Jonſtonus* vocat *anomalum*, aut *ſui generis*, a factitio aut naturali *alumine*, aut *nitro*, multum diverſum, quibuſdam licet proprietatibus, *utriq;* reſponderet. *Ratio videtur*, inquit Wittius, *quod Paracelſo notum optime, quod non* * corporaliter *adſint ſalia, ſed* * percolatè, *non in unaquoq; genere perfecta, ſed in ſucco primitivo; non ſingula, ſed conjuncta; quæ nunquam potui ab invicem dirimere. Idcirca ſal hic neq; aciditate Vitriolum, nec ſtipticitate alumen, nec inflammabilitate nitrum, ullo modo æquat, tametſi in Stirias ſe extendat. Tantum addo omnia una adeſſe, licet*

Teſtimonium Wittii *de Sale* anomalo.

Reſp. ad Hydrolog. *chym. p.* 63.

* *Cl. ille* Vir *intelligit* ſalia adeſſe magis pura, & corpuſcula ſalina percolata eſſe, non impura.

De *Acido* in Thermis *Bathon.*

licet in fractis, imminutis, & debilitatis viribus, virtuteſq; aquarum dijudicandas ab omnibus. Quibus ſubjungo, quod Nitrum *impurum*, aliorum ſalium mixtura impeditum non poterat ſe exerere, ut *ſincerum* ſolet, viamq; *optimam* ad mixtam compoſiti naturam inveniendam fore, crebris calcinationibus, ſolutionibus, & coagulationibus, *ſeparationem* tentaſſe; quod ſi effectum fuerat multum miror ſalia diverſa, formis *propriis* & figuris prædita, ſe non exhibuiſſe, quemadmodum in *Thermarum* harum ſale pariter *anomalo*, eodem modo probato, *Bathoniæ* evenit; & tum quidem fateor me non nihil dubitaſſe, an *Alumen* gratiam illam meruturum eſſet, quam Ingenui Viri *candor* illi *ultro* attribuit, tametſi in locis *Angliæ* magis ſeptentrionalibus *Alumen* inveniatur. Quinet idem fere ſentit *Autor* prænobilis, cujus *autoritate* ad veritatem indagandam ſtabiliendamq; uſus fui ſæpius: *Opinari*, inquit, *me pronum invenio, ſalem iſtum in aquis noſtris purgantibus, & in quibuſdam copioſe ſatis inventum, ad nullum ſalium genus adhuc notum pertinere; ſed aut ſpeciem eſſe, cujus, ut aliorum Mineralium non paucorum, nomine deſtituimur, aut quod probabilius videtur, indolis compoſitæ, coalitione quorundam, aut ſalium omnium memoratorum conflatæ, aut alterius forſan ſubterranei ſalis innominati adhuc, quem latex in tranſitu ſuo imbibere, aut abſorbere queat.*

Nob. Boylei teſtimonio confirmatur. *De Aq. Min. p.* 91.

Finis Examinis.

Autorem noſtrum *vitâ* functum, & ab *imperfecto* rerum ſtatu, quo Nos laboramus, ad *completum* remotum, ulteriùs ſequi haud decet; veſtigia ejus legere, in eaq; inquirere operæpretium non eſt; & *Hypotheſin* de Caloris *Thermarum* cauſa, aliter quam *ſtrictim*, hic examinare, circa majoris mo-

momenti alia occupato non vacat. Hoc tamen addam Hypotheſin *de Thermarum calore*, licet non *igni ſubterraneo*, omnino tamen *ſubterraneis* ſuperſtructam, ſolidis veritatis indagatoribus magis gratam fore, quam illa quæ à notionibus quibuſdam *aereis* dependet, præcipue ſi ſecum reputaverint nihil *externum*, aquas intra Terræ viſcera ſcaturientes, ratione ſuadente, *calefacere* poſſe, ſed potius aliquid quod *prope* aquas ipſas ſit, & intus exiſtat; quodq; *Propinquum* ſit, *Activum*, *Durabile*, & *Æquale*; quùm aere nihil *inæqualius* aut mutabilius ſit, aut *incertum* magis & inconſtans pluviis. De *Acido* in Thermis *Bathon.*

Quicquid etiam *Atmoſphæram* creat à *ſubterraneis*, aut quibuſdam *ſubter* terram procedens, in ſpatium aeris liberius, ubi diverſorum corpuſculorum coalitionibus tertium ſorſan quiddam generari poteſt, aſcendit, ut in *præcedentibus* eſt dictum. Sed priuſquam ad *Hypotheſin* noſtram procedendum eſt, quædam placet de *igne ſubterraneo*, cujus nuperrime mentio eſt facta, *Negativè* ſubnectere; deinde vero ad *Poſitivam* partem, *verbo detur venia*, procedere. Nam de cæteris principiis *ſecundariis* Lapide nimirum *ſectili*, *ochra*, & *marga*, hoc in loco plura dicere non decrevi, quùm illorum *naturam* quantum quidem ad rem præſentem ſpectat, aut par eſt, in *præcedentibus* delineaveram, & in Capite de *Fermentatione* de iiſdem iterùm & *Teſtaceis* etiam ſit pleniùs agendum; ubi *Teſtaceorum*, *ſectilis lapidis*, *margæ*, & *ochræ* indoles ita clare exponitur, ac ſi diſtinctum *caput* eſſet unicuiq; attributum, quod in Principiis *Primariis*, ſive *magis* Principalibus ſale nimirum *Alcali*, *Nitro*, & *Acido*, & propter unionem ejus cum ſa-

De *Acido* in Thermis *Bathon.*

libus, in *ſulphure* neceſſarium judicavimus; *Bitumine* appendente potius, quam in principiorum numerum *de jure* veniente, de quo tamen in *præcedentibus* ſparſim eſt actum, & Cap. XII. de *induſtria* magis diſſerendum reſtat. Relictâ itaq; *Principiorum* doctrinâ, ad *Thermarum* Bathonienſium *caloris cauſam*, & primò, *Quod ab Igne ſubterraneo non procedat*, jam deſcendo.

CAP.

CAP. VIII.

De Calore *Thermarum:* *Quod ejuſdem* Cauſa *non ſit* Ignis ſubterraneus.

Capitis Summarium.

Sol *non eſt* cauſa *Caloris in Thermis. Neq; Aer,* aut *Exhalationes ſubterraneæ.* Vapores. Antiperiſtaſis. Calx viva. *Nec Fermentatio* Generativa *Jordeni. Neq;* Ignis ſubterraneus. *Non datur ignis* accenſus, *niſi ubi ſpiracula. Arguitur à* natura *ignis. Unde* accenditur *non apparet.* Inæqualis *eſt, & minime* durabilis. *A* loco *arguitur. Non in* Centro *Terræ.* Athanaſii Kircheri *hypotheſis examinatur. Non in* vicinis *partibus* ſub *ipſis canalibus. A metallis* ſubter *terram* liquatis *arguitur. A* vaporibus *frigidis elevatis. Non* in *ipſis canalibus.* Bitumen, *& ejus ſpecies,* ſub *aqua non accenduntur.* Plinius, Agricola, Fallopius, Frenchius, & Morellus, *refutati. De* Camphora *probatur* Plinius *notatus. Ab Ignis* pabulo *arguitur. Non eſt* Sulphur *aut* Bitumen. *Calor non ab* Antiperiſtaſi, *eut* calce viva. *Calx* non *eſt dicenda, ubi* ignis *non fuit.* Aer *neceſſario requiritur ad ſubſiſtentiam* Ignis. *Caroli* Claromontii *opinio ad* Examen *revocatur.* Agyrta *apud* Thermas. *Thermarum Caloris cauſæ* proprietates. *Ad Fermentationem* corruptivam *tranſitus. Fermentatio à* minori *mundo illuſtrationem recipit. Thermæ* Baiæ *unde Calidæ. Elegans* Inſcriptio *ad pedem montis* Veſuvii. *Ignis* ſubterraneus *in* Thermis *damnatus, & pro figmento* olim *habitus.*

AD *Ignem* non *Infernalem* dico, ſed *ſubterraneum,* gradatim accedendum, ne idem *mihi,* ac magnis ſecretorum Naturæ Scrutatoribus, *Empedocli,* ac

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Plinio, huic ex *Veſuvii*, illi ex *Ætnæ* montis incendio, fatum contingat, & Vanæ gloriæ, dicent aliqui, aut *curioſitatis* meæ, pœnas luam. Priuſquam igitur *ignem* ipſum extinguere conabor, *ſcintillas* aliquas, & ἀπορρόιας quaſdam, Comprimam, & quædam de cauſis aliis ab *Autoribus* aſſignatis breviter præmittam.

Sol *non eſt cauſa* Caloris *in* Thermis.

Inter quas, *primo* loco nobis ſe propria luce reddit conſpicuum magnum Cæli luminare *Sol*, quem patrem adeo Juvantem, & lumbis ita indefeſſis præditum, conſtituerunt *Peripatetici*, ut ad omnes omnium rerum generationes concurrere ſtatuerint, imo Homo hominem, niſi *Solis* ope, ex illorum mente, generare non potuit. Non eſt nobis animus, *Creaturam* nobilem, benignam & vivificam, gloriâ ſuâ ire defraudatum, *Perſarum* eſt *adorare* Solem, *noſtrùm* vero magna beneficia, quæ à Communi *Creatore*, ejuſdem miniſterio, accipimus quotidiè, *gratanter* agnoſcere. Sufficiat itaq; *Soli* dierum, & tempeſtatum diſtinguendi provincia, *calore* ſuo vivifico, & ſalutari, arbores, plantas, germina, & quæcunq; in ſuperficie terræ poſita ſunt *recreet*, ac renovet, ire autem in *viſcera* Terræ, & per varia obſtacula, in aquarum *Mineralium* gremium deſcendere, *Jovis* adinſtar, qui *Danaem* turri licet incluſam aheneâ, fertur violaſſe, quum radios ejus *murum* etiam aut *cellam* excludere videmus, haud probabile videtur. Optimè itaque *Lucretius*. de Sole:

Lib. 6.

Qui queat hic ſubter tam craſſi corporis terram
Percoquere humorem, & calido ſociare vapore;
Præſertim quùm vix poſſit per ſepta domorum
Inſinuare ſuum radiis ardentibus æſtum?

De-

Deinde, ſi Sol *Stagnantes* aquas, quas radiis ſuis perpetim reverberat, nequit calefacere, quomodo aquis *ſubterraneis*, fluentibus & vivis, a radiis ſuis longius remotis, *calorem* impertit? Porrò, quum *hyeme*, ac locis frigidis, non minorem *caloris* gradum obtineant aquæ calidæ Medicatæ, quam diebus *Canicularibus*, etiam in locis ubi ſævit *Sol*, & Tyrannidem exercet, (poſitâ enim causâ, ponitur effectus, & è converſo, tollitur ſublatâ) Cur *Soli* aquarum iſtarum calor attribuatur nemini conſtabit, præſertim ſi attendat nullas, pari ratione, *frigidas* reperiri. Imo *majorem* caloris gradum *hyeme* quam *æſtate*, in Thermis *Bathonenſibus* obſervari, Capite *primo* retulimus. Nec Calori Solis, quod materia quædam *Bituminoſa*, in Thermarum ſuperficie, menſibus æſtivis fluitet, tribuendum exiſtimo, ac ſi ejuſdem radiis ardentioribus *Thermales* aquas ipſas, & *profunditatem* etiam Terræ ſubter illas, vibratione ſua penetrantibus, *Bitumen* liqueſceret, quùm idem ſtatim ab *Æquinoctio* verno, quando nondum *Sol* poteſtatem obtinuit, ſoleat accidere, quo tempore *Thermalis* aqua, ſuppetiis, forſan, *hyemalibus* aucta, majori impetu conatur aſcendere; finita autem *æſtate*, & *ſicca*, ut plurimum, tempeſtate exiſtente, *Bituminoſa* materia in fundo *Balnei* quieta remanet. Affirmant quidem *Ductores* ſpumam in ſuperficie fluitantem, è fundo ſolum *Balnei* evocatam, quod *Solis* radiis attribuunt, de qua re vide Cap. XII.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Nec majorem veritatis ſpeciem præ ſe fert *illorum* ſententia, qui *aerem*, & *Exhalationes* neſcio quas, terræ viſceribus incluſas cauſantur; quæ in canalibus agitatæ, & rupibus attritæ, *calorem*

Neq; aer aut exhalationes ſubterraneæ.

De Calore Thermarum Bathon.

calorem acquirunt, & aquis impertiunt. Nam, ut *minoris* momenti plura missa faciam; materia aquosa quantumvis *maximè* agitata, calorem vix contrahit, quemadmodum in *Cataractis* observare licet, ubi in *rupes* & *saxa*, magna violentia, aquæ desiliunt, nec tamen *calidæ*, sed *frigidiores* multò inde existunt. Neq; aliter à *motu* calor unquam exoritur, nisi in istis corporibus, quæ ignis materiâ, fomite, aut seminibus, præ cæteris, abundant. De *Vaporibus* in sequentis *Capitis* fine suo loco, disserui. Quin & quum multi in Corpore Terræ *pori* observentur, & intra ejusdem etiam viscera *spatia* magna, aerem si excipias, *vacua* reperiantur, *exhalationes*, quâ data porta ruerent, & calorem aquarum *Thermalium* minuerent saltem, si non penitus abolerent, & *frigidas* relinquerent. De *Antiperistasi*, *Calce Viva*, cæterisq; id genus causis, aliquibûs assignatis, quùm *iguem* subterraneum quadantenus supponant, in ejusdem examine pauca dicemus.

Vapores.

Antiperistasis Calx Viva.

Nec Fermentatio Generativa Jordeni.

Interim opinio ista, quæ Calorem aquarum *Mineralium* Mineralium *Fermentationi* refert acceptum, utpote maxime celebris, & quæ annis aliquot proxime elapsis, multum percrebuit, non est prætereunda. Putavit ita Vir clarissimus, Antecessor meus, ὁ μακαρίτης *Jordenus*; Verum quum opinio ejus difficultatibus quibusdam haud facile solvendis, sit obnoxia, ulnâ *unâ* tantum illam, non *ambabus* amplector. Existimavit enim Vir clarissimus, *Metalla*, *& Miueralia*, *succis mineralibus exceptis*, *in concretis principiis tincturam*, *aut qualitates aquis*, *quæ menstrui vices obeunt*, *nequaquam exhibere*, *unde necesse duxit statuere*, *ut sint in principiis solutis*, *sive in fieri*, *& non*, *ut vulgo*

De Baln. Nat. & Aq. Min. cap. 14.

Opinio Jordeni.

vulgò dicitur, in facto eſſe, in quo ſtatu ſit motus ut ita dicam fermentativus, & inde calor, qui ex ejus mente, ad balnea calefacienda, & virtutes aquis imprimendas abunde ſufficiat. De *Calore* Thermarum *Bathon.*

At verò, ut videtur, nihil obſtat, quin in principiis *concretis*, metalla, & *mineralia* cætera, præter *ſuccos* concretos, virtutes ſuas ſubterraneis Aquis, haud ſecus ac menſtruis propriis, communicare valeant, uti obſervare eſt in *Infuſione Croci metallorum*, *Antimoniali poculo*, *Vino chalybeato*, *Tinctura Martis*, aliiſq; nonnullis præparationibus *chymicis* vulgò uſurpatis, ubi qualitatibus *maturi* iſtius & *concreti* quod maceratur liquorem impregnari operationes teſtantur. Et quum in mundo *ſupra* Terram rem ita ſe habere evidenter appareat, in *ſubterraneo* idem peragi negandum non eſt. Nec ullus dubito, quin in aquis *medicatis* quæ *minori* quantitate potæ *purgant*, & non *nauſeam* modò, ſed & *vomitum* cient, non tam *Nitro Naturali*, quam maturi *Stibbii* mixturæ, vim *emeticam*, ſi non *purgantem* facultatem attribuendam eſſe. Jam verò, quod in *Metallis* fieri planum eſt, in *Mineralibus* majori jure expectandum videtur; quæ *mollia* magis, & ad *reſolvendum* aptiora, virtutes ſuas ſubterraneis Aquis *faciliùs* communicant, præſertim quùm *Vitrioli*, *Communis Salis*, *Nitri*, & *Aluminis* falia matura, & ad ſummum *perfectionis* ſtatum arte evecta, nullo labore, in liquore quovis diſſolvi *quotidie* obſervamus. Neq; neceſſe eſt ut in *fieri*, ſive in *ſolutis principiis*, Thermarum principia *omnia* ſtatuantur; *acidum* ſiquidem *immaturum* licet fuerit, nihil tamen obſtat quo minùs *Alcalia*, primò quidem *immatura*, poſtea vero ad *perfectionem* infra terram perducta, *maturata* & in ſuo genere *perfecta* credamus. Neq; Examini *ſubjicitur.* Jord, *de* Baln. & *Aq. Min. c. 9. p. 8.*

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Neq; ex *hac* opinione, in tuto eſt, ut opinor, Caloris iſtius *Perennitas*, & *Duratio*; quùm enim *motus* iſte, & inde *calor*, ſit in ordine ad generationem, finito aliquo tempore *perficitur* generatio, quâ *perfectâ*, neceſſe eſt, ex hac *Hypotheſi*, ut *ceſſet* calor, niſi *novus* materiæ *metallicæ*, aut *mineralis* proventus, *ſtatim* ſuccedat, quod improbabile videtur, niſi in locis iſtis quæ *minùs* ſolida ſunt, & materiæ iſtius *magnam* copiam aliquando ſuppeditarunt.

Nec ſententiam hanc *minùs* urget, quod in locis ubi metalla, & mineralia *copiosè* generentur, & aquarum etiam *copia* adſit, aquæ *calidæ* medicatæ non *ſemper* reperiantur, quod neceſſe eſt ut fiat, ſi calor *ex ſolutis mineralibus inter ſe fermentantibus aquis accederet*; Demus autem materiam *innatam* partim, partim verò *aliunde* advectam, ut in Novâ *Hypotheſi* Ingenioſis proponitur, à principiis *ferocius* occurrentibus, quam *amicè* ſalutantibus, fermentatio *major*, & *vegetior* exurgat; De *Jordeni* autem opinione affirmare audeo, *Ingenioſiſſimam* eſſe, minoribus difficultatibus urgeri, & ad veritatem *propius* accedere, quam quælibet alia *Hypotheſis*, quam nobis adhuc intelligere contigit, & forſan ſi Parenti longiorem vitam, ad lætum ſuum relambendum conceſſiſſet *Deus*, (obiit enim Vir Cl. eodem anno quo *Tractatus* ejus in lucem prodiit) tantus erat illi *Candor*, *Sagacitas*, & *Eruditio*, omnibus numeris, abſq; *meo* labore, *perfectum* reddidiſſet, & Fermentationem ſuam *Generativam* cum *Corruptivâ* permutaſſet. De hac *Hypotheſi* ſententiam ſuam candide offert *Gul. Simpſonius*, M. D. Zymol. Phyſ. c. 2. p. 19. Et quidem *Jordeni* tempore Fermentationis doctrina, in *ſolutis principiis*, Embryo, & quaſi in cunis *Infans* videtur.

Sed

Sed ut *Ignem Subterraneum* jam tandem aggrediar, cujus Conſiderationi, quæ hactenus dicta ſunt viam tantum ſtraverunt; *Negandum quidem non eſt in Viſceribus Terræ calorem, in aliquibus locis intenſiorem, in quibuſdam vero remiſſiorem paſſim reperiri, quod ratio ſuadet, & Experientia confirmat, an vero alibi ignis ſit accenſus, quam ubi magna conſpiciuntur ejuſdem ſpiracula, per quæ oculis noſtris aperte ſe exhibet, quorum adminiculo* aere *admiſſo, ignis* accenſi *flamma conſervatur, qualia ſunt Ætna, Veſuvius, Strombilo, Pietra mala, Vulcano, Hæcla, &c. jure merito poteſt in dubium vocari.* Et ſane quum varietatem & ἀκαλαστασίαν Autorum, qui de *igne* hoc *ſubterraneo* ſcriptis ſuis aliquid mandarunt recolo, & quomodo de *Natura, loco, pabulo, & ſubſiſtendi modo*, inter ſe digladiantur, mecum diligentius perpendo, videor mihi audire rixantes *Peripateticos* de Elemento *Ignis* ſub *Concavo* Lunæ, & forſan ſæculo futuro, *idem* cum illo fatum ſortiatur.

De *Calorr* Thermarum *Bathon.*

Neq; Ignis *ſubterraneus.*

Non datur ignis accenſus *niſi ubi ſpiracula.*

Verum quoad *naturam* hujus ignis, de quâ primo loco quædam annotanda; Si Ignis ſit *accenſus*, ut affirmant plurimi, præterquam quod unde *accenſionem* acquireret materia cremabilis quod in *fermentationis* motu, ſine aeris *flabello* fieri non poteſt, haud ita facile ſit aſſignare, & Dubitanti ſatisfacere, (præſertim ſi in penitioribus *Terræ* receſſibus ſtatuatur, ubi *Radii Solis, fulgur*, & accidentia nonnulla, quæ in telluris ſuperficie *non rarò* contingunt locum non habent) mirum quidem videtur Urbes frequentiùs non everti (ut *Tantalis* olim, poſtea verò *Sipylo* vocata, in agro *Neapolitano*, & haud procul à *Veſuvio* monte nuperrime *Piſticcio*, oppidulum concuſſu Terræ omnino deletum, *Catignola* funditùs everſa, *Florentia* territa; *Patavium, Faenza, Ravenna*, & loca alia

Arguitur a natura *Ignis.*

Unde accenditur *non apparet.*

Non a Sole *aut* Fulgure.

Gazette N. 2339. 2345.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

alia plurima in *Romania* inde læſa) & montes circa *Bathoniam* præcipue loco non moveri, quæ omnia vi *Ignis* & *Vaporum* intra Terram incluſorum, & erumpere conantium eveniunt, & ignem *accenſum*, ubi fomes abundat, ut in *Thermis*, neceſſariò comitantur.

Neque Exhalationibus.

Neq; *Exhalationes* calidæ & *ſiccæ* viſceribus terræ incluſæ, ibiq; *agitatæ*, attenuatæ, rareſactæ, & ita *inflammatæ*, ad *accendendam* materiam ſufficere videntur. Nam quod ſupra notatum, materia aquea unde *Exhalationes* iſtæ partim conſtant, agitatione maximâ *calorem* non contrahit, ut in *Cataractis* obſervatum; nec calor ex igne, uti volunt, *hoc modo* accenſo, *ſenſim*, *placidè*, & *æqualitèr* durat, ut in aquis calidis Mineralibus aſſolet, ſed *inæqualiter* movetur, *citò* pertranſit, idq; aliquando cum *ſono* & *ſtrepitu*, ut in *Tonitru* & *fulgure* videre licet, & in *Terræ motibus* ſæpiſſime obſervatur. Itaq; ſi verum ſit ignem *accenſum* in Terræ viſceribus *ſemper* contineri, Exclamemus merito cum *Plinio*, (aliiſq; recentioribus) *Miraculorum ſummum eſſe, quod omnia quotidie incendio non pereant.*

L. 15. c. 107.

A loco *arguitur.* *Non in* Centro *Terræ.*

Qui in *Centro* Terræ collocarunt hunc ignem, ſupponunt illud quod ſupponendum non eſt, nimirum, interiorem, & centralem Terr-aquei orbis partem *Cavam* eſſe, & circumcirca materiâ cremabili, aut corpore ignivomo, adeò refertam, ut inde tanquam è foco, per Canales & tubos *Subterraneos*, ad aquarum conceptacula *ignis* perveniat. Prioris generis receptacula, ignis viz. *Pyrophylacia*, ut & poſterioris Aquarum nimirum, *Hydrophylacia* indigitat Reverendus *Papicolarum* Pater, Ingenio ſimul ac doctrina clarus *Athanaſius Kircherus*, qui ſententiam hanc, in *Mundo* ſuo *Subterraneo* ſtabilire conatur. Verum

Athanaſii Kircheri *Hypotheſis Exauiuatur.*

(ut

(ut omittam illud quod urgerent aliqui, *Centrum* nimirum corporis solidi *densiorem* partem hactenus existimari, quòd corpora circumposita eò, tanquam ad *quietis* locum, tendant naturaliter) haud ita facile est concipere, quomodo ignis *effluvia*, & emanationes, ex ipsa *Terræ* profunditate, per *rupes*, & *saxa*, reliquaq; obstacula, ad *Terræ* superficiem, ubi aquæ *Calidæ* scaturiunt, pertingere possunt, & tamen salva *Caliditate*, quam per multa *millia* milliariorum *subter* Terram necesse est sartam tectam conservent. Canales quosdam, quasi Vias Regias, *ingeniose* fateor adinvenit *Kircherus*, an vero in hoc, ut forsan in quibusdam aliis, ὑποθέσει δουλεύειν sit censendus, *sagacioribus* relinquo. Porrò, quum Canales hi & *Igni-ductus*, per longissimum *Terræ* tractum, in ipsius visceribus extendantur, & *continuis* deflagrationibus terantur & amplientur, probabile videtur aliquando, actis hisce adeo *magnis* Cuniculis, *pumiabus*, *cinere*, aut *ruderibus* obstrui, unde transitus ignis à *Pyrophylaciis* ad *Hydrophylacia* interciperetur, & aquarum *calor*, qui ex hac *Hypothesi* inde procedit, desineret, & *Thermæ* ipsæ, *Thermarum* nomen & *vires* amitterent. Affirmant *Cæsius*, & *Fallopius* de *Tripergulo*; *ibi sæculo proxime elapso, post terræ motum quindecim dierum, terram aperiri, indeq; ventum, fuliginem, & magnos ignes erupisse, cum tantâ pumicum, & cinerum copiâ, ut in montem evaderent.* Et testatur Fallopius; *In agro Volaterrano, ad Castellum Montis Cerbari vocatum, sunt lacus, vulgo dicti* Lagoni, *quasi Lacunæ, ubi est aqua ferventissima & undiq; cinis. Quinimò*, procedit, *& mons ibidem est totus calce, & cinere refertus.* Et in medio ardentis montis *Vesuvii* voraginis (de quâ posteà in *fine* Capitis) montem *novum* fumum densum jugiter evomentem, quem *nuperis* annis

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Il. Merc. Italic. *p.* 162.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

nis Incendium elevaverat, indies increſcentem memorat *Raymondus.* Jam verò ſi hæc verſus Telluris *ſuperficiem* obveniant, idem etiam colligere, in partibus ejuſdem *interioribus* accidere poſſe, abſurdum non eſt.

Non in Vicinis *partibus* ſub *ipſis canalibus.*

Alii verò immensâ hac *ignem* inter & aquam loci diſtantia *minimè* contenti, ignem aquæ *propiùs* admoverunt, & in partibus vicinis, etiam *ſub* ipſis aquæ canalibus, collocarunt, vero ſimilius multò reputantes, intenſum adeo *calorem*, nullo modo fieri poſſe, nedum per tanta temporis intervalla *perſeverare*, niſi caloris cauſam *propiorem* aſſignaverint, quæ aquis novos fervores *præſtò* communicet. Et ſane rationi *maxime* Conſentaneum videtur, quicquid fuerit *caloris* cauſa, in *promptu* ſit, & licet in profundis terræ partibus, non tamen adeò *remotum*, ut *Centralis* ille *ignis* de quo modo dictum eſt. *Omne* enim *agens*, *agit per contactum*, nec actio *prodigiosè* adeò *indiſtans*, cum aliqua veritatis ſpecie poteſt concedi, niſi ignem illum *Soli* aſſimilaverint, & de magno aliquo *chaſmate*, aut aeris, ætheriſve regione, & *ſpatio* libero, etiam in *terræ* viſceribus, quemadmodum ab ejuſdem ſuperficie ad *Cælum* uſq; conſpicimus, ſomniaverint, quod corporis ignivomi *Sphæra* eſſe poſſit, per quam igniculos ſuos, & *flammas*, undiq; transmittit, quod forſan, tantum diſtat à veritate ὅσον οὐρανὸς ἐστ' ἀπὸ γαίης. Et mirari quidem ſubit, curcùm *Solem* cœleſtem ab hoc munere excluſerint, utpote tantis æſtibus conciliandis, etiam in telluris *ſuperficie*, omnino imparem, alium *Solem ſubterraneum* excogitaverint, cui illud attribuerent, quum ſpatium à *Centro* Terræ ad *ſuperficiem*, illo ab ipſo *Sole* ad *Terram* non *tantis* intervallis, licet *magnis*, relinquitur, quanta ad *inſignem* aliquam deſparitatem creandam

dam ſufficiat, præcipue ſi animo reputemus diſtantiæ *inæqualitatem* obſtaculis *ſubter* terram quodammodò compenſari. De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Mirum etiam videtur *plumbum*, *ſtannum*, reliquaq; *Metalla*, & *Mineralia* liquabilia, ignis hujus *ſubterranei* calore adeo forti, quanto opus eſt ad *caleſaciendam* aquam, quæ tantum caloris *gradum* induit in *Balneis* nonnullis, ut ferri vix poſſit, *ova* excoquat, *porcellos* depilet, & *pullos* etiam *gallinaceos* deplumet, mirum inquam, videri *metalla*, & *mineralia* intermedia, *ſiquæ* fuerint, calore intenſo adeò non liqueſcere, & in terræ viſceribus, in *maſſas* coacta obſervari, quod tamen nemo *hactenus* inveniri aſſeruit, & *metallicis*, ſi unquam fuerit, erit gratiſſimum, qui plurimùm in fundenda metalla erogare ſolent; præſertim, quùm in *Mineralium*, aut *Metallorum* generatione, neceſſe ſit ut eorundem *embryonata* materia, priuſquam fermentat, *ibidem* exiſtat. *A* Metallis *ſubter terram* non liquatis *arguitur.*

Nec intellectu *minus* eſt difficile, cur *ignis* per *tot* annorum curriculum ad *Canales* ipſos non penetraverit, ipſoſq; combuſſerit; & *Terram* circumcirca adjacentem in *calcem*, & *cineres*, non redegerit; præſertim ſi *inflammabilis* ſit, quod neceſſe eſt ut fiat, quùm ignis *aliter* extingueretur.

Porrò *Vapores* ignis hujus circumpoſiti ope elevari oportet, ad eundem *fere* modum, quo in *lebete* ſolent ſuprà ignem conſtituto, quos neceſſe eſt, ut *minus* calidi occurſu, *coaleſcant* iterùm, ut in aquam revertantur, unde calore ſuo, *magna* ex parte, ſpoliari oportet, quemadmodum videmus in vulgari *alembico*, ex quo aqua *penè* frigida in *recipientem* deſtillat. Quod de *Saxis* quibuſdam, & *rupibus*, ignis ope caleſactis, quæ calorem aquis *hoc modo* impertiunt, regerunt nonnulli, *nugæ* ſunt; & *Siſyphi* *A Vaporibus* frigidis *elevatis.*

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Non in *ipſis* Canalibus.

ſyphi ſaxum voluunt, qui defendere conantur.

Nonnulli deniq; ignem hunc *in ipſis Canalibus*, etiam *intra* aquas ponere non verentur, nec *inde* metuunt extinctionem, quum materiam excogitaverint, quo *fovetur* ignis, quæ *in aquis* accenditur, & *incrementum* inde potius, quam *injuriam* acquirit. Ingenioſum fateor *Commentum*, quo in *oleum* aqua *mutari* poſſit, quæ ſi illis hic *non* hæreret, actum eſſet de *Hypotheſibus*, quæ majorem hujus *phænomeni* elucidationem pollicentur. Materiam hanc *Bitumen* eſſe dicunt, & ejuſdem ſpecies, quales *Naphtha*, *Ambra*, *Camphora*, &c. quæ aquis ſubmerſæ nihilo tamen minus, *inquiunt*, flammam concipiunt, conceptamq; *fovere* aquam, & *tueri* arbitrantur, & hoc conceſſo, Aquarum *Mineralium* Calidarum τὸ πᾶν abſolvi exiſtimant. Hanc *Opinionem* ampleſunt inter veteres (*a*) *Plinius*, inter *recentiores* *Agricola*, cujus opinionem recenſent (*b*) *Fallopius*, (*c*) *Frenchius*, aliiq; nonnulli, qui ſi ad *Experimentum* attendiſſent, non *temerarii* adeo, & *audaces* extitiſſent. Certiſſimum enim eſt *Camphoram* reliquaq;, puto, *Bitumina*, in aquarum *ſuperficie* tantum *flammam* concipere, quæ *ſub aqua* merſa, ſubito extinguitur. Imo ſi paulo diutius aquæ *Camphora* innataverit, quouſq; illam aqua penetraverit, *fundum* ſuapte ſponte petit, & flamma *diſparet*; adeò procul eſt aqua à *fovendo* igne, ut, quod *hactenus* credidimus, neq; *hoc* experimento *contrarium* evincitur, illum certiſſime *extinguat*. Miror itaq; cur hæc *Philoſopho* excidere poterant: *Bitumen & quæ ex illo conſtant accenſa, in aqua flammare non deſiſtunt, à qua ignis ipſe ſomitem ſuum recipit.* Et paulo poſt; *Hoc in Naphtha Bituminis ſpecie videre eſt. Nam ſi guttam aquæ inſtillaveris, & eidem ignem admoveris, in flammatam*

a *L.* 15. *c.*106.
b *De aq.* Therm. *cap.* 5.
c *Tract. de aq.* Spad. *Eborat. p.* 22.

Bitumen, *& ejus ſpecies*, ſubter *aqua*, non *accenduntur.*

De Camphora *probatur.*

French. *Spad. Eb. p.* 22.

flammatam videbis, quæ tanto temporis intervallo accenſa manebit, ut mirari non potes; quod neutiquam eveniret ſi aquæ humiditas in alimentum ignis non tranſiret, quam attrahit, & in ſuiipſius naturam tranſmutat. Et ante illum *Georgius Morellus*: *Bitumen accenſum non ſolum in Aquis non extinguitur, ſed eas, mediante igne, in propriam naturam convertit.* Oleoſam fateor & unctuoſam Naphthæ *Camphoræq;* naturam impedimento eſſe, quo minus aqua partibus *Bituminoſis* commode admiſceatur, unde flammam concipit, eodem *fere* modo, *ac ſi eſſet in ſicco*, verum quùm aquâ intus aſſumpta *ponderoſior* evaſerit, verſus *fundum* deſcendit, & flamma *diſparet*, certiſſimo *experimento*, in nutrimentum *flammæ* non tranſire aquam, ſed illam potius *deſtruere*. *Notandum* etiam *Camphoram* intra aquam *totam* non abſumi, ſed ſuperficiem *tantum* ejus, quaſi *lambendo*, flammam concipere, quæ quùm in ſuperiores, & magis ſiccas *camphoræ* partes prædaverit, *paulatim* minuens *ſubitò* vaneſcit, & ſubaquaneam *camphoræ* partem *intactam* relinquit, quæ, niſi *flamma* recenter admota fuerit, *non* accenditur. Porrò, a vulgari hoc *experimento* ſæpius reperito, *duo* edidici, quæ contra ignem ſubterraneum, *in ipſis canalibus*, uti volunt *accenſum*, ut caloris cauſam, militare videntur. *Primum* eſt, *Cooperto vaſculo, flamma paulatim vaneſcit*; quod quia *alio* ſpectat, nimirum ad Quæſtionem, *An aer ſit Ignis pabulum neceſſarium*? De quâ quædam inferiùs ſunt dicenda, nunc dimittam. *Secundo*, Tametſi *Camphora* in ipſa aqua, aut *rectius* ut dixi in *ſuperficie* ejus, tanquam *navis combuſtoria* in mari comburatur, aqua *tamen nihili calidior evadit*, quemadmodum expertus ſum in uncia *una* Camphoræ libris *tribus* aquæ circiter innatantis & inflammatæ, quæ quantum potuit, imo

tota

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

De *Med. Aq.* Pat.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

tota fere deflagrata, aquam verſus calorem tam *parum* mutavit, ut nec manus mea, nec quorundam aſtantium, *alterationem* aliquam percipere potuerint. Hoc *ſecundo* expertus ſum XXIX. Dec. 1688. Jam uero, ſi *Bitumen* (& ex hac *una* Bituminis ſpecie diſce reliquas) nec *intra* aquam comburere poteſt, nec ſi comburetur aquam *calefacere*, quid de hac Opinione ſentiendum ſit quilibet *Davus*, ſine *Oedipo*, determinet. Idem de flammâ, circa *ANNAM* Reginam, e Thermarum *Regiarum* fundo aliquando aſcendiſſe tradita, dici poteſt, de qua *Capite* duodecimo dictum erit latius.

Vid. Cap. 12.

Affirmat quidem *Plinius*, (quem meliori jure quam *Pauſaniam* apud Græcos *Scaligerus* *, *Latinorum omnium mendaciſſimum*, aut quod de *Græcis* ipſe, *Vitiorum Genitorem*, appellare poſſumus,) *incendia quædam Bituminea obſervari, quæ pluviis augentur*, quod in monte *Chimæra*, & monte *Cteſiæ*, montibus *Hæphæſtiis* dictis, aliiſq; quibuſdam, memorat. Et *Fallopius* narrat apud agrum Mutinenſem, *Terræ tractulum eſſe, è quo ignis fumuſq; erumpunt, terram vero eſſe pulveri ſimillimam, quam quùm flammam conceperit, aqua non extinguit.* Verum *hoc* eodem forſan modo eveniat, quo fabrorum ferrariorum carbones *aquâ* irrorati, *fortius* igneſcunt; non quod aqua *propriè*, & *ex ſe* ignem augeat, ſed potius quod Carbones pulveratos, qui *alitèr* diffluerent, *placentulâ* quâdam conſtringat, & uniat; ut Sileam in *incendiis*, ſiquæ ſint, ſupra memoratis, *calcem* pluviis diſſolutam, *ignem* intendere.

In Arliſt. de Plant. l. 2. in Prolegom.

L. 15. c. 106.

Ab Ignis ſubterranei *naturâ* & *loco*, ad *Pabulum* deſcendimus, quod *magnâ* copiâ adeſſe oportet, ut *prodigioſe* adeò edacis ἀδηφαγίαν exaturet, & indefinenter *Helluonis* hujus ingluviem *latrantem* pacet.

Ab ignis pabulo *arguitur.*

Quumq;

Quumq; regerunt *nonnulli*, pabulum conſumptum denuò renaſci, non advertunt, quod ſuperiùs attigimus, ad materiæ *violenter* ſublatæ *renovationem* opus eſſe, ut *ſpatium* adſit opportunum, & loco ipſi *quies*, & *otium* concedatur, quemadmodum videmus in *Mineris*, poſt aliquod temporis intervallum *mineralia* iterum, atq; *iterum* in *eodem* loco ſuccreſcere, & *decerptorum vegetabilium inſtar*, de *novo* germinare. At vero *aliter* ſe res habet in igne ſubterraneo, quem *veſtalis* inſtar, neceſſe eſt ut *perenniter* duret, ne ſi aliquando intermittat, calor, quem aquis ſuppeditare creditur, in Thermis *ceſſaret*. Aſſerant igitur oportet, *omnem* materiam quâ paſcitur hic Helluo, ab ipſis mundi incunabilis, *modo ineffabili* adeſſe, & ad finem ejus uſq;, *modo neſcio quo* perdurare, & *hoc modo* ſe egregiè *philoſophari* exiſtimant, & *rem acu tetigiſſe*. Sed de hac re plura diſſerendi in ſequentis *capitis* fine dabitur occaſio; ubi inter *Ignis* hujus *pabulum*, & *Fermentationis fomitem*, differentiam liquido oſtendam.

De *Calore* Thermarum *Batbon.*

Frenchius *iterum refutatus.*

Et quidèm *Duo* tantum ſunt, quæ ſcio, intra terram *pabulorum* genera, quæ laboranti huic *Hypotheſi* poſſunt ſuccurrere, *Bitumen*, nempe, & *Sulphur*, quæ *ambo* neceſſe eſt ut accendantur, & tunc iiſdem difficultatibus, quibus *Ignis* premuntur. Nam ſi horum *utrumlibet* aquæ Commiſceas; *calor* inde non exurget niſi corpus *ignitum* illi admoveatur; licet *acido* in *Sulphur* agente admiſſo, *calor* ſine *igne admoto*, non tamen *flamma* oriatur, monente *Simpſonio*, Zymol. Phyſ. c. 2. Quinetiam omnia Balnea Sulphurea *Calida* non ſunt, nec è contra, omnes aquæ Calidæ *Sulphureæ*. Prioris generis ſunt *Caldanellæ* & *Avinianenſes* in agro *Senenſi*, *de Grotta* in *Viterbio*, *de Aquis* in *Piſano*, D. *Joannis* in agro *Lucenſi*,

Non eſt Sulphur *aut* Bitumen.

Non eſt ſulphur *aut* Bitumen.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Balneum *Geberſuilleri* in *Alſatia*, &c. quæ *calida* ſunt, nec tamen *odore, guſtatu, qualitatibus*, aut *effectis*, Sulphurea judicantur. *Poſterioris* autem generis ſunt, Aquæ *Zuricenſes* in *Helvetia*, *Budanæ* in *Pannonia*, *Curenſes* in *Rhætia*, *Celenſes* in *Germania*, *Brandulanæ* in agro *Carpenſi*, & aliæ quamplurimæ, quæ *Sulphur* produnt aperte, & tamen *frigidæ* exſtunt. Idem etiam de *Bitumine* dicendum, & minerâ in agro *Tremonenſi* memorat *Solinander*, ubi aquam, *Odore, Guſtu*, & *Colore* Bitumineam, ſed *frigidam* invenit. Unde apparet quam *vanum refugium* quibuſdam ſunt *rupes*, quas ignem *Bitumineum* calefacere dicunt, & *calorem* aquis *ſuprà* labentibus ſuæ bituminis ipſius participatione, eò quòd inter *ignem* & *aquam* tàm grande ſit *obſtaculum*, communicare, quùm nec *in ipsâ minera Bituminea aqua calefiat.*

Iordenus *de* Baln. *Nat.* & *Aq. Min.* c. 13. *in* fine, & *cap.* 8. *ubi de* Sulphure.

De *Antiperiſtaſi* & Calce *Vivâ*, quùm iiſdem ſulcris, quibus *Ignis* ſubterraneus, quem ut ſuprà dixímus ſupponere videntur, ſtatuminentur, & quibus ſubductis, corruunt, plura addere operæ pretium non eſt. Illis enim qui *has* cauſas, ſaltem *calcem vivam* aſſignant, ignem ſubterraneum *prius* exiſtere probare incumbit, unde in dubium meritò vocat *Bauhinus*, Font. Boll. l. 1. c. XV. *An Calx dicenda ſit, ubi ignis non fuit. Idem*, inquit, *recurrit dubium, An Calx debeat dici, cum ignea violentia proprie dicta calx ex lapide cremato fiat.* Et eoncludit: *Quo fit, ut in eam deducar opinionem, ut laxiore* ſignificatione, tum *Baccium* tum *Fallopium*, vocabulum *Calcis* uſurpaſſe exiſtimem.

Edm. Mearа, *M. D. vid.* Britanniam *Baconicam.*

Tantum addo de *Calce vivâ*, ex quo medicum quendam *Hibernum*, Democritum *Juniorem* alterum, ſpecioſius deceperit, qui clariſſimo viro, (tùm in Vivis,) D. *Franciſco Prujeano*, calcis vivæ fumum nota

eſt

eſt fabula) pro *marchaſita* vendidit, & veriſſima *Calx* Viva, hoc modo, in ipſiſſimum *Marcaſitem* album converſa eſt; ex *illo* tempore, inter aquarum *Calidarum* mineralium Cauſas, magno quorundam applauſu numerari conſuevit.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Reſtat jam, quaſi *Appendix* quædam ad Ignis pabulum, Diſquiſitio brevis de Aere; *Utrum nempe, ad ſubſiſtentiam ignis neceſſariò requiritur?* Et ſanè tametſi *aerem* in alimentum ignis *aliter* non admittam, niſi quatenùs corpuſculis inflammabilibus, in quibus *Nitrum*, refertum, (Nam ut rectiſſime obſervavit Nobiliſſimus *Verulamius*, Flamma *non eſt aer accenſus*, cum *Flamma* & *Aer*, non minus Heterogenea ſint, quam *oleum* & *Aqua*, ſed particularum potius *pinguium* & *oleoſarum* Turba, & congeries, quæ *minori* motu præditæ & *magis* fixæ Candelam puta; *perniciori* vero, & *rapido*, flammam repræſentant, unde poſtea à *pernici* earundam motu in accenſione, *flamma* exoritur; *Candelam* autem prius, (ut de ſubterranei *ignis* materiâ diximus ſuperiùs) *accendi* oportet; tametſi, inquam, in pabulum ignis *aerem* aliter non admittam,) tamen quùm *ſpatium* aliquod magis liberum, & particulis, quà *igneis*, quà *Vaporoſis*, ex activâ ignis compage jugiter emanantibus deſtinatum, ut caloris *actio* continuetur, debeat aſſignari, quod æquè neceſſarium videtur ac *fomes* ipſe, & ignis *pabulum*, nullo modo ab ignibus, præſertim flammis *majoribus*, quales eſſe arbitrantur Ignes *Subterranei*, Aer, & Spiracula, debent arceri.

Aer *neceſſario requiritur ad ſubſiſtentiam* ignis.

Hiſt. Vit. & Mort. p. 455. Dd. Lugd. Bat.

Hoc *Veſuvii*, *Ætnæ*, aliorumq; montium ardentium inſtantiâ evidentius apparet, in quibus materia *mineralis* & *metallica* intra Terræ viſcera, *fermentationem* prius paſſa minime ferendam, *Terræ-motum* tandem inducit, cujus vi dehiſcente *Terra* per

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

hiatus aperte *aer* ingreditur, & *flammam*, hoc modo, follium adinſtar, accendit, conſervatq;, ut in fine *capitis* clarius apparebit. Flammas quaſdem fateor *thecis* incluſas per annorum *Centurias* nonnullas, *quindecim* dicunt, in ſepulcris *inextinctas* memorant *Hiſtoriæ*; verum igniculorum horum fomes, ex materiâ *puriſſimâ*, arteq; elaboratâ conſtare videtur, qui, *Gliris* adinſtar, hyberno tempore vitam ſimulantis, calorem mentiuntur, donec aperto aere fruentes, *citiùs* extinguantur; inter quos & ignes ſubterraneos, *Thermarum* cauſam vulgo reputatos, nemo non, vel ex *hac* inſtantia, diſparitatem obſervat. *Fomitis* etiam materia adeo *pura* erat, ut vapores *nullos* ſuffocantes emittere ſolerent. *Aerem* fateor, ſive *vapores* nonnullos, intra Terram incluſos, qui ignem potiùs *reprimere*, quàm *continuare* videntur, obſervari; *Verum an ignis Bitumineus non ſit valde fuliginoſus, fumoſus & vapores ejus ſubtiles adeo, ac penetrantes, ut Terræ poros inſenſibiliter pertranſeant*, & iſthoc modo, *inſenſilem* Tranſpirationem, (Græcis διαπνοὴν ἀϊδιλον) quadamtenus æmulentur, credat aliquis, qui ardentem *Camphoram*, inter duo vaſa, aquæ immiſerit, & fuliginem nigerrimam, & *copioſam*, ſupremo vaſculo adhærentem conſpexerit; ut nihil dicam de *odore*, qui flammam conſequitur; & ſileam, quod ſuprà notavimus, defectu *aeris*, aut liberioris ſpatii, *flammam* extingui.

French. *Spad. Ebor. p.* 27.

Neq; *immanè* adeo diſtant duorum vaſorum Commiſſorum, & *Terræ* ſoliditas, ut diverſi generis *Phænomeni* ratio inde exurgat. Imo apud *Batavos*, Carbones accenſi, Novi aut Semuſti, in Vas latioris baſis, & Orificii anguſtioris eidem uſui deſtinatum, & abſq; aeris acceſſu, quem ſatagunt omnino excludere, ſtudioſe coopertum, vulgò **Dobe-pot** conjecti,

prunarum naturam dictum factum amittunt, & ad focum novum extruendum *ita* extincti, aptiores inde & commodiores redduntur, ut ab Amico meo facete-ingenioso, *Joanne Batista Capello*, communicatum habui. De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Ex dictis itaq; constat quam verè *Biolychnium*, sive *flammulam Vitalem* in corde, posuerunt *Burgravius*, ejusq; sequaces, inter quos *Regalis* Collegii Medicorum *Londinensis* Lumen modò extinctum, Doctissimus, dùm in vivis, *Georgius Ent* Eques Auratus, in *Harvei* Vindicatione contra *Parisanum*. Nam si *flamma* neq; *in aquæ Canalibus*, *intra aquam ipsam*, aut *subter illam*, perdurare potest, ut in superioribus evictum, in cordis *Penetralibus*, intra sanguinem *flammam* aliquam *vitalem* hospitari haud probabile. Oleosam sanguinis naturam fateor ad conservandum *Biolychnium* aptiorem multo *Aquâ* existere, aeremq; *inspiratum* ad accendendum fovendumq; præsto adesse, verum quùm *Tracheæ* meatus per pulmones in vasa eorundem sanguinea *minùs* pateant, & antequam respirat, fœtus animetur, vitæq; *chorea* in uteri *claustris* incipiat, ubi *flamma* dicta ab aere non potest accendi, calorem sanguinis *Fermentationi* solum Succorum heterogeneorum in se invicem agentium, potius quam *flammæ* alicui *accensæ*, ut in fine *Capitis* hujus, & sequente plenius, dicendum restat, tribuendum existimo. De *Flammis* Sepulchralibus modo dictum. *Vita non est* flamma *in Corde.* *Apol. pro* Circ. *Sang. Digress.* 1.

Quùm autem mens *Seriorum* tædio quasi obruta, haud secus ac *Camphora*, de quâ paulo suprà, vase duplici inclusa, & supra aquam ardens, ad cavendam suffocationem, *majus* spatium, & liberiorem *aeris* tractum anhelare soleat, *Caroli* cujusdam *Claromontii*, Doctoris Medici, & *Nobilis* Lotharingi, Opinio de *Thermis* *Car.* Claromontii *Opinio de natura* Thermarum.

De Calore Thermarum Bathon.

De Aer. aq. & loc. Ter. Angl. p. 32.

Thermis Bathonienſibus, non eſt omittenda. Statuit ille, *Fontes eſſe* ὥσπερ ἐντελέχειαν τίνα τῶν στοιχείων. *quippe elementares virtutes contineri fontibus. Tametſi vero, inquit, non negem per metalla manantes aquas, metallicam facultatem conſequi, tamen quoniam nulla arte quicquam ex ejuſmodi fontibus elici metalli plerumq; poteſt, inde eſt ut exiſtimem, ineſſe ipſis quiddam Metallicum* δυνάμει μᾶλλον ἢ ἐνεργείᾳ, *propterea quod effectus habeant ſimiles iis qui ex metallis conſequi ſolent. Id eſt Metallicos dici fontes, non â metallis ipſis, quam à metallica facultate, & virtute, & ut in Scholis loquuntur, Potentiâ. Idq; eo magis quod ſæpe neq; per metalla fluunt, & ſæpiſſime à metallicis quam longiſſime fluunt, à quibus ſi quid contrahunt, id omne elici viarum anfractibus, & ſaxorum atque arenarum ſalebris, quaſi quadam percolatione poteſt.* Præclarus certe *philoſophus*! qui *magno* molimine *nihil* agit, & *metalli* adeo plenus, ut *mineram* in ſeipſo continere videatur, quiq; licet ipſe fuerit inter *Montes* Bathoniæ; Non tamen *Claram*, ſed obſcuriſſimam hanc, & *Hermolao* judice, *Diabolicam* Thermarum iſtarum naturæ rationem reddidit, animalium quorundam *more*, quæ aquas *limpidiſſimas* conturbant, & pedibus *contaminant*. In *metallis* adeò totus erat *Carolus*, ut *Mineralium* ne meminerit quidem, & ſedimenti copia, quam à *Thermis* obtinui, *aliquid inde elici poſſe*, *neq; viarum anfractibus, & Saxorum, atq; arenarum ſalebris percolatione elici oſtendit.*

Animadverſio.

At, *Non tali Auxilio, nec Defenſoribus iſtis*
Balnea *egent*——

Non deſunt apud nos medici, utriuſq; *Academiæ* patriæ, *utriuſq;* celeberrimæ, *verè* alumni, ingenio eruditione

ditione & *facultatibus* inſtructi, à quibus magni hujuſce *phænomeni* veram rationem, quantum res ipſa petitur, *meliori Jure* expectare licet, quibus *Symbolum* noſtrum nec *hactenus* deſuit, nec eſt deſuturum, & non *Agyrtis* quibuſlibet, & circumforaneis *Exoticis*, aures præbere, quibus, iiſq; *ſatis longis*, præditi, è Regionibus Tranſmarinis in *Noſtram* irruunt, ibiq; ſtatim *nominis* famam, & *gloriolam* aliquam ex *prælo* affectant, idq; non *Scientiæ*, aut *Veritatis* ſtudio, ſed lucri *ſpe* vilis, & ut *quocunq; modo rem* facilius corradant, quòq; ſpectunt præcipue, tantulo ampliùs *emungant*, quos propriæ *ignorantiæ*, & Doctiorum *cenſuræ* in ſolidum reſigno, ut & *Heroem* hunc *Capiti* de aqua medicata *Briſtolienſi*, ubi *ambo* iterum conveniemus. De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Verum apud *Thermas* præſertim, & *acidulas* frigidas, *quilibet ſe medicum jactat, cui ne brutum quidem animal tuto committas, Ciniflo, rhizotomus, agyrta, odontothryptes, Theriacæ falſæ Inſtitor, Vetula, Germanus, Judæus, Carnifex. Magna pollicetur, ac non ſolum ſimplici vulgo ſua garrulitate, ſed etiam Satrapis imponit: phaleras oſtentat, curatos commemorat; de læſis & deceptis altum ſilentium. Si quid didicit, ſiniſtro uſu peccat: uno calopodio omnes calceat; conatur cum ſumma temeritate omnibus morbis mederi. Utile eſſet ſi obſervaretur mos Italiæ, Galliæ, & quorundam præcipuorum locorum Germaniæ, ut de ſuis medicamentis à peritis medicis examinarentur. Tum vero myſteriis maleferiatorum patefactis, in clara luce apparerent ejuſmodi belli homines Numellâ aut Exilio digni.* "Factum eſt, *inquit Eruditus Autor*, ut dum eſſem in "Thermis *Helveticis* etiam ibi eſſet *Judæus*, qui ſe "nominabat *Simonem*, & medicinam faciebat: ad "eum confluebant multi *Electuarium* magno pretio "ementes. Agyrta *apud* Therma. Jo. Bauhin. *Hiſt. Font. Boll. l.* 2. *c.* 15. *p.* 147.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

"ementes. Ibi eum quoq; consulit *Polemarchus* "quidam emeritus *Zugensis*: Judæus sanitatem pol- "licetur acceptis *aliquot* coronatis: Cum *frustra* "essent omnia, advocor & Ego, comperio *Phthisi-* "*cum*, Balneum ei *valde* nocuum: Scissitatus dili- "genter quid dedisset *Judæus*, comperi illum ha- "bere Ollam plenam *succo baccarum Sambuci* inspis- "sato, adhæc libram *Scammonii*, cujus dabat inter- "dum *drachmas duas*, cum *uncia* semis *Rob* de *Sam-* "*buco*, exigebatq; *Coronatum*; atq; is quidem ἀναλ- "φάβητος nec scribere nec legere poterat; quare "vehementer *increpui* hominem, ut qui multos per- "didisset & decepisset, brevi moriturum *Polemar-* "*chum* (quod etiam evenit) quo prognostico usus, "nolui ei medicamenta exhibere, sed Consului ut "*domum* reverteretur. *Judæus* territus aufugit. Sed missis *Empiricis* & circumforaneis fungis, humani generis peste, tam *indigenis* quam *exoticis*, ad Caloris *Thermarum* Causam jam rectà procedo.

Thermarum caloris causæ proprietates.

Intereà hic *proponam* tantum, nam *alterius* loci est prolixius disquirere, *signa* illa, & *proprietates* quas necessariò ad veram aquarum *Calidarum* Mineralium causam requiri existimo; & sunt, *PROPINQUITAS*, *ACTIVITAS*, *DURATIO*, & *AEQUALITAS*; quicunq; vero hæc *quatuor* Hypothesi adaptaverit, exclamandum illi Judicio, non Εὕρηκα tantum, sed Τετέλεσται.

De *quatuor* hisce necessariò requisitis, suo loco, plura dicentur. De postremo autem hic adjungo *Tobiam Vennerum*, M. D. Bathoniensem quondam, κάτρῳ δουλεύειν, quùm *Balneum Crucis* scripserit, *ad caloris sui apicem non ascendere, priusquam anni tempestas perpetuò fuerit calida*; quod in *Regalis* Balnei gratiam

am videtur *gratis* dixiſſe, ut *æſtivam* ſolum Balneationem in *Crucis* Balneo commodiorem aſſerat, quum caloris *inæqualitas*, ſiqua fuerit, ab *aeris* potius inconſtantia, quam *Thermarum* proveniat, quæ *pluviis*, aut quibuſdam fermentationem naturalem in ſe æqualem caſu intendentibus, & non *ſtatæ* alicui anni tempeſtati, ut *nugatur* Autor, caloris ſui *incrementum* debent. De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Porrò, ut mundus *major* à *minori* illuſtrationem recipiat; quum abſq; ignis alicujus *actualis* ope, *Sanguinem incaleſcere* quotidie ſentiamus, caloremq; ad *iſtum* gradum interdum aſſurgere, ut *febres*, & ſpeciatim febrem quam vocamus *ardentem*, *ſine igne accenſo*, aut flammâ aliqua *manifeſta* accerſat (& *flam, mam Vitalem* in corde non *latere*, præcedentia demonſtrant) pro caloris aquarum *Mineralium* cauſa, ad *ignem* ſubterraneum refugere, neceſſum non eſt. *Orgaſmus* quippe, Venereus *Fermentationem Salium* in ſemine latentium, ut videtur, exuſcitat, unde *Fermentum* quoddam poſtea *utero* communicatur, quod *puncto ſaliente* brevi terminatum, motu conſtanti, & reciproco, *calorem* producit, qui *Fermentationis* adminiculo, per totum vitæ curſum *poſteà* perdurat; quum autem calor *blandus* ſit, & ad vitæ functiones *mitis* requiratur, ideoq; vapores *inſenſiles*, & *inviſibiles* ignis aut *flammæ* multum diſſimiles per poros cutis *leniter* emittit, niſi materia morbifica laceſſitus, hoſtem *majori* impetu, & ferocia adoriatur. Hinc *rubedo* ejus à Sale *acido* in Sanguine qui *fermentationem* promovet. Hinc etiam procedere videtur quod fæminæ *Pica*, aut *Chloroſi* laborantes, & etiam Vetulæ, *fermento* debito deſtitutæ, *frigidiores* obſerventur, motu ſanguinis circulari tardiori fruantur, & colorem album, à ſanguine *frigidiori*, & *Fermentatio a minori mundo illuſtrationem recipit.*

Ent. *Apol. pro Sang. circ. p.* 113.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

ſuccis *crudis* exiſtentibus, nec fermentationis *ope* ſubactis oſtentent. Sed de *Fermentatione* plura in ſequente Capite, ubi de illa de *induſtria* diſſeremus.

Interim non nego quin *Thermæ* nonnullæ calorem ſuum *ſubterraneo igni* referant acceptum, quales *Baiæ*, à *Veſuvio* monte haud longe remotæ, *olim* celeberrimæ; præſertim quùm *aqua marina ſit circumcirca naturaliter calida*, quemadmodum Juvenis quidam *Anglus*, ingenio ſagaci, & literis inſtructus, *Jannes Raymond* Generoſus, A. D. 1647. peregre profectus, *ibidem* annotavit. Et quidem de *iſtiuſmodi* aquis calidis intelligendus eſt *Nicolaus L'Emery* cum ſcribat: *Calor etiam magnus aquarum multarum Mineralium ab ignibus ſubterraneis explicationem recipiat — qui inde oritur eo quod aquæ iſtæ aut immediate ſupra terras aliquas ardentes pertranſeant, aut per ipſarum medium labantur, à quibus calorem ſuum in tranſitu accipiunt.* Nam ubi ardentes ignes *actuales* ſunt, ut in *Ætnâ*, & *Veſuvio*, (quos montes commemorat) Aquas circumcirca *inde* calefieri non negamus & *calorem* ſuum hoc modo *in Tranſitu* recipere; Verum ignis hujus *Sphæram* ad aquas calidas remotiores extendere, aut in Communem *Thermarum* omnium cauſam ejuſdem *vim* & *efficaciam* aſſignare, licet *per ignem Philoſophum* (forſan) decere poſſit, liberioris tamen genii *ſapientiæ Cultores* haud decet, qui ſecum reputaverint, & ſeriò trutinaverint quæ à *Nobis* dicta ſunt ſuperiùs contra *abſurdam* iſtam opinionem quæ ignem *intra* Aquam, & *in* ipſis aquæ canalibus ardentem, *aliter* quam ſupra explicatum, *inextinctum* manere, *inſulsè* affirmat. Et ſi *calcem vivam* in cauſam afferat, neceſſe eſt ut *ignem* actualem *accenſum* probet, qui *nullibi* apparet, niſi ubi ignis

Il. Merc. Italico, *p.* 158, &c.

Curſ. Chym. c. 7. *de* Croco Martis aperiente.

Autoris *Reponſio:*

erum-

erumpit, nec *ullibi* niſi in partibus terræ *dehiſcentibus* & *apertis* conſiſtere poſſe, aut *exiſtere*, ſuperius probavimus. Idcirco *Gallus* ad rem parum attendit cùm ſcripſerit: *Ignis ſomitem intra Terræ viſcera eodem prorſus modo accendi, ac Croci martis materia, ſulphur nimirum & limatus chalybs, ſuper focum ardentem in vaſe commodo conſtituta, inflammatur.* Hic enim ignis actualis apparet prius accenſus; illic vero neceſſe eſt ut ignis ſomite ad accendendum motu fermentationis prius diſpoſito, *Terræ motus* poſteà ſuccedat, per cujus cavitates & fiſſuras (nam de *fiſſuris* terræ *præ-exiſtentibus* parùm conſtat) aer admiſſus ſomitem prædiſpoſitum *actualiter* incendat, & ignis actualis *manifeſtus* erumpat, quod de Balneis *Bathonenſibus*, aliiſq; locis, ubi talia *nunquam* obſervata fuerunt, dici non poteſt; & iſtarum *ſolum* aquarum *Calidarum* rationem reddit, quæ locis *iſtis* vicinæ ſunt, ubi ignis accenſus *manifeſto* ſe prodit, qui in *Ætnæ*, & *Veſuvii* montibus, ſe ſpectantium oculis, à *multis* ſæculis, non ſine *horrore* quodam viſendum exhibuit. Noto tamen montem iſtum prodigioſum *Veſuvium* dico, cujus *Vorago*, ſive *Caverna* quæ *flammas* eructat, *tria* millia paſſuum *ambitu* ſuo comprehendit, & *profunditas* mille & *quinquaginta* paſſus circiter occupat, *Metallis*, & *Mineralibus* aptis, qualia *Bitumen*, *Sulphur*, *Nitrum*, &c. ita abundare, ut ſomes & pabulum *copioſe* admodum ſubminiſtretur, quod *occultis* igniculis non poteſt competere, ideoq; niſi *flamma* ſit *conſpicua*, *calorem* potius *ſubterraneum* Fermentationis prolem, quam ignem aliquem *accenſum*, intra Terræ viſcera *latere* exiſtimo. Sed de *Fermentatione* plura ſtatim. Hic autem *Inſcriptionem* elegantem, purè *Romanam*

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

De *Calorr* Thermarum *Bathon.*

in viâ publicâ ad *Veſuvii* montis fere pedem, annis retrò LX. poſitam, *marmori* inciſam, ab eodem *Generoſo* obſervatam, & in *Angliam* delatam, placet ſubnectere. POSTERI. POSTERI. VESTRA. RES. AGITUR. DIES. FACEM. PROFERT. DIEI. NUDIUS. PERENDINO. ADVORTITE. VICIES. AB. SATU. SOLIS. NI. FABULATUR. HISTORIA. ARSIT. VESUVUS. IMMANI. SEMPER. CLADE. HAESITANTIUM. NE. POSTHÆC. INCERTOS. OCCUPET. UTERUM. GERIT. MONS. HIC. (MONEO) BITUMINE. ALUMINE. FERRO. SULPHURE. AURO. ARGENTO. NITRO. AQUARUM. FONTIBUS. GRAVEM. SERIUS. OCYUS. IGNESCET. PELAGOQUE. INFLUENTE. PARIET. SEDANTE. PARTURIT. CONCUTITUR. CONCUTITQUE. SOLUM. FUMIGAT. CORUSCAT. FLAMMIGERAT. QUATIT. AEREM. HORRENDUM. IMMUGIT. BOAT. TONAT. ARCET. FINIBUS. ACCOLAS. EMICA. DUM. LICET. JAM. JAM. ENITITUR. MIXTUM. IGNE. LACUM. EVOMIT. PRÆCIPITI. RUIT. ILLE. LAPSU. SERAMQUE. FUGAM. PRÆVERTIT. SI. PRÆRIPIT. ACTUM. EST. PERIISTI. ANN. SAL. CIↃ. IↃCXXX. XVI. JAN. PHILIPPO. IV. REGE. TUM. TU. SI. SAPIS. AUDI. CLAMANTEM. LAPIDEM. SPERNE. LAREM. SPERNE. SARCINULAS. MORA. NULLA. FUGE. ANTONIO. SUARES. VICE. PRÆFECTO. VIARUM. Tantum addam *Ignem* ſubterraneum, ut Thermarum *Bathonienſium* caloris cauſam, ab *antiquioris* ævi ſcriptoribus pro *figmento* habitum, & *damnatum* fuiſſe. Nam *Alexander Necham*, qui vixit circa

circa annum *Christi* MCC. de iisdem *Thermis* ita scripsit, monente *Camdeni Britanniâ, in Comitatu* Somersetensi. De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Igne suo succensa quibus data Balnea *fervent*
Ænea subter aquas vasa latere putant:
Errorem figmenta *solent inducere passim;*
Sed quid? Sulphureum *novimus esse locum.* q. d.

Non ab Igne aliquo subterraneo, sed à minerâ salino-sulphureâ exæstuante, Thermarum istarum calor procedere videtur.

CAP.

CAP. IX.

De Calore *Thermarum Bathonienſium*: *Quod ejuſdem* Cauſa Sit Fermentatio CORRUPTIVA.

Capitis Summarium.

Fermentatio CORRUPTIVA *eſt cauſa Caloris in Thermis* Bathonenſibus. *A Salibus* Alcaliſatis & Acido *miſtis oritur. Argumenta nonnulla pro Fermentatione* Corruptiva. *Pulvis quidam in Thermis* Fermentationis *fomes. In* Regio & Calido *Balneis calidioribus* magis *abundat. Argumentum petitum ab Aqua* Briſtolienſi. *Ab* Afordenſi *aliud. Caloris Thermarum Cauſa* propinqua. *Vicini* Soli *natura.* Bathoniæ *ſolum* factitium. *Aquarum* Ciſternæ *in* Civitatis. *Terræ* lithanthraceæ *genus prope* Bathoniam. *HYPOTHESIS* nova *de Calore* Thermarum. *Seminum* Mineralium & Vegetabilium *unà concreſcentium inſtantia rara. Extra fodinas* lapides *propagantur. Solvuuntur Objectiones contra* Hypotheſin. *Caloris in Thermis* DURATIO, PROPINQUITAS, ACTIVITAS, & ÆQUALITAS *Hypotheſi adaptantur. Ad Thermarum* virtutes *Tranſitio. De nucibus avellanis ſub* Regalis *Balnei Ciſternâ inventis.*

Fermentatio Corruptiva *eſt cauſa caloris in Thermis* Bathonicis.

QUùm unicuiq; naturali effectui *naturalis* & propria aſſignetur Cauſa, quùmq; *ignem* ſubterraneum Aquas calidas non efficere ſuperiùs evictum videa-

videndum an illud majori jure *Fermentatio* perficiat. Et quidem ſi calorem à *Salibus* in ſe agentibus ortum animo reputemus, quantas turbas cient, quàmq; agre ſedatas, ut in præparationibus quibuſdam, *chymicis* præſertim, obſervare licet, ab *Effervescentia* quadam ſive actione & reactione ſalium *cum calore* inter ſe naturaliter peractâ, potius quam ab *igne* aliquo *ſubterraneo*, aut *calore* blando *Generativo*, Phænomeni hujus ratio, majori veritatis ſpecie, expectanda videtur. *Verosimilius itaque existimo Acidum, & Alcalisata ſalia, unà cum aliis quibuſdam in Thermis miſta, & ſe invicem ſubigere nitentia*, Effervescentiam *ſive* Luctam *creare, cui caloris origo aſſignetur verius, modo illo quem inferius trademus.* Accedit etiam ingens materiæ guſtui *non* ſalinæ copia, quæ in *Thermis* abundat, & indolis *lapideæ* exiſtit, ut Cap. 4. in Superioribus eſt dictum, cui eodem modo ac *Alcalibus*, acida ſuperfuſa *Fermentationem* creant. Imo Alcalia alcaliſata intra concretionum petrificarum texturam copioſe inveniri ſagaces naturæ myſtæ ubiq; teſtantur. Pulvis hic *tenuiſſimus* & *albiſſimus* utpote *ſectilis* lapidis, aut *ſciſſilis* (ſi modo idem fuerit) pollen, quem alio nomine, ob inter operandum mollitiem, *lapidem Liberum* vocamus, vulgo **Freeſtone**, ut in præcedentibus, molis in Thermis *maximæ* exiſtit, ſalſa omnia quantitate fere *dupla* ſuperat, & huic uſui præcipue inſervire videtur ut *Fermentationis* ſomes perpetuus inde ſubminiſtretur. Nec a Thermarum *Buxtonenſium* Teporis cauſa excludendum exiſtimo, quod fontes iſti è *ſectili lapide*, quem Liſterus *ſciſſilem* vocat, *nigricante ſcaturiant*, qui de aciditatis gradu adeo remiſſo participantes ut *æſtate*, ut inferius dicetur, *atramentoſæ haud ſint*, vix ultra infimum caloris gradum *Teporis* viz. aſſurgere obſervantur.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

De caloris Thermarum *Bathonienſium cauſa* Autoris *opinio.*

Pulvis in Thermis Fermentationis *ſomes.*

De Font. Med. Angl. Ex. pr. 6. 4.

Idem

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

De Therm. Boll. *l.* 1. *c.* 1. *L.* 1. *c.* 2.

Vid. Obſ. 70. & 84.

Vid. cap. 12.

In Balneis Regio, *&* Calido *magis abundat:*

Vid. Obſer. 17. 76, & 77.

Idem in fonte Tepido *Bollenſi* notavit Bauhinus, qui *ſcrobis lapidis ſciſſilis non ita longe à Fonte diſtantis* meminit. Item: *plures & varii inventi lapides ſciſſiles*; nec non, *Foſſores & Aquileges dum fodiunt, tandem ad ſcaturigines fontis medicati binas magnas pervenerunt, è lapide ſciſſili, ut aiebant, erumpentes, qui monte vicino, & proximis locis plurimus conſpicitur.* Pulverem hunc inſipidum *cancrorum* oculos, *cretam*, aut *Corallium* æmulare, & intus in aqua *Thermali* ſumptum in *Sanguinis edulcoratione* Teſtaceorum vicefungi, inferius dicetur.

Notatu etiam *non* eſt indignum, ubi calor *maxime* eſt intenſus, ut in Balneo *Regio*, & *Calido*, ibi *pulverem* hunc, fermenti fomitem, *magis* abundare; adeo ut in *Regio*, quinquaginta ejuſdem *libræ* horarum circiter *viginti quatuor* ſpatio, cum aqua redundanti per canales amandentur; in iſto vero *Crucis*, ubi calor remiſſior, multo *minorem* exiſtere, moleq; multo *minori*, longioribus Temporis intervallis deperdi. Adeo ut *Generationem Fermentativam Corruptivam*, modo quodam, referat, cujus *Pater* ſit halitus, ſive *ſpiritus* acido-ſalinus, *Mater* vero, materia *lapidea*, & *alcaliſatus* ſal; facta autem miſtione, & producta re, halituum nube obvolutus aſcendit *Pater*, mater vero querentem *poſticâ fallit*, opuſq; ambo, eodem modo peragendum, *poſteris* relinquunt. Et quidem ſi materia quæ priorem *fermentationem* effecerat, in eodem loco *Effæta* maneret, *Thermalium* aquarum Scatebras obturaret primò, &, mole ſua non evacuata, *tandem* opprimeret. Hinc eſt quod *Thermas longo tempore non evacuatas, à calore ſolito multum remittere*, Ductores obſervent; & Balneum *Novum* quod vocant, ſive ab Evacuatione *primò* repletum, *calidius* multo *Balneatores* perſentiant. Fermentatio

mentatio ſiquidem à *veteri* materia diutius recluſa, *fere* ſuffocata, à materia *nova*, aqua *noviter* influente, vires *novas* reſumit, unde calor *magis* intenſus neceſſario exoritur; Jam vero quod acidum eſt, & *magis activum* magnam partem facile exhalat; quod autem molem majorem complectitur *paſſivum*, ductibus & canalibus, fæcum more, excernitur, unde *nova* materia ejuſdem naturæ ſuccedente jugiter, *Fermentationis* rota non ſufflamminata recurrit. Quod non acida ſolum pars, ſed ſales etiam fixi *partim* exhalent, *Obſervatio* LXXXVIII. confirmat, quorum molem fermentationis *lucta* minui eſt neceſſe. De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Notandum etiam quod in omni fere *Generatione* univoca ſpirituoſum illud, quod *roris* inſtar à mare decedit, *Uterum* & fæmineas partes *fermento* quodam inficiat, quo admiſto, *motus* inducitur, & tandem *Vitæ chorea* cæpit inſtitui. Ad eundem *fere* modum in Thermis, *Acidum*, halitu ſuo, ſive *vapore* quodam ſpirituali, in *Alcalia* agens, & cætera ad fermentandum requiſita urgens, invigorans, & impregnans, *CORRUPTIVAM fermentationem*, ut ita dicam, *generet*, & particulas heterogeneas ita inter ſe committit, ut craſſiori materia, & ſpiritu *jugiter* ſuccedente, *Lucta* nunquam ceſſet, ſed novis ſuppetiis *ſemper* affluentibus, in *perpetuùm* prorogetur. *Argumentum à Generatione.*

Porrò in locis quibuſdam ubi Fermentatio *minor* eſt, ut in Aqua *Rupis* D. *Vincentii* prope *Briſtolium* (de qua ſuo loco plenius agendum) quæ vix *dimidiam* caloris partem *Crucis* Balnei obtinuit, eadem pene quantitate *minuuntur* contenta, quæ tametſi ex parte maxima *eadem* exiſtant, *idem* tamen non efficiunt ac ſi eſſent mole *majora*; quùmq; *aciditas* adeo parca ſit, ut lacti coagulando, aut aquæ cum gallis tin- *Ab aquis* minùs *calidis*, viz. *Thermis* Briſtolienſibus.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

gendæ *vix* ſufficiat, ut in *Fermentatione* mira præſtaret expectanda non eſt.

De Font. Med. Angl. *Ex. pr. c.* 4.

In Thermis etiam *Buxtonenſibus* (de quibus ſuo loco) aciditas adeo *diminutè* ineſt, ut *æſtate*, obſervante Doctiſſimo Liſtero, *atramentoſæ non ſunt*; & *libræ* XXXII. *Aquæ ad ſiccitatem coctæ, vix unum aut alterum ſalis ſcrupulum præbuerint*; unde Fermentatione *vix* effatu digna ſuccedente, *Thermæ* iſtæ ut *Briſtolienſes*, ſolum *Tepidæ*, aut potius *Subtepidæ* exiſtunt.

Buxtonenſibus.

Notandum porrò, in aqua *Afordenſi* (de quâ inferius) quod licet ſalia *Nitrum* viz. & *Alcali*, magis abundent, tamen ob lapidis *ſectilis*, ejve analogi, & aciditatis etiam debitæ *defectum*, Fermentatio nulla appareat, ſed *frigida* exiſtat aqua iſta, nec calorem, *aliter* quam fontanæ aquæ omnes hiberno tempore, *halitu* aut *contactu* prodat ullum. *Major* itaq; Fermentatio *Bathonienſes* aquas, ut videtur, caleſacit; *Minor* vero *Briſtolienſem*, & *Buxtonenſem*; & ob ejuſdem *defectum*, deficiente etiam ad opus *Fermentationis* materia accomoda, *Afordenſem*, & frigidas *cæteras* medicatas omnes, *frigeſcere*.

Afordenſi *frigida.*

Hic autem *tacere* non poſſum quin dicam ex quo in hujus rei conſiderationem *primò* incideram me eo inclinaſſe, *Caloris & imprægnationis Thermarum cauſam à Balneis ipſis haud longe abeſſe*; imo *Coram eſſe quod quærimus*, ut ex obſervatione LXXXVIII. evidenter apparet, de qua re videatur Caput Quartum in principio. Hinc *Guil. Simpſonius* Thermas Bathonienſes *è ſuccis mineralibus intra magnorum montium circa Civitatem viſcera incluſis, ad quorum pedem erumpunt Thermæ*, procedere arbitratur. Mirum etiam videtur in *puteis* fodiendis, *lapidum* & *anthracum* fodinis, aliiſq; terræ *penetrationibus* profundis

Zymol. phyſ. c. 1. *p.* 12.

quæ

quæ in & circa Civitatem obſervantur, aquam *calidam* nullibi apparuiſſe, & calorem magnum *ſemel* tantum in ſodina lapidum *unica*, nimirum prope *Dunkertoniam*, villam tribus lapidibus *Bathonia* diſtantem, annis plus *centum* retro à *Joneſio* obſervatum, qui ſodinam memorat adeo calidam inventam, ut in eadem Operarii perſiſtere non poterant. Erat autem ſodina quæ lapidem *ſectilem* abundanter ſuppeditabat. Jam verò ſi ſupponamus (quod probabile) *Scatebras Thermarum infra Civitatem, intra canales ſubterraneos, quaſi Thecas incluſas*, & aqua frigida circumcirca apparere poteſt, & calida etiam ab injuriis conſervari.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Subſ. Bath. *ſol.* 20. *lib.* 2.

Argumentum *alterum* quod fermentationem adeſſe ſuadere videtur, *Stiriarum* Nitroſarum *formæ* ſunt. Cur enim Balnea *Regale*, & *Calidum*, in quibus calor magis intenditur, in Stirias *majores*, craſſiores, & compactas *magis* illis *Crucis* ſe extenderent; niſi quod in *illis* fermentatio *major* materiam ſtiriarum crudam *invigoret* melius, & maturet; in *hoc* vero *minor* multo, *crudam* relinquat, & *imbecillam*. Hinc Jordenus, qui Balneorum omnium calorem ex una Minerâ accerſit: *Prout Minera in uno loco calidior fuerit quam in alio, ita Balnea caloris gradum variare poſſunt*; quod non ad caloris ab igne aliquo *ſubterraneo* ſed à Fermentatione orti differentiam reſpicere affirmat.

Arguitur a forma *Stiriarum.*

Vid. Obſ. 75.

De Baln. Nat. & Aq. Min. c. 7.

Notandum *porrò* Balneorum *Regis*, *Crucis*, & *Longi* ſcaturigines, *multiplices* licet videantur, revera tamen in unoquoq; Balneo tantum unicam reperiri, quæ à majori trunco quaſi in ramos diviſa, & incumbentis ſabuli *Ciſternæq;* pondere depreſſa, in diverſis *Balnei* locis ebullit; *Crucis* quoq; & *Longi* Scaturigines (probabile) à *Regio* derivari. Scatebræ enim

Scatebra Balneorum *omnium* una.

A Regio *derivata.*

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

enim Balneorum *iſtorum* è profundis Terræ viſceribus *perpendiculariter* haud aſcendunt, ſed ab Orientali plaga in utrumq; Balneum *lateraliter* deſcendunt; unde aliquando dum Scaturigines inveſtigarunt *Operarii*, conti majoris longitudo intra Scatebræ canalem *Longi* Balnei verſus orientem vibrata fuerat, Canali ſeſe verſus *Regale* Balneum dirigente. Idem etiam in *Crucis* Balneo obſervatum, contumq; ſe verſus *Boreo-Orientalem* Balnei partem direxit. Hinc *diverſus* caloris *gradus* exoriri poſſit. Nam Thermalis aqua intra Canalem *anguſtiorem* in Crucis Balneo incluſa, & *majorem* temporis tractum ad complendum requirit, & per canales ſubterraneos quaſi *Serpentinos* delata, de *minori* caloris *gradu* participat, quam in *Longo*; quod per Canalem *ampliorem* & *magis* rectum aquam calidam recipiens *eundem* caloris gradum, & temporis ad implendum Tractum cum *Regio* obſervat. *Hujus* autem Balnei calorem à Scatebris quibuſdam propriis, *ut communis fert ſententia*, calorem *Regis* excedere Capite primo dictum eſt ſuperius, & obſervationum *Thermometricarum* Tabula ibidem demonſtrat, de qua re plenius agendum in *Appendice* in fine Capitis. Aqua itaq; *Balneorum* omnium caloris gradum ſi excipias *eadem*, & ejuſdem *fere* in omnibus naturæ exiſtit, à cujus gradu *intenſo* aut *remiſſo* diverſa Stiriarum *forma* procedere videtur. Vid. Fig. 2. *Append.* in fine Capitis.

Ratio graduum *Caloris.*

Aqua in Balneis omnibus eadem.

Nec quoad hanc rem *nullius* momenti eſt, quod capite de *Nitro* eſt ſuperius memoratum, nimirum *Nitrum Antiquorum, cui Bathonienſe probatum dedimus ſimillimum, affuſo acido ebullitionem creare*, unde illud Prov. XXV. 20. ubi ob eandem, puto, rationem aceti *Nitro* affuſi facta eſt mentio, unde *Fermentatio* inſequitur, quæ à Sale Petræ & *acidis* commiſtis non obſer-

Ex ſacrâ *pagina arguitur.*

obſervatur; *Nitrum* autem & aciditatem etiam *Thermis* ineſſe, in Capitibus de earundem principiis *ſuperius* probavimus. Argumentum demum pro *Corruptiva* fermentatione *cogens* & *concluſivum* videtur illud, quod Obſervatione 88. traditum reperitur, de Salibus in Terræ viſceribus *ſubſtantialiter* extra eam apparentibus. Quùm enim *fermentatio* in ipſa *minerâ* intra Telluris viſcera, *ita* incaleſceret, ut actione & reactione inter ſe, ſalibus *quiddam* decedendum ſoret, ſalia ipſa, *lucta* ſubterranea, & *fermentationis* vi, Terræ inſtar Talparum dorſis elevatæ, commota, in ſuperficie effloruerunt, & *Balnei* aqua tunc temporis omnino *fere* evacuata tempeſtate etiam exiſtente *frigidâ*, in ſummitates Lapidum ambientis *frigore* deverberata conſederunt; Priuſquam autem ad *Hypotheſin* meam de Thermarum Calore procedam, quædam *præmittenda*, quæ Soli circumjacentis *naturam* & *indolem* aliquatenus declarant.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

A Salibus apparentibus. Vid. Obſ. Lxxxviii.

Præmiſſa quædam ad intelligendam Hypotheſin.

Notandum itaq; *primò*, locum ubi Civitas jam conſtituitur, priſcis temporibus *Alnetum* fuiſſe, & ab *Alnis* ibidem copioſe creſcentibus *Saxonica* voce dictum **Aldermooze**, quod nomen quorundam jam viventium memoria, apud longioris ævi incolas *Civitas* retinuit, & Truncorum *Alnorum* & radicum etiam in ipſis *Balneis* nuper effoſſa copia præter *Inſcriptiones* quaſdam in *Antiquitatibus*, idem confirmat.

Jud. Croſts *fere Centenaria.*

V. Ant. Bath.

Notandum *iterùm*, ſolum ſuper quod Civitas extructa eſt circa *Balnea* præcipue & *Eccleſiam* majorem, magnam partem *factitium* obſervari, & ejuſdem forſan quondam *idem* ſitus humilis cum *planitie* extra muros exiſtente, quam *ars* & ingenium *humanum* elevavit; quodq; probabile ſit, ſpatio haud ita magno

Bathoniæ *ſolum factitium.*

De Calore Thermarum Bathon.

De Sal-Nitro, cap. 15.

magno *ſubter* Terram ſabuloſam, aquis una confluentibus *Paludem* exiſtere & *Mineram*, quam Salino-Sulphuream quidam indigitant. Hinc *Joannes Mayow*, cujus errores, adverſante animo, in præcedentibus deteximus, *Mineram Salino-Sulphuream ſubter Bathoniam veriſſime Commemorat*, & *æſtus Thermarum ſedem ibidem aſſignat*, quod inde redditur ſimilius vero, *quòd* in ædificiorum quorundam fundamentis jaciendis ad *molle* lutum Operarii pervenerint, quod vi *leviſſima* impulſum cedebat adeo ut longiori militum haſta eidem impacta, *fundum* illorum nemini licebat attingere, tantum lutum *ſulphureum* calidum *marga* plenum *haſtæ* adhæſit. Hoc in *Borealibus*, & *Auſtro-Occidentalibus* Urbis partibus obſervatum, nec procul à *Regio* Balneo, *Crucis* autem & *Calido* proximum. In *hoc* Luto & ejuſdem *vicinia*, Sulphuris *Mineram* conſtitutam exiſtimo, quod ſalibus haud longe diſſitis conjunctum *Salino-Sulphureum Salem* in Thermis producit. In luto etiam iſto calido in profunditatibus Terræ *apud locum ipſum* obſervato, *Effervescentiæ* ſedem ponendam eſſe conſtat, quod ob aquarum in ſubſidentem tractum ex utraq; Civitatis parte *confluentium* mixturam *molleſcit*, quum in vicinis quibuſdam locis ſiccis altioribus, *rigidum* exiſtat. Porrò, hinc colligere licet, *Margæ Sal Nitroſum*, *Alcalia*, & Sulphur *præſtò* eſſe ; *acidum* vero & *ochram* magnam partem *aliunde* provenire. Nam quæ de *Vitriolo* in arena non ſoluto, & *Marcaſitis* vitriolicis in ipſa *Minera* latentibus dicta ſunt, *futilia* eſſe præcedentia declarant. *Pyrites* autem plurimos *Sulphureos* in quibus parum *ferri* forſan & *Vitrioli*, intra lutoſam *margam* abundare autumo quales in vicino ſolo apud *Lambridge* Cap. VI. obſervavi, & etiam infra ; verùm iſti à Marchaſitis *Vitriolicis* mul-

multum diſtinguuntur. Civitate itaq; *Salino-Sulphureæ Mineræ* ſuperſtructâ, Thermarum *Proprietas* & *Duratio* evidenter apparent. Sed de his plura in *fine* Capitis. De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Quinetiam annotandum *iterùm* occurrit *frigidæ aquæ Scaturigines circa* Bathoniam *abundare*; adeo ut ab Ingenioſiſſimo Doctiſſimoq; Milite D. *Antonio Morgan*, in Galliâ poſtea *vitâ* functo annis abhinc aliquot rogatus, ut *Scaturigines* hinc indeq; erumpentes cognoſcerem, invicemq; miſcerem, ad *fermentationem* iſthoc modo, ſi licuerit, inveſtigandam eliciendamq;, bene meminerim me à *viginti duabus* Scaturiginibus intra brevem Terræ tractum Borealem, aquam domi reportandam curaviſſe, relictis etiam *plurimis*, quas, experimentis apud locum habitis, loco non movebam. *Scatebrarum frigidarum copia.*

Annotandum etiam, elevatæ Terræ & Structuræ incumbentis molem, ſubjacentem aquam *aliunde* advectam, coarctatam, & ne ulterius procedat impeditam ita comprimere, ut canalibus Subterraneis quaſi *Thecis* incluſa e fundo in ſuperficiem confeſtim *ejaculetur*, ad eundem ferè modum ac in *Syphonibus*, aut aquæductibus *automatis* accidere ſolet. *Quouſq;* aqua aſcenſura ſit non invenio, nec quidem in *Regali* Balneo, ob metum inundationis intelligere licet; dicunt autem *Thermarum* famuli ſi aqua recluſa, & Canales Superiores dicti **The Vents** (qui in *juſta* altitudine Aquam conſervant) occluſi forent, *Thermalem* aquam circumpoſitarum ædium cacumina ſuperaturam. In *Crucis* & Longo Balneo cingentis muri altitudo *Experimento* favet, verum quum *Balneorum* Valvæ, cameræ, aliaq; obſtent, quo minus *Experimentum* rite fiat, inſtrumento *Novo* ſive *Tuba* vitrea longiore opus eſt, quam ab vicinam ædem vitrariam ab opere jam ceſſantem *nunc* Ebullientium *Aquarum Thermalium* cauſa.

temporis

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

temporis parare non poteram. Sufficit autem ad probandum *Thermalem* aquam (puto) *frigidam* in hanc foveam quam Anglorum *Coblents* sive Aquarum *Confluentiam* jure dixerim delapsam e locis quibusdam Sublimioribus *descendere*, quùm quælibet aqua ad eandem cum *fonte* altitudinem *ascendere* soleat.

Aquarum cisternæ *circa Civitatem.*

Porrò observandum, *Cisternas* duas Aquarum majores a quibus Aqua ad quamlibet *ferè* intra Civitatem familiam in usus necessarios *plumbeis* Canalibus derivatur, in *oppositis* montibus duobus collocatas existere, versus *Boream* nimirum & *Austrum*; nec non Terræ viscera plagæ *Australioris*, ut & illius *Austro-occidentem* versus, & quæ ad *Orientem* vergit, quatuor aut *quinq;* Milliariorum spatio, lapide Sectili ad extruenda ædificia valde accommodo, *abundanter* repleri, in parte autem *Boreali*, nisi in illa, ut dictum, quæ ad *orientem* vergit, in qua Lapidicina *Haselburiensis* maxime conspicua, lapidem dictum parcissime reperiri, aquam autem *copiose* scaturire; quodq; in *Septentrionali* parte in montibus circa *Marshfeldiam*, ad quintum ab Urbe lapidem, marchasitæ *Jonesio* occurrerunt unde *vitriolum* conficitur, pluresq; ibidem, & in *Vicinia* quoq; contineri probabile, cùm aqua *Septentrionalis* magis acida sit, ut Aqua dicta *Cornubiensis*, & Altera prope Portam *Borealem* in *Ranali* dicta *plateolâ*, aliæq; plures vicinæ acidiores testantur, quarum *illa* ad morbos oculorum, *inflammationes* præsertim & *rheumata*, haud sine optato successu, diu adhibita, laudes merito obtinuit; *hæc* vero lac coagulet, & acidior multo sit, quod de ulla Scaturigine ab *Austro* proveniente *Nemo* adhuc dixit; imo contrarium apparet; Nam particulæ lapideæ in eadem *plures* existentes *aciditatem* Aquæ *Naturalem* ob Salem Communem commistum aquæ, qui *voracem* illam efficit, retundunt adeo ac reprimunt, ut aquam illam

Aqua Cornubiensis *&* Ranalis *plateæ.*

Τὸ ὕδωρ Βορρόν *Hippocrates.*

illam dulciorem reddunt, nec iiſdem uſibus ac iſta quæ a *Boreali* plaga deducitur *æqualiter* accomodam. Summa eſt; *Aquam utrinq; ad urbem derivatam, ab invicem latè diſtinctam, plurimùm differre*; quod unanimi incolarum experientiâ ſancitum reperio. De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Porrò, XVIII *Aug.* 1688, aquam ex utraq; *Civitatis* parte petitam examini ſubjeci, & *Obſervavi* aquam auſtralem cum *oleo Tartari per deliquium* citius & *ſpiſſius* lacteſcere; cum *Spiritu Salis Armoniaci* multo minori temporis intervallo Turbidam apparere; cum *Spiritu Vitrioli* tardius clareſcere; ex *utraq;* aqua cum ſapone agitata *bullas* oriri, *copioſius* autem ex *Auſtrali*; quod *aciditatem* in Boreali Aquâ, & *Sectilem* lapidem in *Auſtrali* magis abundare arguere videtur. *Inter aquas* frigidas *circa Civitatem* differentia.

In *Ranalis* plateæ aqua *ulteriùs* annotandum, poſt evaporatas libras *tres*, & reſidentiam in aqua ſolutam, ut *lixivium* inde compararem, lixivio per chartam colato, & *ad ſiccitatem* evaporato, Salis *Mixti* Stiptici grana *quindecim* remanſiſſe. Hoc expertus ſum XXVIII. Nov. 1685. Aqua *hæc* aſpera eſt, culinariis uſibus *non* inſervit, carnes coctas *rubicundas* reddit, & cum ſapone *non* miſcetur. Imo Tertio die Octobris A. D. 1688. aquam è *tribus* puteis, in *Ranali* platea *uno*, & *duobus* in Horto *Joannis Rogers* ibidem, petendam curavi, & aqua à *Thermis* remotior coagulavit lac; ut & *Viciniores* duæ, *magis* autem & *durius* Thermis magis *vicina*, quæ quo à Thermis *remotior*, aut iiſdem magis *vicina* exiſtit, de *majori* aut *minori* aciditatis gradu participare obſervatur. Examen *Aquæ plateæ* Ranalis.

Quinetiam *Shockervicæ*, quæ villa eſt *tres* ab Urbe lapides diſſita verſus *Boream*, ad orientem inclinans, in *Pomario* Humaniſſimi viri *Antonii Careu* Armigeri, aqua *frigida* perenniter ſcaturit conſimilis ſere naturæ virtutiſq; cum iſtâ *Cornubienſi* modo memoratâ. Schockervicenſis.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

ratâ. *Ophthalmica* enim eſt, & *acidior*, lac *molliter* coagulat, de Sale vero *parum* participat. In aquâ autem vicinâ dictâ de Box, eadem Salia continentur ac in Balneis *Bathonenſibus*. Sal enim *iſtius* aquæ ſeparatus puruſq; redditus, & candenti ferro impoſitus, *liqueſcebat* partim, *partim* crepitabat; partem autem *Terreuam* arena albicans & Tenuis conſtituebat. Examinata *hæc* aqua XII. Febr. 1686. Aquæ prædictæ cum gallis *non* purpuraſcunt.

De Box.

Aciditatis ambitus.

Videtur itaq; quod *tria* millia paſſuum verſus *Boream* aciditatis *ambitus* ſit, quo ad *Thermas* aqua *acida* ſolet confluere. Nam Aqua Medicata de Bene (de quâ Cap. XIX. de induſtriâ agendum) in *majori* ponitur diſtantia, quam ad *Thermas* ſupplendas neceſſarium videtur. Porrò, aqua dicta medicata *ſaturatiùs* multo quam *Thermalis* aqua cum gallis purpuraſcit, & ſui generis *Ferrata* videtur, ut *ſuo loco* dicendum reſtat.

Senenſis Aqua Ferrata.

Marga Lutoſa.

Notatu etiam non eſt indignum, præter magnam *ſectilis* lapidis copiam, quem ad *Fermentationem* multum conferre diximus ſuperiùs, *lutoſum* quoddam Terræ genus circa *Bathoniam* abundare (quam *margam lutoſam* diximus) & *ochram*. Hoc ad cavarum viarum latera, & ripas etiam fluminis *obſervare* licet, & prope pontem *mille* paſſus diſtantem dictum *Lanbridge*, lithanthracea quædam materia, ſive Terræ genus *Carbonariæ*, cum ochra adhærente, ſubter vero *ochra* pura, conſpicitur. Et hoc ipſo etiam tempore D. *Georgius Clarke* Swainſvicenſis, in cujus agro naſcitur, in *Carbonibus* inveniendis occupatus ingentem *iſtiuſmodi* Terræ quantitatem ab Operariis cum *Pyritibus Sulphureis*, qui inter Carbones *foſſiles* inveniri ſolent, effoſſam, mihi nuper oſtendit, & materiam

ex

ex qua *Thermarum* limus (in quo magna copiâ *Testacea* observantur) constat, tam *colore* quam *substantia* referre videtur. *Memini videre me*, inquit Bauhinus, *Illustrissimam E. Celsitudinem ex Pyrite qui in Carbone Fossili abundat Sulphur extrahendum curasse.* Idem etiam circa Buxtonam observavit Listerus: *Hi autem fontes*, inquit, *è lapide scissili nigricante scaturiunt, cui fere Carbones fossiles subsunt, & in montibus quidem ad meridiem, occasumq;, altero tantum milliare distantibus, iidem etiam ad usum effodiuntur. At id ex Rivuli vicini ripis cui ipsæ ædes superstruuntur, si diligenter rem attendas, Tibi liquido constabit.* Bauhinus etiam iterum: *Sufficiat mihi* ἀντοψίᾳ *deprehendisse ipsâ Fontem nostrum admirabilem per Bituminosos canales, & per* Gagatem *etiam lapidem seu* Succinum nigrum *transire. Nam Fossores altius Scaturiginem Fontis Admirabilis perquirentes lapidem quem vocant* **Schwartzaugstein**, *vel* **Agstein** *repererunt.*

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

De Therm. Boll. *l.* 1. *c.* X.

De Aq. Med. Angl. Exerc. *pr. c.* 4.

L. 1. *c.* 1.

Porrò, *Testacea* in Vicinis Civitatis partibus *Borealibus* dictis **Bicknell**; *Australibus* nominatis **Beethenclift** & **Greeneway**; & *Occidentalibus*, vulgò **The Gravell-pits** *abundare* observantur, adeo ut cochleolas quamplurimas *solidas* partim, *partim* fractas vidi inde conquisitas, quæ *albedine* & *figura* conchas marinas majores omnino referebant. Pendebat autem *Cochleola* mediocris grana *duo*. Virgines etiam *Bathonienses*, quæ floribus in vivorum exemplar pingendis assuescunt, in floribus operis, ut vocantur, *Testacei*, testulas illas *liberalius* usurpant, quæ, contorta *Testæ* parte externe picta, ipsarum operi *gratiam* magnam contribuunt. Et licet Cochlearum sorsan prædictarum *plures* in locis siccis, muris Veteribus aliquando adhæserint, & *communi-*

Testacea *circa* Bathoniam.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

um fætus fuerint, *aliæ* tamen *intra* terram reperiuntur, & in *Limo* Balnei Crucis minimas infra *unius* grani magnitudinem ſolidas *Henricus Dyer* iſtius Balnei *Serviens* obſervavit. Imo in Regalis *Balnei* arena particulas *Teſtaceas* abundare diximus *ſuperiùs*, quas *acus* & *microſcopii* ope, à cæteris ſabuli partibus *ſeparavi*, quibus cum aceto miſtis *Fermentatio* ſucceſſit, quod *Hypotheſi* Noſtræ de Caloris *Thermarum* cauſa anſam *primam* præbuit, ut in *Alloquio ad Lectorem* latius eſt dictum. Cochleæ autem prædictæ Communes vacuæ aridæq; in Telluris ſuperficie *copiosè* repertæ, *Tempeſtatis* licet, aut *humana* interdum vi, aliunde deverberatæ, caſu fractæ, & tractu Temporis *reſolutæ*, cum aqua pluvia abſorptæ, intra Terræ *viſcera* admitti poſſunt, & demum aquæ *Balnei*, & ejuſdem etiam *limo*, præter innatas ſolidas, commiſceri.

Vid. Obſ. 90.

Circa Bathoniam *plura fermentant.*

Tandem, *ultimò* & præcipuè eſt *notandum*, quod omnia fere circa Balnea inventa, *Marga* nimirum, *Ochra*, lapis *ſectilis*, *Arena*, *Spuma*, *Salia*, & *Teſtacea*, affuſis acidis *ebullitionem creent*, & *Fermentare* obſervantur. De *Teſtaceis* vero annotandum *ulterius*, quod in *Crucis* Balneo præcipue exiſtant, ubi Fermentatio *minor*, ob *minorem* materiæ ad fermentationem requiſitæ copiam exoritur; ibi tamen non *naturæ* ibidem generantis *inſtituto* debentur, quàm ſabulo *illuc* aliunde advecto, quod ad majorem pedum firmitatem *illic*, in Balnei fundo ſolent ſubſternere; *ſabulo* autem una cum *Teſtaceis* injectis & ſubſtratis, *iſtius* Balnei *Calor* non parum inde conſuevit *augeri*; quod *partim* licet Terræ in fundo *Balnei* compactiori, *partim* autem *Teſtaceis* commiſtis deberi videtur. His præmiſſis, ad conjecturam *Noſtram* de Caloris *Thermarum* Origine & *Duratione* jam procedo.

Nam

Nam μάντις ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς, ſive ut hæc verba Ciceroni ſunt reddita, *Qui bene conjiciet, hunc Tu Vatem perhibeto optimum.* De *Calore Thermarum Bathon.*

Nova *HYPOTHESIS* de *Cauſa* Caloris.

Salia & Margam, Teſtacea *etiam* & Aquarum *in ſubſidentem Terræ tractum* Confluentiam *a Principio creata*, & *in* Minera *ſubter*, *aut* juxta *locum ubi BALNEA jam ſunt*, Conſilio Divino *ſapienter Diſpoſita*, *virtute Verborum* פרו ורבו creſcite & multiplicamini, *a propriis ſeminibus in ſuis Seminariis huc uſq; incrementum ſumpſiſſe* opinor, *non ſecus ac maxima* Creationis *pars ſumit* jam, & *ad* ultimam *rerum lineam ſumptura ſit porrò. Nec minus mihi* credibile, *aut magis* mirum *videtur*, Mineralia *in Mineris* ſubter *Terram jugiter increſcere ac renovari*, *quam* Vegetabilia, *gramina* (*puta*) *quæ conculcamus* ſuprà *eam*, *ob Seminum virtutem*, perpetuò *durare*, & annuatim *vireſcere.* Fuit *autem*, eritq; *ſemper*, *majori generis humani parti* ſolenne, *quæ coram ſunt* prætervidere, *illis verò quæ non apparent* admiratio- Hypotheſis *Nova.* 1 Gen. 28.

nis

De Cultore Thermarum Bathon.

nis *Tributum pendere*, *Rebuſq;* Naturalibus *idem ac* Virtuti *apud* Poetam *accidit*, *de qua ſcribit*,

Præſentem odimus,
Sublatam ex oculis querimur invidi.

SALIBUS ALCALISATIS aliiſq; ſupra memoratis ad creandam EFFERVESCENTIAM requiſitis, Præcepto Divino fixis *ſatis, Duo magni* Communis *aquæ Torrentes in vicinis Terræ Profunditatibus illis affundantur, qui in, aut* juxta *locum ubi BALNEA conſiſtant, in* alto *Tellaris ſinu poſſunt concurrere*; Hic *ab* Auſtro *lapidem arenaceum, iſtius Tractus* incolam, *ſecum apportans*; Ille *vero a* Boreali *plagâ, ſi non* Marchaſitis *quibuſdam Vitriolicis, Vapore ſaltem, aut halitu acido*, acutior *redditus, utroq; dein coeunte juxta* Mineram Salino-Sulphuream *ibidem poſitam* divinitus, *a Tanta materiæ* continuò *generata copia, tam ad efferveſcendum* ibidem *parata, quam in eundem finem* aliundè *advecta, FERMENTATIO & LUCTA, abs* actione & Reactione *horum inter ſe, (unde* Continui Solutio, *ſive* CORRUPTIO *quædam, haud*

ſecus

De Calore Thermarum Bathon.

ſecus ac in calce *viva*, *ab aqua affuſa*, *inſequitur*,) *ad* calorem *iſti in Thermis* æqualem *producendum ſufficiens oriatur*, *præcipue ſi animo reputemus*, *in Terræ* Penetralibus, *& Viſceribus profundioribus*, *non ſine ingenti aquæ* acidæ *copia*, *&* Alcaliſatæ *materiæ varietate*, *hanc* Luctam *generari*, *ubi* Aer *Fermentationem non ſufflaminat*, *aut* Incendium *inducens*, (*quod ſine motu Terræ in ejuſdem viſceribus* raro *accidit*, *ſi* unquam *obſervetur*,) *ignem aliquem* accenſum *procreat*, *ſed*, *iſto potius adjumento*, *Calorem* reduplicat.

Et *hinc* quidem fit ut *acido* prius vaporoſo in *Alcalia* agente, *Sal* concretum *acido-ſalſum* primò oriatur, ut *Tartarum* affuſo *Vitrioli* ſpiritu, poſt *Fermentationem* peractam, *Vitriolatum* efficitur. Quùmq; (præterquam quod in *Metallorum Mineris* obſervari ſolet) in Sectilium lapidum, & *Carbonum* fodinis, calor ſine Ignis alicujus *actualis* ope intenſus *adeo* interdum appareat, ut in illis operarii conſiſtere vix poſſunt, ut in *Capitis* principio ſuperius annotatum, imo *Carbones* inde aere perflati (ut *fæni immaturi*, & vegetabilium aliorum *æſtus* ſileam) non raro *incendantur*, intra Salium & Sulphuris *Mineram* ſubterraneam *talis* materiæ ad efferveſcendum aptæ *acceſſu* adjutam, *Calorem* iſti in *Thermis* conſimilem oriri poſſe concipere abſurdum non eſt.

Sal acido-ſalſum *quando* fit.

No-

De *Calore Thermarum Bathon.*

Notandum verò in *Hypotheſi*, me ſub Salis *Alcali* nomenclaturâ *Marinum* Salem, ſeu *Communem* comprehendiſſe. Herba enim *Kali*, quæ alio nomine *Salicornia* vocatur, (è cujus cineribus *vitrum* conficitur, quam ob rem plantam iſtam **Glaſswort**, ſive Herbam *Vitrariam*, Angli appellitant) in locis *marinis* creſcens, & Aqua *Salſa* nutrita, de natura *Salis Maris* participare videtur; licet *Chymici* pro ſale *fixo* Vegetabilium aliorum *calcinando* parato, ſalis *Alcali* vocem promiſcue uſurpent, quem à *Marino* ſale diſtinctum, non *crepitare*, in libris ſuis *Chemiæ* addicti paſſim affirmant, de qua re plura *Capite* IV. ſuperiùs. *Nitrum* etiam *fixum* ad *naturam Alcali* propius accedit, unde acidum in *utrumq;* agit, ideoq; principia (inter ſalia) *paſſiva*, Alcali & *Nitrum*, ab *Activo* Acido, *opponi* monuimus. Hoc *obiter* notato, procedo.

Hinc etiam ſpectant verba Doctiſſimi *Shirlei*, quæ *Conjecturam* prædictam *abunde* confirmant. *In Principio*, inquit, *in ſinum aquarum infudit DEUS rerum omnium iſtarum ſemina, quæ poſtea ex aquis producendæ forent, iiſq; conſtantes regulas, & certas agendi leges conſtituit. Virtute etiam verborum*, Creſcite & Multiplicamini, *facultatem in eodem ordine manendi obtinuerunt, donec igne mundus peribit; quo tempore ſeminales omnes eſſentiæ corpora craſſa relinquent & ad DEUM Exemplar illarum magnum, & fontem Primarium revertentur, à quo nunc temporis continuo dependent.* Et quidem de aquis Aponenſibus *Claudianus*:

Tent. Philoſoph. *Sect.* 8. *p.* 112.

Quis Caſum meritis adſcribere talibus audet?
Quis negat Autores Has ſtatuiſſe Deos?

Ille

Ille Pater rerum, qui Sæcula dividit aſtris,
Inter prima poli Te *quoq; ſacra dedit;*
Et fragilem Noſtri miſeratus Corporis uſum,
Telluri medicas fundere juſſit aquas.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Idem de Aquis *Medicatis* quod de aquis in *genere* veriſſime affirmetur. Nam, Apocalypſ. XIV. 7. DEUS *Mare & Fontes aquarum Creaviſſe dicitur*, Secundum illud quod primo *Geneſeos* traditum reperitur. Et de Thermis *Bathonenſibus* THOMAS, Bathonenſis & Wellenſis *Epiſcopus*, Præcum & Piorum Conſiliorum *Libello* (de quo plura in ſequente Capite) ſpeciatim: *Thermas itaq; reputare licet Divinæ Providentiæ mirandum Opus valde, & propitium, tam in Infirmorum aliorum plurimorum Bonum, quam Tui deſignatas; Lauda igitur & adora* Deum, *qui in Bono adeo Univerſali creando, &* poteſtatem *ejus &* Clementiam *inſigniter manifeſtavit, & primo ad Thermas adventu Adora* Deum, *qui Fontem creavit.*

Thomæ *Epiſcopi* Præcum *libellus.*

Prædicta in *Hypotheſi* demonſtrari poſſe puto plurima *Autopticè*, ſi circa Balnea ad pleniorem rei confirmationem uſq; ad ipſam *Mineram* effodere liceret, quod quum fieri vix poſſit ſine *Noxâ*, imo *jacturâ* (forſan) Scaturiginum, iſti *demonſtrandi* modo acquieſcendum, quem *ars* in *Naturæ* imitationem ſuppeditat. Et ſane qui *Effervеſcentiam*, & calorem qui ab Aqua *Forti* & *ſublimato*; vitrioli *Spiritu* & *Teſtaceis*; à Liquore *Aluminis* cum *Urina*, Vini *fæcibus*, *aut calce*; ab oleo *Vitrioli* aut *Sulphuris* p. c. Spiritu *Vini*, aut Communi etiam *aquâ*, miſtis; aut *Nitri* ſpiritu oleo *Tartari* affuſo; caloremq; iſtum qui a Tartaro *Vitriolato* abs olei *Vitrioli & Tartari* congreſſu; ab *Aceto* diſtillato Limaturæ *chalybis*, aut *Cupri* affuſo; aut in Minerali *Bezoardico* conficiendo, ab

A rebus variis *miſtis* Fermentatio.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Antimonii Butyro, & ſpiritu *acido* miſtis; & deniq; ne in cæteris recitandis prolixior ſim, in *Fæno* nimis *humide* repoſito, aut, quod *mirum* forſan magis, pannis *lineis* lotis invicem *madide* ſuperimpoſitis, & per aliquot dierum ſpatium, *ita* ſervatis; nec non in *Glaſto* præparando, poſt affuſionem aquæ *Communis* & *Urinæ* herbæ *molendinâ* contritæ oriri ſolet *obſervaverit*; qui quidem *calor* in Mixturis nonnullis præcedentibus *intenſus* adeò non rarò apparet, ut eundem Manus *ferre* vix poſſit, imo interdum digitos *aduret*, facile concedet *Acta frigida invicem miſta Calorem valde intenſum creare poſſe*; quod *Chymicis* notiſſimum, quos Judices hac de re aptiſſimos appello, ad quos *Lectorem* etiam veritatis avidiorem jam remitto, & *Paracelſum* præcipue, qui Salium luctæ memoriam Mihi inter chymicos *Primus* refricuit. In eodem etiam pulvere cum laude ſudavit ingenio circa hanc rem *admodum* acuto pollens *Guil. Simpſonius*, qui aquæ affuſionem *Fermentationis* principia languentia *excitare* docet, & experimento facili communis aquæ *oleo Vitrioli* affuſæ luculenter demonſtrat; quod *intenſioris Caloris gradus in Thermis* Bathonenſibus, *poſt pluvias obſervati*, rationem ſuggerit. Tantum addam *Nitri*, *Sulphuris*, *Salis*, *Ferri* (quod in fæcibus *nigro* colore tinctis, ut quibuſdam accidere ſolet, *clariùs* apparet) & forſan *Vitrioli* aciditatem *ſpiritualem* Thermis ineſſe, quæ cum Sale *Alcali Tartaro* analogo, congrediens, & pugnans, *acido* ſuperinducto valde adjutum Calorem adeo *intenſum* ſimili modo *ſubter* Terram poſſit excitare, ac *coràm* conſpicimus; præſertim *quùm Communis aqua vitrioli ſpiritu, aut alio quovis acido acidior reddita, in Thermarum Contenta ita involet, ut Ebullitionem magnam, & calorem aliquem, creare ſoleat*, qui

N. B.

De Baln. Nat. *Tom.* 1. *c.* 3.

Zymol. phyſ. c. 4. *p.* 38.

aquæ

aquæ & materiæ aptæ quantitatis, & *Cavernarum* etiam ſubter Terram adjumenti ratione, ad iſtum caloris gradum *infra* Terram (forſan) poteſt aſſurgere, quem in *Thermis* obſervamus, præſertim quùm præter *innatam* Sulphuris aciditatem, *Vitrioli* etiam & *Nitri* aciditas, in ſulphuris ipſius *Minerâ* contineantur, ut Capite *Septimo* notatum; quæ *Vapore* quodam, aut *Spiritu* conſtans, calorem *ſimilem* cum communi *aqua ſubterranea*, ac oleum *Sulphuris* p. c. ad manus *Tactum* excitare poſſit. Quid ad eos qui inter *Naturales Productiones*, & Præparationes *Chymicas* diſparitatem urgent reſponderi poſſit, *ſuo loco* videbitur. Qui vero ignem ex *ſilice* & *chalybe* colliſis, rotarum *aridarum* motu, aliiſq; non paucis *ad Tactum frigidis* excuſſum obſervaverit, calorem adeo *intenſum* ut in *Thermis* apparet, à *Mineralibus* (ut de *Metallis* in Terræ viſceribus latitantibus *nihil* dicam) *Fermentationis* motu agitatis & attritis, exoriri poſſe *minùs* mirabitur. Et quidem ſi *Hæc* ab ipſius naturæ ſinu de Caloris Thermarum *Bathonicarum* cauſa petita *Hypotheſis* minùs *placuerit*, niſi alia *Naturalis* veritati magis conſona aſſignetur cauſa, quæ *probabilior* appareat, (quam *Candidum impertiri* etiam atq; etiam rogo) *Omnipotentis* digiti *Mirandis* operibus, quorum Naturalis Cauſa *nulla* aſſignari poſſit, aut *debet*, Thermarum harùm *calor*, me judice, accenſeri meretur.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Porrò, Semina *Mineralium* & *Vegetabilium*, lapidum nimirum & arborum à *principio*, puto, concreata, intra Terræ viſcera in propriis Seminariis *unà* concreſcere, inſtantia *nupera* manifeſtat, quæ in agro *Somerſetenſi* iſthoc loci (quod ſciam) *unice* obſervata, in aliis *Angliæ* Comitatibus *familiaris* eſſe ſolet. Quum haud ita pridem Dominum *Ricardum Lanſ-*

Seminum Vegetabilium & Mineralium *una creſcentium inſtantia* rara.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

downe inviſerem, in agri ſui ſodina lapidea apud Woodborough in Comitatu prædicto, cui *arbores* imminebant, & ſuper *quam* creſcebant, intrà magnæ molis lapides, quos diſcindi curavi, *arbores* & *arboreta*, quaſi penicillo delineari & *depingi* obſervavi. In his lapidibus (plures enim erant, & *Toti* Fodinæ Communes) *ſemina arborea* & *lapidea* erant invicem commiſta; *priora* autem pauciora, & intra materiam Saxeam lapideſcentem incluſa, ad arbores producendas ſe exerere *non* poterant, prima autem delineatione *puſillas* Arbores deſignant, *ejuſdem* ſpeciei & figuræ prorſus cum illis quæ ſupra Fodinam *altius* excreſcunt, quibus ſi comparaveris *diſſimiles* haud invenies; *Poſteriora* verò Lapidea viz. mole *majora* & mollia primo, *poſteà* vero in lapidem concreſcentia, Semina arborea eodem *ferè* modo involverunt, ac *Ambra* muſcam, quæ quouſq; materia erat *ductilis*, explicarunt ſeſe, & *arboretum* finxerunt; *alia* vero intra materiam lapideſcentem *non* implicita, Terram *ſurſum* perruperunt, & in *proceras* arbores & numeroſas evaſerunt (Vide *Fig.* 2.) Jam vero ſi *Mineralium* quorundam & *Vegetabilium* Semina, iſthoc modo *ſubter* terram creſcere, pluſquam, forſan, ſit probabile; *Salia*, *Margam*, *Teſtas*, & cætera ad *fermentandas* aquas requiſita, intra Terræ viſcera incluſa *renaſci* adeo ac renovari, *Mirum* quidem videri non debet, multo minus *impoſſibile*. Quibus addo *Joannis Mayow* LL. D. & *Med.* in quibuſdam licet à me diſſentientis, *teſtimonium* & συμφωνίαν, qui *Terram* ſcripſit, *in aliquibus locis ſemine quodam Minerali imbutam eſſe, quod perinde ac ſemen Vegetabilium creſcit, & ad maturitatem perducitur.* Unde *Caloris* & *virtutum* Thermarum *durationis* Cauſam *meam* meritò accerſit. *Inde*, addit, *fit, quod Mineræ iſtius diſpendia jugiter inſtaurentur.*

Tract. de Sal-Nitro, *Cap.* 15. *in fine.*

Imo,

Fig I



Fig II



Fig III

Imo, *observatu* dignum est ulterius, succum lapidescentem de *novo* generari, lapidesq; se per *juxta positionem*, aut viciniam propagare, prout *hinc* apparet, quod in exteriori murorum *Civitatis* hujus parte, quæ *occidentem* respicit, & hortum D. *Thomæ Gibbs* Senioris, Bathonienſis Incolæ, *partim* includit, materia eadem lapidea, ex qua *murus* constat, in accretiones quasdam *fungosus*, ipsi apponatur, & *octo* solum annorum spatio, à librarum *Viginti*, ad *quingentarum* pondus transudauerit, unà cum *novorum* lapidum germinationibus, *fungorum* instar, *annuatim* erumpentibus, *primo* quidem mollioribus, levioribus, & spongiosis, crustaceæ lamellæ *ideam* referentibus; *processu* autem *Temporis*, induratis, & *solidis*, adeo ut incrementum ab *Hortulano* sensim observetur, tametsi *extra* fodinas suas lapides existant, qui *innato* propagandi ptincipio, præ cæteris, acti, in muro licet constituti, ultra *Triginta* librarum pondus, *singulis annis*, quasi *germinando*, incrementum sumunt, & Sæculis insequentibus, murus *novus* veteri, forsan, accreturus sit. Vide *Figuram* 2. Quinetiam probus ille Vir *Thomas Broad*, cujus curæ Hortus à multis annis fuerat commissus, mihi *nuper* retulit, *Giganteam* illam molem lapideam, *Nanum* se & infantulum cognovisse, & primo suo in hortum adventu *unius* aut *alterius* anni accretiones *illas* adæquasse quæ ex *majori* massâ, muri parti boreali *magis*, ternario ordine dispositæ, *nuperrime* accretæ, adhæresunt. Porrò, succum hunc in lapidicinis liquoris forma existere *inde* patet, quod è *superna* fodinæ parte *guttatim* destillans, in *Crassiores* Stirias *Pyramidales*, glaciei instar, ex ædium crepidinibus, *brumali* tempore dependentis, concrescat; *iconem* unius, pedem *unum* longæ, in Lapidicina de **Hozlecombe**, ubi lapis *sectilis* prope *Bathoniam*

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Lapides propagantur extra *fodinam.*

Testimonium Thomæ Broad.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

thonìam verſus Auſtrum effoditur repertæ, & ab *Operario* Communicatæ, hic *chalcographi* arte, exhibendam curavi. Vide *Figuram* 3.

Illuſtratio ſuppoſiti.

Ad *illuſtrandum* illud quod ſuppoſui, *nimirùm*, *Communis Aquæ Torrentes ex utraq;* Civitatis *parte ſalibus &c. affundi*; Notandum; Thermarum *Omnium* Scaturigines intra Diei *Naturalis* ſpatium ſuppeditare *Thermalis* aquæ Tunas 1047, *Cadis* & *Congiis* infra *Tunam*, non numeratis; additis autem *Cadis* & *Congiis* exactè 1050 *Tunas*; Unum *Cadum*, & 18 *Congios*. Unius autem *anni* ſpatio, iiſdem additis, 383371 *Tunas*; duos *Cados*; & 46 *Congios*. Ut ex hoc *Schemate* ex accurata *Ricardi Blanchard*, Notarii Publici *Bathonienſis*, ſupputatione, *dimenſionibus* & *Contentis* Cap. 1. memoratis, concinnato, luculenter apparet.

			Tu.	Ca.	Co.			
xxiv. horarum ſpatio, Balneum	*Regale*	Suppeditat *Thermalis*	693	1	18	856	3	40
	Reginæ		163	2	22			
	Crucis		85	0	32			
	Longum	Aquæ	108	1	0			
			1050	1	18			

		Tu.	Ca.	Co.
Annuatim	*Regis*	253066	2	36
	Reginæ	59714	2	48
	Crucis	31079	0	16
	Longum	39511	1	0
		383371	2	46

Jam

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Jam vero *Unius* anni, multo minùs *plurium* ſæculorum, Aquam infra *Balneorum* ſolum *unà* contineri haud probabile, niſi Civitas *Bathon* Thermalium aquarum *Oceano*, ac *Venetiæ* Mari, ſuperſtructa foret. Similius autem vero videtur *Communem aquam in profundis Terræ viſceribus utrinq; accedere, ejuſdem fere naturæ cum iſta in ſuperficie, quæ uſibus domeſticis ubiq; inſervit, quæq; materiæ ad medicandum & effervescendum aptæ ſubter locum occurrens, modo prædicto medendi virtutes, & Fervorem acquirit.* Neq; mirum magis videatur Aquam *Thermalem* ante mixturam Salium &c. *Communem* eſſe, quam *Cereviſia medicata* ante Ingredientium miſcelam, quæ *medicatam* efficiunt, ab aqua *Communi* nihil differre; aut *Mineralem* aquam aliquam *ſalinam*, aut *chalybeatam* frigidam, ante *Mineralium* contactum, *Communem* fuiſſe; quod tamen *ubiq;* fere & ab *omnibus* conceditur. Thermalium aquarum *abyſſum* à principio *hic* creatam nemo ſanus aſſerit; imò *Communem* aquam ſucceſſivè, *continuò*, & quotidiè *medicantibus* rebus affuſam, *medicatam* fieri magis probabile, unde *unius* diei diſpendium *altera* compenſat. Sed de hac re *plura* ſtatim.

N. B.

Fermentatio eſt profunda. *Min. Aq.* Gall. *Exam. p.* 119.

Quod autem Fermentationem *Corruptivam* in Terræ *profunditatibus*, & *alto* telluris *ſinu*, peractam judicemus, de hac re audiendi ſunt Regalis *Academiæ* apud *Gallos* Ingenioſi Philoſophi: *Si abſq; igne in tellure calor ullus ſit, Scatebrarum quarundam aquis calefaciendis idoneus, neceſſe eſt, ut calor iſte in aquis ab annorum quibuſdam millibus, imò forſan à prima rerum origine calidis, in ordine ad ſuiipſius perpetuitatem, in locis profundis, & à Terræ ſuperficie longiſſime remotis, conſiſtat, ubi aer circumambiens frigiditate ſua, quæ in extremo gradu poni videtur, calorem minuere poſſit,*

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

poſſit, & imbecillum reddere. Ex hoc viſum eſt ſuppoſito, aquarum calidarum & frigidarum Scaturiginum, quarum nonnullæ ſimilia ſedimenta facere, & ejuſdem ſpeciei ſales continere obſervantur, differentiam hinc provenire, quod aquæ iſtæ Telluris loca plus minuſve profunda pertranſeant. Obſervamus aquas in Telluris ſuperficie labentes frigidas eſſe, niſi Solis calore calefactæ fuerint, nec calorem ullum oppidò magnum, in Terræ partibus, quæ valde profundæ non ſunt manifeſtum invenimus, quod cauſam ad determinandum ſuggerere videtur, Quicquid Caloris in Terra dignum magis obſervatu fuerit, in alto ejuſdem ſinu collocari debere. Tam à *diſtantia* itaq; à Caloris *origine* remotiori, aut *magis* Vicina, quam à fermentationis gradu *intenſo*, aut *remiſſo*, majori, *minorive*, Caloris *gradus* in *Thermis* videtur procedere.

Objectio *contra* Hypotheſin.

Contra prædictam *Hypotheſin* militare videtur, quod *verba ſuperiùs memorata* Creſcite & Multiplicamini, *de Aquatilibus, Volatilibus, Brutis, & Homine ſolum, pronunciata forent. Nam quùm ex* abyſſo *mundum creavit* DEUS, primo *die Lucem & Tenebras, ſive Diem, & Noctem fecit.* Secundo, *Cœlum.* Tertio, *Mare, Terram, & Vegetabilia.* Quarto, *Solem, Lunam, & Stellas.* Quinto, *Piſces, & Volucres.* Sexto, *Bruta animalia, Reptilia, & genus Humanum. At vero verba iſta non ante quintum & ſextum diem prolata erant, quibus iſtorum dierum operibus benedixit* Deus, *nulla autem in* Tertio *die earundem mentio, quo Terram factam fuiſſe memoratur, occurrit.*

Solvitur.

Verùm verba illa non *reſtrictè* adeò intelligenda videntur, quin ad *Mineralia* etiam referri poſſint quam veriſſimè, quod eadem *fide* credere debemus qua *Metalla* & Mineralia *creata* fuiſſe, & *jam exiſtere,*

re, de quorum creatione, intra Hexameron, apud ſacram paginam, ne verbum quidem occurrit. Vegetabilium enim meminit, & quæ ſunt *ſupra* terram, quæ vero *ſubter* terram, aut *infra* eam ſunt, ſilentio involvit. Jam vero ut *horum* verborum *efficaciam* & *vim* ad vegetabilia die *Tertio* facta, ſe extendiſſe videmus (*creſcunt* enim, & *multiplicantur* non ſecus ac Piſces, Volucres, Bruta, Reptilia, & Homines, *ſemenq; ſuum ſibi inditum in principio, ſecum apportant*) eodem jure ad *Metalla* & Mineralia, *infra* terram licet, liceat extendere, niſi dicamus *hæc* non ex Naturæ *inſtituto*, ſed præter illud, ut *Monſtra* produci. *Creſcere* igitur videntur, & *multiplicari*, in ſuis Seminariis, haud ſecus ac *gramina*, *arbores*, & Cætera *Vegetabilia*, quibus aſſimilata probavimus *hac in re*, quodq; inſtantiâ haud *vulgari* ſuprà memorata, *confirmatum* dedimus, & corroboratum. Addam ultimò Sententiam Cl. *Jordeni*, qui de Mineralium aquarum *Perpetuitate* verba faciens, ait: *Neceſſitas hujus rei à Benedictione prima*, Creſcite & Multiplicamini, *dependet, quæ dubio procul, tàm ad Mineralia, eorumq; genera, quàm ad animalia pertingit, cujus virtute eadem videmus quotidie propagari.* De Calore Thermarum Bathon. De Bain. Nat. & Aq. Min. c 14.

Si in contrarium dictum ſuerit ulterius, *Me, quùm Acidum immaturum duobus Salibus maturis opponam, idem fere abſurdum meditari, ac ſi infirmum puellum cum duobus viris robuſtis committerem.* Reſpondeo, Acidum perfectionem *aciditatis*, non tamen *Salis* obtinuiſſe; & quum *perfectam* aciditatem *Hypotheſis* requirat, acidum quà *Tale*, in *perfecto* aciditatis ſtatu, & *maturum* exiſtimo; licet in *Salis* ſtatu imperfecto *immaturum* remaneat; eodem modo ac *Puer* in tenera ætate *perfecte* animatur, tametſi corpus ad *maturitatem* Hominis *non* adoleverit. Replicatio ulterior.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Caloris Duratio.

Ex hactenus dictis *Caloris* Thermarum DURATIONIS Causa patet. Nam, quum *Mineralia*, à *principio* mundi *innatis* propagandi principiis in *mineris* agantur, *Constanti* lege & *Naturali*, non *inclinante* modo, sed quasi *cogente* ad *finem* ejus usq; *idem* perficient. Et *hoc* est quod (*a*) *Hippocrates* Ἀνάγκην (Necessitatem,) vocat. (*b*) *Lipsius* fatum *Naturale* inhærens *rebus ipsis*, (*c*) *Aristoteles* & (*d*) *Galenus* Νόμον Ἀδραστείας, & (*e*) *Paulus Apostolus* (*aliò* tamen respiciens) Νόμον γεγραμμένον, sive legem inscriptam *divinitus*, quæ *adeò* tenaciter *Mineralibus* insigitur, ut *nulla* vi, aut *arte*, de moveri possit, aut *alterari*.

a *De Diæta, l.* 1.
b *De Constantia.*
c *De Mundo, c. ult.*
d *De Usu Part. l.* 6. *c.* 12, 13.
e 2. *Rom.* 15.

De hac re *Philosophus* quidam *Anglus* ita scribit: *Si dixerimus sine Causarum Naturalium mediis* DEUM *omnia producere, & Philosophiæ fundamenta succutiemus, & Actionibus suis Naturam spoliatam ibimus. Rectius illud* Geneseos *libro traditum, mea quidem sententia, tenendum,* DEUM *nimirum, à novis rerum creationibus temperasse, postquam ortus & interitus sui naturam & facultatem iisdem concesserat, Nam, si Causæ Secundæ in se Steriles, & inefficaces, vim & facultatem, ut aliter in* DEI *operibus media non fuerint, ab Omnipotentia ejus continuò recipiunt, hoc concesso, non tantum Generationem & Corruptionem è medio submovemus, sed novam etiam rerum Creationem necessario inducimus, à qua* DEUS *diu cessavit, ut in Sacra Pagina traditum reperimus, cum Entia omnia Creata Legi subdiderit, qua* Crescendi & Multiplicandi *potestatem iisdem concessit.*

De Aq. Medicat. Newnham Regis, *in agr.* War. *p.* 5.

Porrò, quum *Nobiscum* reputemus serio *quantam* aquæ *molem*, fere *minima* materiæ alicujus mineralis pars impregnare possit, Conceptu inde facilior *Duratio* evadit. Jam vero pars *una* Mineralis partes *sexies Millenas* æquales aquæ imbuisse, à *Dignissimo*

6000.

fide

fide relatum habui; imo experimentum quoddam recitat Nobiliſſimus *Boyleus*, in quo Marcaſitæ optimæ grani *Dimidium*, in *Nitri* ſpiritus quantitate perexiguâ *ſolutum*, gallarum infuſionis partibus *ſexaginta uni millenis, quadringentis, & quadraginta*, tincturam communicavit. Adeo ut neceſſe ſit partes non dico *infinitas*, ſed prodigioſe *multas* in minerali *Atomo* latuiſſe, quùm quamlibet aquæ partem *tantillum* Mineralis occupaverit, cujus granum *unicum* partes aquæ *Millenas centum viginti duas octingentas, & octaginta* impregnare poſſit. Imo *Salis Chalybis* ex *Autoris* Nobiliſſimi prius memorati *præparatione* $\frac{1}{8}$ (octava) grani parte *uncias* aquæ *tres*, quibus admiſtum erat Sal *imbutas* vidi; & addita gallæ portiuncula, purpureus color *manifeſto* apparuit. Quodq: propius *ad rem* noſtram accedere videtur, quælibet *atomus*, ſive *minima* parabilis Salis particula quæ haud grani pars $\frac{1}{100}$ (centeſima) videbatur, in communis aquæ *Uncia* ſoluta, exiſtentiæ ſuæ indicium exhibuit, & gallæ particula ad ſenſum *minimæ* adjectâ, aquam prius limpidam in purpuratam *leviter* facillime mutavit.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

61440.

122880.

Imo in Thermis *Regiis* Bathonicis granum *unum* Salis impregnat aquæ partes 1536; quod *ita* probo. In congio Aquæ *uno* continentur grana Salis *quadraginta*, in 61440 *granis* Aquæ. Pars *quadrageſima* 61440 *eſt* 1536. *Ergo* granum *unum* Salis impregnat partes æquales aquæ 1536 de *facto*, in Thermis *Bathonenſibus*. Jam verò, ſi granum *unum* Salis in tantam latitudinem ſe poſſit diffundere, ut *Millenas quingentenas & Triginta Sex* (minimùm) *aquæ partes impregnare valeat*, & è Fontibus *perennibus* Subterraneis Communis aqua *copioſe* adeo affluat continuò, *Duratio* Thermarum Bathonienſium luculenter apparet,

1536.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

licet de fontibus *non* perennibus, ſive de aqua *pluviâ* & *Nivosâ* illas interdum participare Obſ. 62. demonſtrat, quæ *Contenta minora in majore aquæ quantitate, aere humido & pluvio exiſtente, quam in ſicco* (ob *Thermalem* aquam Tenuem, minùs *ſalſam* & *dilutam*) *aſſerit.*

Vid. Obſ. 62.

1440. Sin autem partibus aquæ 1440, ſive *tribus* aquæ *unciis*, pro diverſitate menſuræ (*duodecim* aut *ſedecim* Unciarum in Pinta; librarum *octo*, aut *novem* librarum, *decem* unciarum, & granorum *quinq*; in Congio, ut *alii*, & præſertim D. *Jonas More*) aſſignentur Salis granum *unum* fere *ſemis*, ſive granum *unum*, & $\frac{48}{100}$ diviſio grani, ſive *dimidium* fere grani in *Uncia*; tum una Salis pars impregnabit aquæ partes æquales 960; & tum in *priore* Computatione *tres* grani partes 1440, aut *tres* aquæ *uncias* impregnant, ex Obſ. 67. quæ grana *tria* Salis in *Pinta* affirmat.

960.

Vid. Obſ. 67.

Notandum Thermalis aquæ impregnatæ proportionem ad *quadraginta* Salis grana *impura* in *Congio* reſpicere, quod *priùs* obſervaveram Cap. 2. *Pura* autem Salis grana *minora* multo in *Crucis* Balneo continentur, quæ *Thermalis* aquæ partes impregnant 61440, & *granum* quodlibet ex ſupputatione poſteriore 1920; *priore* vero 3072; à *Regali* Balneo & *Calido* dicto multum diverſum; In *Crucis* enim Balneo *viginti* ſolum grana Salis *pura* continentur; in *Regalis* viginti tria ſemis *Salis*; & in *Longo* aut Calido *viginti octo ſemis* inſunt; quibus ſuæ etiam *Thermalis* aquæ proportiones *invicem* reſpondent. Vide *Obſ.* 73, &‖ *ſequentes*; nec non *precedentes* 67, 68, 69.

61440.

No-

Notandum etiam quod *Ferri* & *Sulphuris* in Thermis proportio *non* exprimitur, quæ Salis *puri* molem adeò diminutam *quodammodo* compensat. Ut *supputationis* præcedentis *Norma* pateat, *figuras* subsequentes placet subnectere. De *Calore* Thermarum *Bathon.*

60	grana in	*Drachma* una.
480		*Uncia* una.
1920		*Unciis* quatuor.
7680		*Unciis* sedecim.
30720		*Congii* dimidio.
61440		*Congio uno.* Continet *Congius* octo libras. Libra *uncias* Sedecim.

Summæ præcedentis *quadragesima* pars 1536.

Ex hac Hypothesi *Propinquitas* & *Activitas* in confesso sunt; nec minus patet *Æqualitas*, nam uno eodemq; tenore in Minera *subter* aut *juxta* locum, eadem quantitate *Mineralia* generantur & pugnant, *Salia* nimirum, *lapidea* & *Testacea* materia, &c. & Aqua *acida* affunditur, unde *idem* caloris gradus ut *plurimum* in Thermis consequitur, nisi quod *Pluviis* Tempestatibus calor intendatur, ob *majorem* aquæ affluxum, & suppetias materiæ *novas*, quæ *Fermentationem* adaugent: *Certò* enim observatur, *post pluvias, Calorem versus fundum, ubi Fermentatio incipit, intendi, aquæ autem superficiem temperatiorem existere*; quod à sola *Antiperistasi*, sine *causa* aliqua *interna* provenire posse, haud videtur probabile. Neq; *Mineralium* generationi *Novæ* officit caloris *perennitas*, quod in subterranei ignis pabulo *superius* objicitur; Nam Fermentationis *tenor* adeo æqualis est ut *quantum* in superficie consumitur, *tantum* è fundo suppeditatum, quod in fodinis in usum humanum effossis *minime* Propinquitas, Activitas, Æqualitas, *Hypothesi adaptantur.* N. B. Autor *iterum* respondet.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

nime contingit, in quibus *unius* anni jacturam succedentes plures *non* compensant. Porrò, admisso igne *subter Terram* accenso, consumptio pabuli *inæqualis* necessario insequitur. *Aeris* enim *ventorum* ac *pluviarum* mutationes & *vicissitudines*, ignem ipsum *augebunt*, aut *minuent*; Fermentatio autem in *alto Telluris sinu*, sine spiraculis, peracta, *externas* injurias, & omnes *inæqualitatis* causas *omninò* excludit. Eundem aquæ *tenorem* in Balneo *pleno* conspicimus, ubi *tantum* è fundo *continuo* ascendit, *quantum* per aquæductus *Balnei* superiores à *superficie* decurrit.

Solvitur Objectio Triaria.

Si quisquam ulterius objiciat, quod hæc Fermentatio *Corruptiva* sit, non *Generativa*; Destruens, non *Perficiens*, & per consequens *non Continua*; Respondeo, quod, quicquid *aliquibus* videatur, quùm Fermentatio *hæc* Naturæ principiis *opponentibus* superstructa sit, *Naturalis* plane est; & *Gallorum Gallinaceorum*, & ferarum quarundam *odium*, æque ac aliarum *amor*, Naturalis videtur, tametsi *non naturaliter*, uti vocant, haud tamen præter *Naturæ* institutum, mortem sibi mutuò, & *ruinam* meditentur. Huc etiam spectant affectiones *Antipathecæ*, quarum fundamentum in ipsius *Naturæ* principiis jactum, *Naturalis* esse loquitur.

Responsio ad Objectionem *a Rebus* Naturalibus *cum præparationibus* chymicis *comparatis.*

Salium autem contrarietatem *non* Naturalem esse inter se, sed ab *igne* in præparatione *chymicâ* acquisitam communicatamq; *Ingeniosi* quidam autumant; unde *in modum Calcis vivæ, Empyreumatis quasi vi, cum aqua simplici mista æstuare solent.* Verum *Acetum* Thermarum *arenæ*, lapidi *sectili*, *Testaceis*, *Ochræ*, aut *Margæ* affusum, *idem* peragit ac quando *salibus* affunditur. *Succus Limoniorum Corallii pulveri* affusus, fermentationem creat. Hæc vero ignem *nunquam* sunt experta, sed ad *Vegetabilium* tribum

bum pertinentia, *in puris Naturalibus* existunt. Adeo ut si *Fermentatio* hæc à Salibus quibusdam *insipidis*, Salium *alcalisatorum* indolem referentibus, ut *quidam* opinantur, proveniat, *diversi* generis Salium *discordiam* arguit, licet *ejusdem generis Salia tranquille in eadem aqua permisceri possint.* Imo ante separationem, aut liquidorum affusionem, *diversi* generis salia *Vitriolum* puta, *Nitrum*, *Alumen*, &c. *quieta*, in marchasita una *Naturaliter* inventa Capite VII. docuimus. Acidum itaq; *intrinsicum*, *innatum*, *Connaturale*, *Solidum*, quietum magis, licet Fermentatio *Generativa* inde oriatur: *Extrinsecum* vero, *superveniens*, *fluidum*, Alcalibus *superinductum*, majorem *Fermentationem*, & quidem *Corruptivam*, creare observatur. De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Porrò, si acidum igne *nunquam* tactum sali fossili, aut *Antiquorum* Nitro, affusum fuerit, Fermentatio aliqua *Corrosiva*, ad compositi *Corruptionem* tendens, statim insequitur, quod *contrarietatem* quandam innuit, licet ad *Caloris* gradum nunquam ascenderit, de qua re suprà Capite V. Idem à *Saccharo*, & liquoribus *acidioribus*, *Pomatio*, puta, *Cerevisia vetustâ*, & similibus, mistis evenit, unde *Activitatem* præcipue, sive *Actionem* & *Reactionem* inter se, procedere Confiteor; quousque autem ex *motu* isto *Calor fiat*, & ex magnis *Alcalium* & *Acidorum* proportionibus intra Terræ *Viscera* mistis FERVEAT aqua, *Ingenuis* relinquò; hoc tamen assero, *Me ex acidis & quibusdam aliis ad Thermas pertinentibus*, *Empyreumate omnino vacuis*, *insignem aliquem Caloris grndum obtinuisse.* Hypothesis siquidem mea de *Calore* Thermarum *Bathonienssium*, non *salibus* modo, sed *aliis* quibusdam accedentibus superstruitur, quæ *insipida* licet fuerint, eadem tamen *phænomena* cum alcalibus ex- *Acida* ignis *expertia.* Autor *se & Hypothesin suam* Ingenuis *commendat.* N. B.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

exhibent, ſi cum *acidis* miſceantur; ut ſileam, inter principia hæc Naturalia *diſcordiam*, æque ac *halitus acidus à Pyrite, aut Calcario lapide vegetantibus emanans*, naturalem *videri.*

Thermæ *ſunt* Acidulæ.

Si quiſpiam dixerit, *acida prædicta Vegetabilia eſſe, & Minerale acidum inventu difficile*; quùm Minerales aquæ dividantur vulgò in *Acidulas* & *Thermas*, Minerale acidum *Acidulis* ineſſe ubiq; conceditur; Jam vero *Thermas* quaſdem *Acidularum* etiam *nomen* mereri inde conſtat, quod & *lac* coagulent, & cum gallis *purpuraſcunt*; & Plateæ *Ranalis* & *Cornubienſis* acidulæ inde haud procul remotæ, *Thermis* comparatæ, *acidulam aquam tam cum, quam ſine calore fieri poſſe* declarant. Acidum autem *Vegetabile* & *Minerale* in aciditate conveniunt, licet à diverſa tribu, aut proſapiâ *aciditas* oriatur. Nec in *Acidulis* aut *Thermis* naturalibus, aliud quam *Minerale* acidum ſupponendum videtur, licet in *artis* operibus & mixturis nonnullis pro re natis, *vegetabilia* acida ſimilia perficiunt.

Simpſon. *Zymol. phyſ. c. 2. in fr.*

Objicitur *ulteriùs*; *Quod tametſi ab acidorum & Alcalium* (fixorum *aut* Volatilium) *mixtura inter ſe*, Fermentatio & calor *neceſſario oboriatur*, *attamen quoniam* opera artis *ſunt*; *dein*, *quia calorum* origines, & genuina *fermentationis* cauſa, *ab efficientium iſtorum* (Alcalium) *varietate procedentes* inventu erint difficillimæ, *hypotheſis hæc inde improbabilis videtur. Tametſi enim alcalia* alcaliſata, *quæ ita voco ut à Lixivialibus diſcriminen*, *intra texturam concretionum petrificarum copioſe inveniantur*, *oportet inſuper acidorum* Corroſivorum *etiam copiam adeſſe*, *quæ ad Fermentationem adeo magnam producendam ſufficere poſſit*, *quorum præſentiam expectare vix licet. Quapropter Acidorum & Alcalium* TACHENII *Hypotheſis*

potheſis ad propoſitum noſtrum haud quadrare videtur, utpotè cujus baſis anguſta nimis fuerit illa quæ ad ſtructuram philoſophiæ adeo amplam ſuſtinendam requiritur, unde varia Naturæ Phænomena, & ſpeciatim iſtud BALNEORUM CALIDORUM, *ſolutionem accipiat.* De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Ut *Arietis* hujus *atrocis* impetum aliquatenus frangam, ad partem illam *Objectionis* quæ ad Alcalia, *quatenus artis opera*, ſpectat, in *præcedentibus* reſponſum, urbi acida & Alcalia *Naturalia* demonſtravimus, & oppoſitionem non abs *igne* acceptam, ſed ipſius *Naturæ* principiis inhærentem docuimus. Neq; alicui cauſæ Fermentationis inveniendæ difficultas Terrori eſſe debeat, quum *acidorum & Alcalium* copia quæ ignem niſi *ſubterraneum* iſtum imaginarium, *nunquam* ſunt experta, præſto ſint; & acida *Corroſiva* aperte ſe prodant, & Clathrorum, annulorumq; *ferreorum*, & *ferri* in Thermarum fundo reperti *Corroſio* evincit, ne alia Capite *Secundo* memorata huc ſpectantia, *hic* commemorem. Quapropter *Hypotheſis* hujus *Noſtræ* baſis (quicquid de *Acidorum* & *Alcalium* hypotheſi in genere ſtatuendum fuerit) *quæ Alcalia & Sulphur ſimul involvit*, ſatis *ampla* videtur ad ſuſtinendam *Thermarum Bathonienſium* caloris cauſam, de quibus ſolum *jam* diſputatio ſuboritur, quicquid de *alterius* generis *Thermis*, quorum principia *minùs* patent, judicatum ſit. Et quum *Acidum* & *Sulphur* in iiſdem abundent, *quæ ex Autoris Noſtri mente ad calorem excitandum ſola ſufficiunt*, Alcalia *Sulphuri* addita, eundem *non* adjuvare, *non* promovere *ulteriùs*, ſe judice, *non* poterant. *Solvitur* Objectio.

Porrò, Fermentatio *Corruptiva*, Generativâ illâ magis eſt *Activa*, quæ *Mitior*, ut plurimum, & *blandior* exiſtit, quam cui *gradus* adeò *intenſius* Caloris,

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

loris, ut in *Thermis*, poſſit attribui; aliter caloris *Duratio*, & *æqualitas* à *Generativa* Fermentatione peti poſſunt; non autem, ut videtur, *Activitas* & Caloris *gradus*, poſſunt inde provenire. In dubium itaq; apud me vocatur *Jordeni* illud, ubi aſſerit *Generativæ fermentationis calorem aquis Calidiſſimis calefaciendis ſufficere poſſe, modo à loco unde aquæ effluunt remota nimium non extiterit.* Et paulo poſt, *Fermentationis Generativæ calor ſufficit, ad caloris gradum producendum in Thermis Noſtris, prout jam ſe habent.* Nam acidum *Sulphuri*, *Marino Sali*, & *Nitro* innatum, in Mineralium generatione in *Alcalia* agens, calorem aliter quam *mitem* & *blandum* excitare *haud* valet. Ad *majorem* autem Fermentationis, & conſequenter *caloris gradum*, qualis in *Corruptione* eſt, Acidum *forinſecum*, *ſuperveniens*, & *ſuperinductum* neceſſario requiritur, de quâ in *præcedentibus* latius diſſerui.

De Baln. *Nat. & Aq.* Min. *c.* 14.

Exam. Aq. Min. Gall. p. 116.

De *Vaporibus* quibuſdam *ſubterraneis*, quos in *Thermarum* caloris cauſam ſuggerunt *Ingenioſi* quidam, hoc tantum dico; Aut *ignem* ſubterraneum, quem ipſi *negant*, inducunt; *aut* calorem ſubterraneum *ſine igne* accenſo ſupponunt; qui niſi à Fermentatione *Corruptiva* procedat, eadem cum *Generativa* Fermentatione incommoda incurrit. Neq; calorem adeo *mitem* & *remiſſum*, qualis in *vaporibus* abſq; igne eſſe ſolet, niſi in ſenſu ſupra dicto *Vapores* intelliguntur, *tantum* Efferveſcentiæ aut Caloris *gradum* acquirere poſſe, & *intenſe* adeo aquas Calefacere, ut *Ova indurent*, & *plumas evellent*, ut in Thermis quibuſdam ſolet accidere, ne *imi* quidem ſubſellii *Philoſophus* poteſt ſupponere. *Vapores* itaq; *ſubterranei non* acidi, & Fermentatio Generativa *Mitis*, idem fatum ſubire videntur. Et quidem quum *Simpſonius* in Zymologia

mologia ſua phyſicâ, Fermentationem petat ab *Acido* & *Sulphure*, non tamen inde ſequitur Salia *alcaliſata* ad Fermentationem *nihil* conferre, ſed potius *unita vi* eandem intendere. Nam demus licet *acidum* & *Sulphur*, ubi alcalia *non* ſunt, ad creandam fermentationem *omnino* ſufficere, *Alcalia* tamen addita *Sulphuri*, ut in Thermis *Bathonenſibus* unita exiſtunt, Fermentationis gradum *majorem*, ab adventu *acidi*, excitare valeant. De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Si quiſpiam urgere perſiſtat, *Acidum in Communi Diſtillandi modo* ultimò *aſcendere*, *ideoq; vaporem ſive halitum Thermarum avolantem haud acidum dicendum*; Præterquam quod inter ignis *actualis* vim, & Fermentationis aſſignatæ calorem *diſcrimen* in *Secundo* Capite ſit notatum, prædictis hoc in loco *addo*, aciditatem in *ſolutis principiis* avolantem in halitu ſolum aut *vapore* conſiſtere, in *Communibus* diſtillationibus in Sale *Concreto* reſidere, *halitus* autem levis, & *tenellus* exiſtens, facilius evaporat; Salis vero *gravioris* aciditas *difficilius* elevatur. Porro halitum *acidum* eſſe hinc apparet, quod *effæta* aqua cum gallis Tincturam non exhibeat, & *vix* aut ne *vix* quidem *lac* coagulet. Particulæ ſiquidem *acidæ* per halitum exeuntes, in ſublimatione, ac aqua ipſa, ut plurimum, ſunt *æquè* Volatiles, ſubtiles etiam adeo & *ſpirituales*, ut nullo alio modo, quam *Effectis*, ſe produnt, quemadmodum ante *Nos* obſervavit Doctiſſimus *Jordenus*, de qua re *Capite* VII. latius eſt actum. Ulterior *Reſponſio.*

Interim *Caput* claudat, quod iiſdem *Mineralibus* imbuta Balnea, & proportione parum differentibus, *iiſdem* affectibus curandis inſerviant, hoc tamen diſcrimine, quod caloris graduum ratione habita, *Cuinam* è Balneis æger committendus ſit, *quamdiu*

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

in eodem debeat morari, & *quodnam* genus regiminis in uno Balneo *præ cæteris* eligendum, *medicus* determinet, ut nihil dicam de morbi *ſpecie* ac *idea*, ad quam quidem dignoſcendam *Periti* & *Exercitati* medici judicium requiritur.

De Baln. *Aquenſ.* p. 25.

De hac re ita Fabritius: *Priuſquam in Balneum Te Saniitatis recuperandæ, aut firmandæ, gratia conferas, Peritum aliquem Medicum Conſulas, qui naturalem Corporis Tui Conſtitutionem, & Temperamentum, accurata trutina expendat, & ſiqui ſint in eo præter naturam affectus, ſeu lapſus, diſquirat; Balneorum item qualitates & vires exacte cognitas habeat, atq; ex his demum collatis dijudicet, num Balneum Tibi uſui futurum ſit, necne; deinde, quodnam potiſſimum. Non enim Omnibus omnia conveniunt.*

Nuces Avellanæ ſub Ciſterna *Regalis* Balnei.

Sed ut *Seriis* hiſce *Joculare* quiddam & *Ludicrum*, Coronidis loco interponam; Quum apud *incolas* Sermo *ſæpius* ſit factus de *Nucibus* quibuſdam *Avellanis* obſervatis infra Ciſternam inverſam, aut lapidem latum *Crucis antiquæ* fundo ſuppoſitum, ſuper Regalis *Balnei* Scaturiginem Regiam, in *antiqua* Cruce removenda, erecta A. D. MDLXXV, ut anno MDCLXIV jam ſtantem inducerent, quarum nonnullæ *nigræ* erant & *cariosæ*; aliæ *virides* & nucleo inſtructæ; *aliæ* exuviis viridiſſimis, & quaſi novis indutæ; adventus via *forſan*, erat aquæ frigidæ vectura prope *Nuceti* cujuſdam, aut *Silvæ* latus, unde in *terram*, aut aquam ſubjacentem poterant fortuitò incidere, & cum aqua frigida profundius ſubmerſæ, ad ipſum *Balneum* per latiores ductus *ſubterraneos* profundiores, quos aqua *frigida* pertranſit, apportari, in quo ab aqua *Calidiſſima*, majori impetu ad *Ciſternam* tendente, ad eandem poterant *facilius* deferri. Videntur enim Thermæ eſſe inſtar

Fiſci

Fiſci Regii, cui fontes rivuliq; minores *Tributum* ſuum pendunt, & obſequium, *Homagium* nobis dictum, tanquam illorum REGI, ac DOMINO, ab eodem Conſtituto, per quem MONARCHÆ regnant, cuiq; *Soli* ſceptra ſua referunt accepta. De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Quod Nuces hæ *propiori via* a pueris circa Balneum ludentibus aliiſq; nuces frangentibus, & in *Balneum* injicientibus ludibunde non proveniſſent ut appareat, *Ciſterna* erat gypſo æqualis cum lapide duritiei, è quorundam relatione, adeo obſignata, ut ictuum nonnullorum labor erat eandem removere; *amota* vero nuces eruperunt ilico. Alii autem, & majori veritatis ſpecie, dicunt inventas nuces non ſub *Ciſterna*, ſed in *pixidibus* quibuſdam ad liberiorem Scatebræ maximæ ingreſſum, & receptionem, ſubter Terram repoſitis, in quarum parte *ſumma* foraminulæ fuerunt, & inter illas *foramen magnum in medio*, ad Aquæductum ibidem contrectandum melius, per quod nuces in *Balneum*, pro more ſolito, luſoriè projectæ, & fundum petentes, *Thermalium* aquarum curſu, aut *Scoparum* nixu, in pixides prædictas poterant illabi. Nuces etiam omnes *nigras* aut *nigreſcentes* affirmant, & cum *Nucibus* inventa quoq; *prunorum* coctorum oſſa, quæ à Balnei pergulis in *Thermas* projecta fuiſſe conſtat. *Via* propior.

Forſan *Nitro* in Thermis (quod argumentis in Capite de *Nitro* addendum) nuces modo memoratæ, *viriditatem* ſuam, ſiqua fuerit, debere poterant. *Tradunt in Conſervatoriis Nivium* (quibus Nitrum analogum) *ſive ſint in montibus in foveis naturalibus; ſive per artem puteis ad hoc factis*, inquit Nobiliſſimus Autor, Baro quondam de *Verulamio*, Vice-Comes Sancti *Albani*, & Summi *Angliæ* Cancellarii, *obſervatum fuiſſe, quod aliquando malum, aut* Nitrum *eſt Condimentum*

Ca-

De Calore Thermarum Bathon.

Caſtanea, aut Nux, aut ſimile quidpiam inciderit, quæ poſt plures menſes liquefacta Nive, aut etiam intra Nivem ipſam, inventa ſunt recentia, ac pulchra, ac ſi pridie eſſent decerpta. Hiſt. Vit. & Mort. Ed. *Ludg. Bat.* 1637. p. 51. Nigrarum autem & Cariolarum *tractui* temporis ſatis longo aſſignemus *putredinem*, quùm tam in Vegetabilibus, quàm Animalibus,

Contra vim Mortis non eſt Medicamen.

Sub *Aquâ poſita* virorem *diutius conſervant.*

Potrò, eò quod *ſub aquis* nuces fuerint reconditæ, *virorem* ſuum eo diutius potuiſſent retinere, quùm *Thermalis* aqua præſertim condiente *Nitro* impregnata (ut *Nux moſchata*, aut *Juglans*, condiente liquore circumfuſo, *viridior* apparet) Corrumpentem aerem ambientem, æque ac Terra, efficiciter excludit; unde idem *Autor* Nobiliſſimus & Clariſſimus: *Neq; minùs utile eſt ad diuturnitatem fructuum, ſi non ſub Terra, ſed ſub aquis Condantur, modo ſint Umbroſæ, ut Putei, & Ciſternæ in Domibus* (Nam) *generaliter quæ ſub Terra, & in Cellis Subterraneis, aut in profundo aquarum reponuntur, viriditatem ſuam diutiùs tuentur; quam quæ ſupra Terram.* Sed, relictis *Nucibus*, ad majoris momenti *maſcula* procedamus.

Ibid.

De

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

De Solo *BATHONIÆ* factitio, & Balneorum *Origine*, *APPENDIX*, *Scripta post Caput* Primum, *in qua AUTORIS* Conjectura *Ingeniosis proponitur.*

QUùm *Hypothesin* nostram *De Calore Thermarum* æquis Rerum æstimatoribus in præcedentibus submiserim, visum est *hic*, utpote loco magis appositio, de *Solo* Bathoniæ *factitio*, & Balneorum, prout jam existunt, *Origine*, CONJECTURAM proponere. Neq; ullus dubito, Erudite *Lector*! quin aqua medicata *Bathonensis* ex quo *montes* extiterunt fuerat *Calida* (quicquid tempore Antediuviano, de *plana* ubiq; Terræ superficie *quidam* tradiderunt) quam à rerum *principio* creatam, & una cum fontibus *frigidis* Omnipotentis DEI opus esse *alibi* ostendimus. Quùm vero *ætatis* Balneorum, prout nunc se habent, nulla extet recordatio, *Conjecturam* nostram, quam Nemini *obtrudo*, ut *Antiquitatum* mearum *Bathonicarum* in palato *Lectoris* mei γεῦμα quoddam creem, hic proponam.

Balneorum ætas antiquissima memorata.

Anno DCCCLXIII. ante *Christum* natum, circa *Eliæ* Prophetæ tempora, qui floruit Anno *Mundi* 3033. ante *Christum* 915. vixisse dicitur BLADUDUS, *Octavus*, *Nonus*, aut *Decimus*, ut nonnullis placet, à *Bruto*, Britannorum Rex, qui ob filium *Thermarum* ope à *Lepra* sanum, Civitatem dictam *Caer Blæidin* struxisse, *Minervæ* Templum erexisse, & Balnea *Minervæ* Numini dedicasse celebratur.

De Calore Thermarum Bathon.

bratur. Alii Balnea arte *Magica* ab eodem Rege inſtituta ferunt, ideoq; *Blæidin Cloyth*, aut potius *Doyeth*, i. e. *Blæidin* aut *Bladudum Magum* Britanni appellitant. Verum quùm *Ethnicorum* hoc figmentum (puto) *fabulam* ſapiat, potius quam *Veritatem*, aquas *ſemper* calidas reor ſerius ornatas. Bladudum *Sibyllarum* ætate vixiſſe quidam affirmant, & tam in profanis *Gentium* ſcientiis, quam in omni *Græcorum* ſapientia excelluiſſe, præcipue verò *Mathematicarum* artium & ſcientiarum peritiſſimum, adeò ut *Sibyllarum* quædam iſtius ætatis, Prophetiarum *librum* à ſe ſcriptum eidem *dedicaverit*.

Jo. Baleus *de Script. Anglic.*

A Chr. 300.

Solini *Polyhiſtoris* temporibus, *Romanis* hic manentibus, circa annum *Chriſtianæ* æræ CCC, à quibus non conſtat, ornata fuerunt; *Fontes* enim eſſe ſcribit *in Britannia opiparo exculptos apparatu in uſus Mortalium.*

Circa annum *Chriſti* DLXXVII, *Camdeni* mente, *Saxonum* voce, à Concurſu ægrorum Salutem hic quærentium *Akemanceaſtre* audiit; unde apparet famam ejus tunc temporis increbuiſſe.

Anno DCLXXVI, *Lelando* Autore, *Monadum* domum extruxit *Oſricus*; & anno DCCLXXV, *Eccleſiam* & *Cœnobium* Rex *Offa* erexit, & induxit, poſt Monades, *Sæculares* Canonicos.

Anno MX inducti Monachi S. *Benedicti* ab *Elphego*, qui Cœnobium *Novum* ſtruxit.

Huc uſq; quicquid de Aquis *Calidis* apud Veteres occurrit, de *Regali* Balneo intelligendum puto, quod poſtea, forſan, *Benedictinorum* curâ, ornatius evaſit, *Cœnobio* olim hic erecto ob *Thermarum* vicinitatem. *Monachorum* itaq; *figmentum* eſſe patet dicentium ſe alicubi legiſſe, *quando Elias Propheta pluvias*

pluvias cælitùs impetravit tunc temporis tres Thermalis aquæ Scatebras in uſus mortalium infra Civitatem Bathon primitus erupiſſe. Impetravit autem pluvias *Elias* A. M. 3040, ante *Chr.* 908. Autoris verba in Libello *Rubeo* de *Bath.* MS. penes me, quem *Monachus* conſcripſit, ſic ſe habent. *Bladud filius Luddebrace regnavit poſt Patrem ejus, & fuit Magnus Nigromanticus, qui, ut ſcribitur de Geſtis ejus, Calidas aquas in Badone feciſſet per artem Magicam, ſed magis aſcribendum eſt Naturæ, cùm Similia Balnea fiant in variis regionibus illis Calidiora. Sed ſcriptum vidi, quo Tempore Elias Propheta oravit ut Cœlum plueret, tunc eruperunt tres fontes aquæ Calidæ in Urbe illa medicinales morbis mortalium.* Neq; majorem veritatis ſpeciem præ ſe fert Matthei *Weſtmonaſterienſis* Monachi *inſomnium*, qui Thermarum inventionem, ſaltem Salubritatem, S. Davidis præcibus attribuit, *qui mira ſua & inſolita pietate aquas prius inſalubres curaſſe celebratur, & magno humani Generis emolumento vim ſanandi iiſdem indidiſſe.* Verum *iſtius* furfuris hominibus haud raro contingit Omnipotentis DEI prærogativam *Divis* adſcribere, & Miraculorum tunica *minùs* probabilia, imo *falſa* velare; quorum *tenebras* fere Cimmerias ab illorum *Fabulis* olim *Hiſtoriæ* inductas meridianum *Scientiæ* jubar magnam partem feliciter diſſipavit.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

Libell. rub. de Bath. *MS.*

Monachorum Vitia, *& pia* fraudes.

Anno MCLXXIV. ſub *Henrico* II. Hoſpitium D. *Joannis* Baptiſtæ fundatum à *Reginaldo Fitz Jocelino* Bathonienſi Epiſcopo de quo plura in *Antiquitatibus Bathonicis*. Poſt hæc Tempora circa annum MCC. *Crucis* Balneum cæpiſſe puto. Nam *Crania* humana intra ejuſdem aream inventa quæ ex *Hoſpitio*, aut *Monadum* domu vicina, ut *videtur*, fuerunt elata, &

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

in *Sicco* ſepulta, loco ubi *Balneum* jam exiſtit pro *Cæmeterii* parte *tunc* Temporis habito.

Paulo ante tempus prædictum, Balneum *Calidum* nominatum reparatum, ſi non *factum*, exiſtimo, in uſum *Monialium*, earumq; cubiculos in Vicinia fuiſſe ædium quarundam vicinarum *antiqua* facies ſuadere videtur. Hinc *Septentrionali* Balnei *Calidi* parti circa *Scutum* planum affiguntur literæ, SED VER. BU TUU O DCNINE SANAT ONI. ALES: h. e. *ſed Verbum Tuum O Domine ſanat Moniales.* Ubi DDCLVVVVII. notant annum Domini MCLXXII. Quum vero *Leproſorum* Hoſpitium apud *Holloway* in *Sex* Leproſos alendos, à *Joanne Cantelow* Priore fuerat *poſtea* fundatum, *hoc* in Communem uſum tranſeunte, Leproſorum *Scrobs*, ſive *Balneolum*, nuperis annis *videtur* ſuffectum, Sed de his commodius & latius in Antiquitatibus *Bathonicis* Capite II. in fine, quas vide ſis. Interim ad *Cælum*, ſive Orbes *Bathonicos*, è profundâ, ſi licuerit, *Minerâ Subteraneâ*, Lector, oculos attolle, in quo *Strati* ſuper *Stratum* ordines *Bathoniæ* conſpicies; & Balneorum Cæterorum à *Regali* dependentiam facilius comprehendes. Nam *Scatebra apud Bathoniam principalis*, inquit Joneſius, *eſt in Cæmeterio Templi olim Minervæ conſecrati, quod poſtea tranſiit in Abbatiam Monachorum S. Benedicti*; Bedam etiam *Baleum*, & *Baſilium* teſtes citat. Et *Jordenus* ſignate. *Parum in Balneorum omnium natura diſcriminis invenimus, niſi in gradu Caloris quæ omni dubio procul ab Una Minera omnia procedunt; & prout Minera in uno loco calidior fuerit quam in alio, aut Canales directe magis, aut indirecte ab eadem proveniunt, ita Balnea Caloris gradum variare poſſunt.* Argumentum aliud quod Balneorum *Calidi Cruciſq;* Scatebræ *aliunde* proveniant

Vid. Tab. I.

Vid. Tab. II, & III.

Subſ. Bath. *p.* 2. *D.*

De Baln. Nat. & Aq. Min. *c.* 17. *p.* 157.

niant *inde* peto quod Ciſternæ lapideæ in ſuperficie aut fundo *perforatæ* (vid. *Fig.* 2, 3, 4. Tab. V.) Scatebram *minùs* validam emittere ſoleant, quam in Regali Ciſterna plumbea inversa (Vid. (A) *Fig.* 1. Tab. IV.) *Solida* fortiſſime coercet, & diſſipare ſe cogit, quæ, Ciſterna Regis Balnei in uſum neceſſarium aliquando *perforata*, in altum ſaliit, & lapidem latum cærulum *Cornubienſem* ſuperpoſitum, in aerem vi ſua pulſum, aliquandiu ſuſtinuit; quùm *Cæterorum* Balneorum Scatebræ Thermalem aquam per *foramina* ſemper patentia (vid. *Fig.* 3, 4. Tab. X.) ſolùm *languide* eructent, quod *remiſſionem* quandam virium arguere videtur. De *Calore* Thermarum *Bathon.* *Vid.* Tab. V.

Objiciat autem aliquis; *Balneum Calidum in Primo Capite, Calidiſſimum probatum; & ſi calidiſſimum, aliunde non provenit, ſed ſui Juris, & Balneorum Cæterorum fons, videtur.* Objectio.

Reſpondeo, Si *tota* Thermalis aqua intra *Regale* Balneum fuerat ſemper cohibita, *Regale* Balneum *Calidiſſimum* fore, verum quùm interdùm magna aquarum vis, & copia, *Canalis* cujuſdam (vid. *Tab.* IV. L.) ope, extra Balnei aream ad placitum eliminetur, caloris etiam vim *Regale* Balneum jam remittere, pro caloris gradu quem *Epiſtomium* majus aut minus (vid. *Tab.* IV. L. P.) inducere ſolet. Aqua itaq; *calidiſſima* à Regis Scatebris ad Balneum *Calidum* rectà decurrente, & extra *Regale* Balneum, per *canalem* ad implendum (vid. *Fig.* Tab. IV. L.) lata obliquè, *Regale* Balneum tunc temporis quoad gradum caloris *cedere* Calido, licet *totâ* aqua Thermali comprehensâ, *Regale* Balneum *calidiſſimum* exiſtat. Balneum itaq; *calidum* à Calore ſuo neutiquam remittit, quùm Regis Caloris *gradum* ob dictam rationem *variare* ſoleat. Eadem etiam aqua intra ſpatium *anguſtum* comprehenſa, & *Solvitur.* *V.* Tab. IV. *V.* Tab. IV.

De *Calore* Thermarum *Bathon.*

prælto muro à frigore munita, *majorem* caliditatis gradum, quàm in *Propatulo*, retinere potest.

Contentorum variatio *solvitur.*

Quod ad Contentorum *Varietatem* spectat, quæ *minora* in *Crucis*, & *majora* in *Calido*, sive *Longo* Balneo observantur, quæ tamen si aqua sit eadem, *eadem* etiam esse est necesse: Aqua *Longi* Balnei in Mineram continuatam decidens in prolapsu, *inde* potest *incrementum* sumere; & *Crucis* per locum Minera *destitutum*, in eadem licet *Civitate* decurrens, in transitu suo à *Regio* poterat *decrementum* pati, adeò ut secundum loci naturam ad quem aqua à *Regio* descendit, & *Minera* in uno loco *vegetior* fuerit quam in alio, in *Contentis* Balneorum *Crucis* & *Calidi* à Regis *variatio* ista potest accidere. Et quidem de *Conjecturâ* nostra hactenus, ultrà quam, prout res se habent, procedere haud licet; Si *quid* igitur, Amice Lector, *novisti rectius istis, Candidus imperti, si non, his utere mecum.* Relictis itaq; incertis *conjecturis* ad *Virtutes* Thermarum *Certiores* appropero.

Vid. Obs. 67, 68, 69, & 73.

CAP.

CAP. X.

De Thermarum Virtutibus; *hic de* uſu *Thermarum* Externo.

Capitis Summarium.

Balneorum *uſus* Externus. *Modus* Balneandi. *Antliandi* modus. *Antliatio* Stillicidio *potior.* *Introduxit* Jordenus. *Antliarum Donatores.* *Uſus Luti.* Cautiones & Conſilia *pro Balneantibus.* THOMÆ *Bathonenſis & Wellenſis* Epiſcopi *pietas in* Thermas. *Virtutes Balnei* Regalis ANNA *Daniæ Princeps apud* Thermas. *Virtutes* Calidi. *Crucis* Vires. *Moles marmorea* DRUMMONDIANA ibidem. *Comes de* MELFORT Benefactor. *Virtutes* Reginenſis *Balnei.* *Thermarum* vires *ad mentem* Jordeni & Venneri. *Balneorum* omnium *promiſcuè vires* olim. *Vaporis* Thermarum *Virtus.* Virtutes *Thermarum ex Epiſtolis* Mapletii. *De Thermarum* Mantelo *dicto*: *Virtutes* Balneorum *à lapide Sectili.* Decem *Symptomata quæ* Balneantibus *ſuperveniunt.* *De Uſu Balneorum in* Lue Venerea. Perpetua *Balneorum* Salubritas *confirmata contra* Camdenum & Aylettum Sammes.

QUI in alicujus aquæ Mineralis *Virtutes* Scientificè inquirit, à *Priori* illam cognoſcere oportet, & à *Poſteriori*; à *Cauſa* ſiquidem & ab *Effectis* comparata cognitio, omnium *certiſſima*, & abſolutiſſima exiſtit. Priuſquam autem ad Thermarum *vires*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

vires devenerim quædam de Balneorum *Uſu*, & utendi *modo* præmittenda.

Uſus Thermarum duplex.

Uſus igitur eſt vel *Externus*, vel *Internus*, intra *Primum* cadunt *Balneatio*, & Antliatio; *Secundum* occupat præcipue *Aquarum Potatio*.

Modus *Balneandi* mane.

Quod ad Balneandi *modum* ſpectat, poſt quietis diem *unum* aut *alterum* ab adventu, & debitam *cathariin*, æger Balneum ingreditur, hora *unâ* ſaltem ab orto ſole, munito *capite* pileo lineo, & induſiis quibuſdam linteis luteis *de more* tectus; alii vero, nudato corpore *ſupernè*, ſubligaculis *ſolùm* induti, in Balneis *calidioribus* manent ſpatio *unius* aut *duarum* horarum; *Temperatis* vero *trium* aut *quatuor*, in quibus colloquendo, ambulando, & ad placitum ſedendo, tempus ſuum terunt, donec erumpentibus ſudoribus, & aliis egreſſum è *Thermis* ſuadentibus ad lectum approperant, qui *Sudores* Balnei calore evocatos ſolet ulterius prolicere; & poſt *horæ* ſpatium circiter exuviis induti, intra cameram, aut, ſi placet, *foras* obambulant.

Balneatio *Veſpertina.*

Veſperi rarò Balneis immergitur niſi *Tenuioris* fortunæ viris, & diſceſſumaccelerantibus. Nam, qui *ſex*, *ſeptem*, aut *octo* hebdomadas Balneando conſumunt, tempus *matutinum*, ut dictum eligunt, & interdum non diebus *continuis*, ſed die *uno* aut *altero* in Septimana *interpolatis* immerguntur. *Qui bis quotidie lavare cupiunt*, inquit Fabritius, *non ingredientur ſecundò Balneum, niſi ſex prope horis à cibo ſumpto tranſactis. Si Decima hora prandium ſumpſerint commodum, ingrediuntur circa quartam pomeridianam; Quinta egredientur, quieſcentq;; Sexta cænabant; & ſic pari ratione ad horam quamlibet.*

De Baln. *Aquenſ. p.* 30.

Antliandi modus.

Paulò ante *egreſſum* è Thermis *Antliæ* ſe ſubjiciunt, modo artus inſpergendi Italorum *Doccia*, aut *Stillicidio* Veterum, longe præſtantiore. *Hîc* enim aquæ

aquæ magna vis in partem affectam in Balneo *confertim* decidit, & ictibus *centenis*, paucioribus aut pluribus, prout conſulenti *medico* viſum fuerit, opus abſolvitur. Ductorum *Unus* robuſtus & validus, *Antliæ* manubrium elevans deprimenſq;, ictuum numerum à *Medico* præſcriptum *religioſe* obſervat; *alter* vero ægrum tenet in *Balneo*, & affectam partem, *duriori* aliquando manu, dum labuntur *Thermæ*, mulcet, defricatq;. Antliandi *modum*, utpote cæteris *magis* proficuum, amoto *poſtea* veteri ſtillicidio *Thermalem* aquam ob occidentali *crucis* parte in *regali* Balneo *jugiter* fundente, introduxit *Jordenus*, antliis *Regis*, ut puto, & *Reginenſis* Balnei certò, extructis ſumptibus *Humphredi Browne*, Mercatoris *Loudinenſis*, A. D. MDCXXIII. ut ex *Inſcriptione* Capite *Primo* in Reginæ Balnei deſcriptione memorata patet; octennio vero poſt *obiit* Benefactor, & *Bathoniæ* ſepultus XXVIII. die *Septembris*, A. D. MDCXXXI. anno *Unico* ante mortem *Jordeni*, cujus curæ ſalutem ejus diu commiſerat. *Crucis* vero & Balnei *Calidi* Antliæ erectæ fuerunt, impenſis *Samuelis Harſenet*, Eboracenſium tunc temporis *Archi-Epiſcopi*, & *Hugonis May* Armigeri, tempore etiam & hortatu ejuſdem *Jordeni*. Poſtea vero *Anno Domini* MDCLXI. Antlia ad Balneum *Regium* communi Civitatis ſumptu erecta quæ *Sicca* appellatur, ad *iſtius* imitationem quæ *olim* apud *Calidum* extiterat, & *jam* exiſtit, quo membra non lavata, & in *ſicco* conſtituta aquis Canalium quorundam plumbeorum ope, in ὑπερῶον aſcendentibus, inſperguntur valide, inſtrumentis *capiti*, *collo*, *humeris*, *genu*, &c. optime accommodatis, ne quid detrimenti partes reliquæ *inde* recipiant. Antliatio *ſicca* horis veſpertinis à *duobus* operariis *hoc* vibrante Antliam, *illo* dirigente, per-

De *Viribus* Thermarum *Bathon.*

Introduxit Jordenus.

Antliarum Donatores.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

perficitur; qui in *Antliationis* Camera, aut *circa* eam manent quotidie, ab hora *tertia* aut *quarta* post meridiem ad *nonam* aut *decimam* noctis, nisi forte, quod interdum accidit, genio suo *liberalius* indulserint.

Camera Antliationis *Siccæ.*

Aqua pota extra *Balneum* ex Antlia Sicca.

Ex hac *Antlia* provenit aqua, quæ *Thermalis* aquæ Potoribus *extra* Balneum est in usu, indeq; *Assignatus* quidam aut stantibus *ibidem*, aut *domi* bibentibus, eandem dispensat. Annis etiam nuperis Antlia *Minor* potationi aquarum *in Balneo* præcipue designata,

Antlia Minor *in Balneo.*

super Cisternam *Regalem* Balnei *Regis* Scatebram tegentem erigitur *nutu* & Consilio D. *Alexandri Fraser*, Equitis Aurati, & haud ita pridem Medici *Regii* Primarii, circa annum Domini MDCLXXIV, quam, quoniam ad *internum* Thermarum usum spectat, ad *Decimi quarti* capitis calcem rejecimus.

Usus Luti.

Lutum partibus infirmis quidam apponunt, verum quum *Limus* potiùs sit, quam *lutum* dictum propriè, eo *minùs* adjumenti membris inde accedit, & si usurpetur *renovandum* est sæpius, ut quousq; possit *calorem* retineat. Et quidem *insignes* quædam *instantiæ* de usu Luti & applicatione *calida* in ipso Balneo,

Vid. Cap. XV. *N.* 34. *&* 63.

in *Paralysi*, *Tineis*, & *Achoribus* capitis, inter morborum *Historias* inferiùs occurrunt. Hoc autem *Cataplasma* extra Balneum applicatum, in morbis *capitis* supremo memoratis, & in Puerulo *Tineis Capitis* laborante Sanato, fuit *valde* proficuum, IV. Julii 1661.

Cataplasma capiti *applicandum.*

Recipe, *Betonicæ aquaticæ*, *Scrophulariæ*, *Salviæ rubræ*, *Acetosæ*, ana Mii. *Luti è* Thermarum Regarum *fundo desumpti*, *contusi & Trajecti*; *Spumæ iisdem* Thermis *innatantis ana lib. iss. Coquantur in aqua*

cum

cum Antlia Thermarum *earundem hauſta, in Cataplaſma, ſingulis noctibus toti capiti noctu admovendum & quotidie ſub ſomnum renovandum.* Vid. Mapletii Obſ. 24. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Die autem XXVIII. *Auguſti* 1688. ſequens *Cataplaſma* Genu *imbecillitate* laboranti, ſingulis noctibus, haud ſine ſperato ſucceſſu, applicandum præcepi.

Recipe, *Foliorum Salviæ r. Betonicæ Roriſmarini ana* Mi. *Florum Chamæmeli, Meliloti ana Mß. Spumæ* Thermarum Regiarum, *& Limi è* Regalis *Balnei fundo deſumpti, ana* lbj. *Baccarum Juniperi Unc.* 1. *coquantur in aq. B. R. q. ſ. ad Conſiſtentiam Pultis, addita Lupinorum farinæ parte unâ, & pulveris radicum Ireos Fl. dimidia, infirmo genu applicetur noctu, amoto Cataplaſmate quando* Thermas *ingreditur, & ſingulis noctibus renovetur.* *Cataplaſma pro* genu *infirmo.*

Priuſquam autem ad *Virtutes* deſcendam, qui Thermarum *Beneficia* expectant monendos cenſeo, *quod Balnea non niſi imploratâ prius ope divina ingredi debeant; ut qui aquas medicatas primus inſtituit,* Benedictionem *ſuam rite Utentibus impertiri dignetur.* In hunc finem conſulendus *Precum, Ejaculationum,* & *Meditationum* libellus, quem *Reverendus Epiſcopus* & ſumme Pius THOMAS KENNE Bathonienſis & Wellenſis *Antiſtes,* in eundem finem lingua *Patriâ,* nuperrime compoſuit, è quo tanquam è penu divino *Supplicationes* & *Preces*, in quoſcunq; ſcopos, *ante, durante,* & etiam *finito* Thermarum uſu, DEO fundendæ, depromi poſſunt. Ex eodem *Specimina* quædam *latina* hic adjungam. *Ops* divina *imploranda* primò.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Ad *Thermas* migraturus *ita* oret.

Precum *formula* ante *usum Thermarum.*

PRO *medela* animæ *meæ ſolicite magis oro*, Domine! *quam pro* Corporis *ſanatione*. Corporalis *ſalutis ſpe ad* Thermas *adpropero*; Benedictionem *Tuam adde, ſi ita Tibi viſum fuerit, ut perfecte convaleam. Nec* ego *ſolum ſed* omnes *etiam qui Medicatis aquis* mecum *ibidem utentur: Pro ſalute vero* Animæ *ad* JESU *Sanguinem confugio, ad* fontem apertum pro peccato & illuvie. *In morbis* corporis *manum medicam appello, ad* Te *autem Domine! gradum meum multo magis accelero, qui Medicorum* Summus *es, & Animarum* Archiater.

Aqud aquas *Calidas* hoc *modo* DEUM invocet.

Apud *Thermas.*

ANimæ *Corporiſq;* humilitate *omnimoda laudo adoro, & revereor Te* Domine DEUS! *Omnipotens! Omnimiſericors! qui aquarum fontes creaſti, &* Scaturigines in valle mittis, quæ inter Montes decurrunt, *in ſolatium*

latium noſtrum aliæ; *aliæ in Medelam. Nobis autem Scatebras* has *particulatim miſiſti pro Communi omnium infirmorum bono.* Tibi *itaq;* Tuoq; *Nomini ſit Omnis gloria! Te* ſolum *Autorem fontis agnoſco* Domine! *Solus in Salutis meæ reſtitutionem efficaces reddis. In Te* ſolo *confido, a Te* ſolo *Pendeo. Tibi* ſoli *meipſum concredo. Omnis ſpes mea poſita in TE.*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Gratiarum actio pro *recuperata* Salute.

OMnis *Laus, Omnis Gloria ſit Tibi, Mi* Domine *DEUS! quod in Calamitatis meæ die precibus meis aurem accommodaveris; quod* Benedictionem *Tuam* Thermis *in Bonum meum, Doloris remiſſionem, aut Curam cedentibus,* benigne *addideris. Nunquam* mihi *excidat Boni* tam *beati memoria! Semper pro eodem perſolvam grates. Accipe DEUS mi!* Laudis *hoc &* Gratiarum *actionis Sacrificium, & quum quo* diutius *in vivis ſum, eo Bonitatem TUAM immenſam & adorandam magis* indies *experi-*

Gratiarum actio, poſt Beneficium.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

or, eo ferventius quotidie *laudem TE, & intenſe* magis *amem TE* qnotidie, *per dilectum TUUM JESUM. Amen. Amen.*

Cautiones & Conſilia.

His præmiſſis *Cautiones* quaſdam, ſive Conſilia è clariſſimo Viro *Gulielmo Turnero*, M. D. & ejuſdem *Wellenſis* ædis Sacræ olim *Decano*, qui de *Thermis* hiſce lingua vernacula *Primus* ſcripſit, A.D. MDLXII. Balneantibus utpote *ſumme* neceſſarias, hoc in loco *latino* idiomate proponendas duxi, quibus *unum* aut *alterum* Conſilium ex Autoribus aliis, & Hortatu *proprio*, addendum curavi.

CONSILIUM I.

Turner. *de* Angl. *Germ. & Ital. Baln. p.* 2. Conſ. I.

'QUidam, *inquit*, ſi dum utuntur Balneo Sanati 'non fuerint, Balneum infirmitatis incuſant, 'eo quòd ipſi ægroti quùm fuerint, ægros quam- 'plurimos, iiſdem ſecum morbis laborantes ſanos 'reddant, & Medicum etiam cujus conſilio petierunt 'Thermas eandem ob cauſam probris laceſſunt. Diſ- 'cant aut tales haud Patientes, ſed juſto plus impa- 'tientes ægri, tempus ad ſanandum Thermarum 'ope *DEO* ab iiſdem præſtituendum non eſſe; & 'cum materiam morbificam Balneum exiccaverit, 'ſudore etiam & perſpiratione eundem conſumpſerit, 'unius aut alterius diei ſpatium, ad humores melio- 'res, qui malorum locum occupent, haud ſufficere. 'Patienter itaq; expectent, & Menſis unius ſpatio 'eandem diætam, ac apud Balneum obſervent, & 'tum,

'tum, annuente *DEO*, votorum ſuorum futuri ſunt 'compotes. *His adjungo quod* Mapletius obſervavit. 'Quinimo, *inquit*, futuri levaminis haud inanis ſpes 'alibi atque alias occupato præter opinionem ſubnaſ- 'cituri, cum Thermarum Virtus, quæ in aliis præ- 'ſentaneos, tanquam agentis efficaciſſimi, effectus 'producit, alios ſegniter & poſtliminiò juvat, eoſq; 'tandem aliquando, veluti ex infidiis emiſſa, adori- 'tur. *Et in Epiſtola ad D. D.* Smith, *Banburienſem* 'Medicum pro D. Crokero. Dum in laborioſa balnea- 'andi & exudandi palæſtra exercentur ægri, haud 'novum eſt ipſos conqueri laboris tædia, appetentiam 'dejectam, vires languidiores, non eunte ſtatim in 'conſpectum læto Eventu, qui poſteà conquieſcenti- 'bus ſuperadvenire ſolet. *Alter etiam:* Sæpiſſime 'cum ægris qui aquis medicatis uſi ſunt evenit, ut uti- 'litatem inde prouenientem acquiſitamq; ſtatim non 'ſentiant, ſed diu poſtquam uti deſierunt, & à Bal- 'neis diſceſſerunt, adeò ut ſæpiſſime mæſti diſcedunt, 'reputantes ſe ſperatum commodum neutiquam ac- 'cepturos; diebus autem pluribus elapſis, forte vix 'ante menſis ſpatium, Balneorum effectum perſen- 'tiſcunt. Unde colligendum occurrit, Thermalium 'aquarum Virtutes & qualitates intra Corpus diutius 'remanere, & ejuſdem membris & partibus robur 'ſenſim communicare, ut Thermarum uſu commo- 'da acquiſita diu poſt illarum uſum apparere con- 'ſtet. Quibus conſideratis, neceſſe eſt ut qui me- 'dicatarum aquarum uſui aſſueſcunt, per aliquot 'Temporis ſpatium ita ſe gerant, ut aquarum vir- 'tutes & proprietates intra corpus maneant, donec 'effectus & operationes ſuas exerere ſolent. *Imo* 'Bauhinus: Pauci in magnis morbis ſolent in ipſo 'ſtatim Balneo inſignem aliquam experiri utilitatem, 'ſed

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Obſervatio Mapletii *Ep. ad D.* Buckenham *pro Dn.* Layer.

Anonym. de Aq. Med. Warwic. *p.* 33.

N. B.

De Therm. Boll. *l.* 2. *c.* 16.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

'ſed ad Tempus tardius aut citius pro virtutis robore,
'pro affectus magnitudine, pro ea quam ſervaverint
'victus ratione, Alii ad viginti dies juvari videntur;
'alii poſt menſem; alii amplius, dum ſane in dies
'virtus ipſa evadit robuſtior. Imo quorundam Bal-
'neorum eſt certus terminus efficaciæ, & juvamenti,
'quæ ſeu propria natura, ſeu cæleſti virtute, perpa-
'rum ſolent non delapſo anni ſpatio prodeſſe. Quo-
'rundam vero ſingularis condecentia ad hominem
'ut huic quidem ſemel profuerint; huic vero viſa
'ſemel inutilia, ſecundo & tertio anno reiterata fue-
're utilia. Quinetiam hoc longa Veterum experien-
'tiæ compertum eſt, ea Balnearum juvamenta firma
'eſſe magis & certa, quæ non ſubito, ſed ad Tempus,
'poſt uſum Balnei ſentiuntur, quod quidem in mag-
'nis & inveteratis affectibus intelligendum eſt, quic-
'quid de parvis ac levibus ſit. Sublatet enim in his
'quæ repente operantur vis aliqua ut plurimum; &
'natura vim non tolerat ſubitam, & minime in mag-
'nis affectibus; Longo enim curantur tempore juxta
'*Hippocratis* ſententiam, quæ longo item tempore
'contracta ſunt vitia: quæ vero brevi, brevi. Et
'*paulo poſt:* Summa obſervationis eſt quadrageſimus
'dies, qui ſicut motuum naturæ, ac morborum, ita
'& medicinæ in ſuis miniſteriis eſt terminus veluti
'peremptorius.

Quo tardius *a Balneis auxilium, eo* certius.

CONSILIUM II.

Conſ. 2.

'SED nec *ægroti* modo iſtiuſmodi, ſed qui *perfe-*
'*cte* etiam convaluerunt, *Menſis* ſaltem ſpatio,
'ſi non diutius (nam quo *diutius*, eò *melius*) eas-
'dem regulas quoad Cibum & Potum, ut apud *Bal-*
'*neum*, domi obſervent, & à rebus Venereis quan-
'tum

'tum poſſunt abſtineant. Domi etiam reverſuri iti- De Virtutibus Thermarum Bathon.
'neribus brevioribus quotidie utantur, & à frigore &
'crapula caveant præcipue. *Bauhinus*: Profecturi
'à Balneis, hinc incipiant conceptæ ſpei ac ſalutis De Therm. Boll. l. 2. c. 16.
'ſervare rationem, ut ſi multo intervallo abfuerint,
'ad poſtremum diem, atq; etiam tertium differant:
'dum ſane immunes à miniſterio Balnei ſe recreent.
'Poſtea ſe caute exponant itineri, maximè ſi pedeſtri
'eant itinere, ut duriores quotidie viſuntur, ac ſani.
'Nec minus qui equo vehuntur, maxime imbecilles,
'laſſitudinem quantum fieri poterit evitent, æſtum,
'faſtidium equitandi, & alia ejus generis quæ vix
'enarrari poſſunt viæ incommoda. Imo ſi algor
'aeris vel pluvia intercidat, vel in lectica vehan-
'tur, vel in arceris vulgaribus non equitent, ſom-
'num tamen intempeſtivum, eoq; magis exhauſti in
'Balneis non ſufferant. *Item:* Repletionem tum cibi,
'tum potus cavere debent, ſomnum diurnum, immo-
'dicas noctu vigilias, nimia exercitia, pariter ac oti-
'um, omnem malam ambientis aeris conſtitutionem,
'moleſtias animi, iracundiam ac paſſiones iſtiuſmodi
'alienent. Alvus ut quotidie bis eat procuretur, vel ſal-
'tem non minus conſueto. Venerem tanquam peſtem
'nocituram ſciant, maxime imbecillis, valentioribus
'autem per menſem ad minùs, non adeo concedendam.

CONSILIUM III.

'SI primo Balneandi tempeſtate non ſanaberis, pati- Conſ. 3.
'entem & virtute plenam vitam age, donec *proxima* redierit, & tum ſi in *DEI* gloriam, & Tuiipſius
'utilitatem ceſſurum ſit, ſanitatem *DEI* gratia recu-
'perabis, à quo Omnis animæ Corporiſq; ſanitas deſcendit.

CON-

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

CONSILIUM IV.

Conſ. 4.

ADdo Quartum *ex Fabritio*; Eos *viz.* qui Valetudinis gratia Balneum petunt, in ipſo nec comedere, nec bibere debere. Quod ſi vehemens infeſtet ſitis, eam vel fructu aliquo refrigerante, ceu malo punico, aut alio quopiam ſitim fallente, ſedare licet. *De hoc errore Gæbelius*: Hic mihi non eſt prætereunda perverſa quorundam conſuetudo, qui quocunq; tandem conflictentur morbo, ſive externo, ſive interno magna valetudinis jacturâ, & medici contemptu, intempeſtive lavant, atq; in ipſo ſolio potitant, pergræcantur, dormiunt, ſæpenumero etiam vix à Venere abſtinent. His ſi quid ſiniſtre accidit, id Balneis imputant, melius ſe ante ac poſt Balneum habuiſſe dictitantes. Qualis autem uſus, talis & ſucceſſus; ipſiq; adeo temeritatis inconſultæ ſibi pænas accerſunt: ex quo fit, ut Thermæ, ex ſe quidem ſalutares, propter abuſum male audiant. *Et preſſiùs multo ad propoſitum Montagnana*: Qui voluptatis ergo Balnea quærunt, qui aſſolent eſſe repleti, & nulla victus ratione utuntur, Balneando incidunt in febres putridas, & alios pravos affectus. *Communis modus Comedendi & Bibendi in Balneo Laſcivia eſt.* Si cibi ſive potus ſint calidi actu & potentia, augent caliditatem, & à Balnei calore diſponuntur ad corruptionem & putredinem; ſi ſint frigidi, impediunt ne diſſolvantur quæ per Balneum oportet diſſolvi, & obſtructiones faciunt difficiles curatu. Sive ſint *frigidi*, ſive *calidi*, impediunt actionem Caloris innati.

De Baln. *Aquenſ. p.* 38.

De Therm. S. Jobi. *l.* 1.

De Baln. *Pat. Tr.* 2. Conſ. 800.

CON-

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

CONSILIUM V.

Conſ. 5.

QUI Balneo utuntur modeſte *ſe gerant*, laſciviam *vitent omninò*, *nullius* pudicitiam, *aut* famam *lædant*, *& motus omnes inordinatos & conturbantes aquas ſeponentes*, quiete *conſideant. Nam qui* ambulando *nimium in Balneo*, *aut quod nimis eſt in uſu*, Nando *ſe exercent*, *non modo aquas*, *volutando*, *ſe contaminant*, *ſed* minoris *etiam reddunt efficaciæ*, *quæ ſotus more*, *corpori membriſq*; *ejus* blande *placideq*; *applicari debent.*

CONSILIUM VI.

Conſ. 6.

POſt Embrochationem *ab Antliis optime Capiti ſit proſpectum*; *nec in morbis omnibus Capitis in uſum veniat. Privatim monet* Fallopius, ut à Stillicidio peracto XL. dies caput tectum geſtet laborans, quo tempore nunquam etiam caput ſibi abluat, caveatq; à Sole, à Pluvia, à Vento. In ἰμβεγχαῖς Corſenæ Balnei, *inquit Bauhinus*, plurimi ſalutem quærunt capite calido ſiccoq;, & deſtillationibus ſalſis calidiſq; affecti; quibus tantum abeſt ut proſint, ut etiam mirum in modum obſint, & graviter noceant. *Verum de hac re in Thermarum Nocumentis.*

De Therm. Boll. l. 2. c. 15.

CONSILIUM VII.

Conſ. 7.

'*COncludo cum Conſilio* Pantaleonis *de Thermis* Tigurinis, *quod tamen* meum *non facio*, *ſed* 'ejuſdem *verbis & autoritate* Balneantibus *Commendo.* 'Tria *monet* induſia aliquoties madefacienda in aqua

De *Virtutibus* Thermarum *Bathm.*

‘ Thermarum, & ſine expreſſione exiccanda, ut ejus
‘ vires penitus combibant. Induant, ut, ſi corpus ſu-
‘ det, ſentiat aliquid virium Balnei; neve fiat ſubita
‘ mutatio: geſtent unum induſium per triduum. *Me-*
‘ *morat* Bauhinus *de Thermis* Bollenſibus *libro ſecundo,*
‘ *Sectione priore, verbis ultimis.*

Expeditis *Thermarum* uſibus *externis*, & *Conſiliis*, ad *Virtutes*, quæ uſum *internum* comitantur, devenimus. Hæ autem *Regium* præcipue, & *Crucis* reſpiciunt; Nam *Regium* calidum æmulatur, & Reginæ *Crucis*, hoc tamen diſcrimine, quod *Calidum* caloris gradu intenſiore, *Reginenſe* vero remiſſiore iſto *Regii*, iiſdem fere morbis opitulatur; *Crucis* autem calor temperatus, minor cæteris, *Tuto* ac *Jucunde*, licet haud æque *Citò* opem præſtet.

Balnei Regis *Virtutes.*

Balneum itaq; *Regale* & Maximum, affectibus *humidiſſimis* & *frigidiſſimis* ſuccurrit; potenter calefacit; exiccat; humores ab internis corporis partibus ad externas pellit, diſcutit, attenuat, abſtergit, & affectibus §*Nervoſis* apprime ſubvenit; Convulſioni, in caloris gradu remiſſiore caute uſurpatum; Paralyſi, Senſus, & motus *defectui* cuicunq;, *maximo*. Artubus rigidis, ſtupidis, & trementibus, tonum, ſenſum, & flexibilitatem reſtituit; humores ſalſos & vitioſos evocat, ut in Symptomate dicto Balnei *Mantello*, de quo capite XV, evidenter apparet. In articulari morbo *declinante*, & ejuſdem paroxyſmo *finiente*, & præſertim in dolore iſchiadico, utile. Gonagræ veræ, & interdum chiragræ nonnihil opitulatur; & Tumores pleroſq; *ſtrumoſos*, etiam & *ſcrophuloſos* diſcutit diſſipatq;. In regione Diaphragmatis coarctatis, & cachecticis proficit. Hydropem (*Anaſarcam* maxime) morbum Ictericum, & Virgineum tollit,

aut

aut minuit. Morbis frigidis Ventriculi, Hepatis, Lienis debellat; Dolores viſcerum, Renum, Laterum (ſine *febre*) ſedat; Uteri frigidos & humidos affectus domat. * *Conceptum* promovet; &, ob fermentum *Uterino* analogum ſanguini communicatum, * *menſtrua* provocat; Doloribus uterinus quietem præſtat; & laſſitudinem tam ſponte, quàm à labore proveni-entem removet, unde Balneis *Aponenſibus* haudquaquam cedit. Temperiebus frigidis, & Carnoſis magis aptum, aridioribus autem, & Extenuatis minus proficuum. QUIBUS accedunt, *Lethargi*, *Epilepſiæ*, *Spaſmi leviores*, *Surditas*, *Memoriæ vitia*, *Dolores veteres*, *aliiq; Morbi & Symptomata eodem ſpectantia.* Scorbutus etiam, modo corpus bene præparatum fuerit, & μίασμα *Scorbuticum* prius rite ſubactum; & Morbi *Hypochondriaci* dolores acuti, qui moderato Balnei Temperati uſu *mitiores* evadunt, ut & paſſio *Hyſterica* & *Convulſio*; *intempeſtivo* autem uſu, & *longiori* in Thermis calidioribus mora, morbi ultimo memorati efferantur magis & exaſperantur. Imo Balnei uſu & Calore *intemperato* Leonem dormientem prius ſopitum expergefieri non raro obſervatur, & obſervatione una aut altera, In Domino *Cockburnio* Scoto-Britanno, & Prænobili Domina D. *M. C.* confirmatum inſerius, ubi de *Noxis* à Temerario *Thermarum* uſu provenientibus verba faciemus.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

* *Vid. cap.* 15. N. 50.

* *Vid. cap.* 16.

De *Regalis* Balnei Virtutibus ſpeciatim *Jordenus*: 'Balneum Regale, ut omnium *Calidiſſimum*, ita affectibus frigidioribus, frigidis & phlegmaticis temperiebus *aptiſſimum* eſt, & effecta quotidiana experientia confirmata habemus in *Paralyſibus*, *Doloribus inveteratis*, *Iſchiadicis*, *tumoribus frigidis*, &c. tam per ſudorem evacuando, *quam* partes affectas calefaciendo,

De Baln. Nat. & Aq. Min. c 18.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

ciendo, humores attenuando, discutiendo, resolvendoq;. Quinetiam in *Epilepsiis*, & affectibus *Uteri*nis, in Scorbuto, & ista *Hydropis* specie quam *Anasarcam* vocamus.

De Baln. Bathonic. *p.* 2.

De ejusdem Balnei virtutibus *Vennerus*: *Balneum Regis calidissimum est, ornatu, ambitu, & efficacia prorsus Regale, cujus calor ferri vix potest. Balneum hoc calefaciendi fortiter, aperiendi, resolvendi, attrahendi, & exiccandi virtute donatur, ideoq; frigidis & humidis tam corporibus, quam affectibus solum aptum est.*

Phthisiol. l. 3. *c.* 11. *p.* 324.

Neq; prætereundum puto quod in Historia morbi Dominæ *Covert* memorat D. D. *Ricardus Mortonus*, in exercitationibus Medicis de *Phthisi* nuperrime editis. *Eam*, inquit (post *Phthisin* ab *Arthritide* & *Rheumatismo* ortam curatam) *per spatium sex Hebdomadarum ad usum Thermarum* Bathonienſium *internum, atq; etiam externum relegavi, imperando Tendines, atq; tumefactos artus, sub finem singularum Balneationum diu, atq; libere aquis Thermarum Regiarum Embrochari.* Additq; paulo post: *Mense Septembri ægra Nostra ab usu* Thermarum, *cum multo fructu reversa est; præcipue vero exinde Tendines, atq; artus affecti plurimum restituebantur.*

Rachitidis *ætas.*

In *Rachitide* puerorum morbo apud Anglos *novo*, ante annum Domini MDCXVIII. plus minusve inaudito, ac forsan *Vernaculo*, levamen maximum infantibus, pueris aut puellis à Thermis *Patriis* accedit. Cùm enim in Succi nutritii *inæquali* distributione, ob *laxatum* partium *tonum*, essentia istius morbi consistere videtur, Thermarum calor obices removendo, tam distributionem Succi, quam chyli *dividendi* infirmas partes *roborando*, juvat promovetq;, unde nutrimento partibus *æqualiter* distributo, & viscerum

Whistlerus *Vindicatus.*

rum obſtructionibus diſcutiendo reſeratis, eodem gradu & tenore *Nutritionis* opus progreditur. Morbum hunc ante *Gliſſonii*, *Batei* & *Regemorteri* ſcriptum clariſſimo viro, & *Doctiſſimo*, dum in Vivis, *Medico*, *Danieli Whiſtler*, Collegii Medicorum *Londinenſis* nuper Socio, innotuit, qui in *Theſibus* pro Medicinæ laurea Anno MDCXLV. *Leidæ* impreſſis de eodem ſub nomine *Pædo-Splanchn-oſteo-caces* diſſeruit, ibiq; *Nomen*, *Naturam*, & *Curam* diſerte prædicavit. Aſſectum iſtum nomen accepiſſe vir clariſſimus oſtendit, non à *Græcorum* vocibus ῥάχις, ῥαχίτης, aut ῥαχίτης, ſpinam dorſi reſpicientibus, ut *Triumviratui* modò memorato, Doctiſſimi viri, neq; *ſententia*, neq; *nomine* allegato unquam, *moroſius* ſaltem, ſi non *injuſte* paulo placuit; ſed ab *agyrta* quodam ὁμωνύμῳ Nomine **Rickets**, cujus cognomen jam in *Anglia* floret, ut viventes teſtantur, qui Morbi curam *Neoburgi* in agro *Berkerienſi* primus inſtituit, & ipſiſſimum remedium, *Receptam* vocant, ſibi notum fuiſſe à celeberrimi iſtius Medici, dum in *vivis* erat, ore, aliquando me accepiſſe memini, cujus memoriæ *juſta* hic perſolvere non gravabor. Verba ejus loco margine citato, ſic ſe habent. *Viginti ſex plus minus retro annis* (ſcripſit Autor A. D. 1645.) *morbus hic primum apud nos innotuiſſe perhibetur*, *nomenq; ſibi* **The Rickets**, *à cognimine cujuſdam id morbi Empirice primo curantis adoptaſſe dicitur. Alii ex rure volunt delicatulum hoc nomen oriundum, ex agro ſcilicet Dorceſtrenſi, ubi, qui difficulter anhelitum trahunt* (*quod hoc morbo laborantibus frequens eſt*) *dicuntur loci idiomate* **To Rucket**. *Verum de nomine amplius non litigo, fas ſit ſolum in Britannia nato vocabulo latinæ civitatis jus donare, audiatq; impræſentiarum infans infantium morbus* Pædoſplanchnoſteocaces *nomenclaturâ.*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Vid. Cl. Whiſtleri *Diſput. Med. Inaugur. Theſ.* 2.

His

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Hexaſtichon joculare.

His adjungo *Hexaſtichon* joculare quod manibus Egregii viri de *Thermis* olim optime meriti Domini *Joannis Gell*, de *Hopton* in Comitatu *Derbienſi* Baronetti, ad *Thermas* tranſmiſit Doctiſſimus, & Rei Medici Peritiſſimus, *Gualterus Charleton*, M. D. & *Regalis* Collegii Medicorum *Londinenſis*, hoc anno MDCXC. *Præſes*, quod *Joannes Comerford*, M. D. Tractatulo ſuo de aquis Mineralibus *Wexfordienſibus* in Regno *Hiberniæ*, de iiſdem aquis *minùs* candide prædicavit, poſtquam *Baronettus* hos verſiculos Regalis Balnei muro Septentrionali, in Tabella ornata, manu nitida exaratos, impenſis propriis affigendos curaverat. Hoc inquam, Cl *Charletoni* Hexaſticon, quod *ludicre fecit* Vir Doctiſſimus, *& tulit alter honores*, ſic ſe habet.

Carmen *Luſorium*

Thermis *Nitro-Sulphureis*, Bathoniæ in agro *Somerſetenſi*, e Terra Scaturientibus, appingendum.

Unde hic *Fervor* aquis *Terra* erumpentibus uda?
Tela olim *hic* ludens ignea tinxit *Amor*.
Et gaudens ſtridore novo, *Fervete* perennes,
Inquit & hæc pharetræ ſint *monumenta* mea.
Ex illo *Fervent*, raruſq; *hic* mergitur hoſpes,
Cui non tittillet pectora blandus *Amor*.

An

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Anglice ſic.

What is't that to theſe Springs their Heat *im-*
parts ?
Love *once in* ſport *dipt here his fiery darts,*
And with their Hizzing pleas'd, This *heat,*
ſaid he,
My pow'rs perpetual *monument ſhall be.*
Since that they ſtill *have boyl'd, and* all *do find,*
Who bathe herein, their Hearts to love *inclin'd.*

Minime *novo* miraculo;
Cum Venus *flamma* ſit aquis nata,
& inter *lacrymas* ardeant *amantes.*

Quo tàm cauſa Caloris, quàm ab uſu Balnei ad Venerem incitamentum, ſignificantur lepide.

Ex his Virtutes *Calidi* aut *Longi* Balnei poſſunt intelligi; de cujus præ cæteris calore ad quorundam mentem, & præcipue *Joneſii*, in *primo* capite dictum eſt latius. *Jordenus* vero qui Balneum hoc in ſecundo caloris gradu, poſt *Regium* ſuppoſuit. 'Balneum calidum, inquit, iſti Regis haud cedit, utpote 'caloris gradu proximum, & ad mala eadem omnino 'utile. Membris relaxatis & infirmis robur citius 'conciliare, Quidam obſervat. De Balneo enim calido 'ait: Caloris efficacia proximum Regali Balneo eſt Balneum

Virtutes calidi, ait Longi Balnei.

c. XVIII.

Venner. de Baln. *Bath. p.* 2.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

'neum Calidum, quorum calor parum invicem differre obſervatur. Balneum hoc in iiſdem affectibus prodeſſe ſolet, quibus *Regis*, & effecta Regali edit haud ſecunda. Imo Membrum quodcunq; corporis imbecillum & relaxatum (experientia compertum habeo) majoris efficaciæ quam Regis, aut cujuſcunq; alteriùs Balnei exiſtit. Balneum hoc & Regium affectibus frigidis & humidis; & corporibus frigidiſſimis & humidiſſimis optimè conveniunt. Imo in morbis frigidis quamplurimis; artuum doloribus *Lue Venerea*, & ulceribus putridis Sanandis *Regale* Balneum ſuperare Calidum *Joneſius* affirmat. In Tumoribus, præſertim Calidioribus, non æque ac Temperatum Balneum proficuum reperitur. Iſtius enim generis tumores, calore ſuo intenſo, *evocare* potius quam *diſſipare* ſolet, ut in *capite* documentis planius apparebit.

Subſ. Bath. fol. 21.

Crucis vires.

Balneum *Crucis* in contractionibus, indurationibus, & reſolutionibus Nervoſarum partium mira præſtat, Tumores frigidos diſſipat. Cachecticis, Hydropicis, Strumoſis, & præpinguibus auxiliatur. Pueris Rachitide laborantibus, calore blando & leni, præ cæteris opitulatur. Iſchiadico dolori, ſpaſmis, Convulſionibus, (in quibus cum *Cautela* uſurpari debet, ſed *Regio* & *Calido* magis innocuè) Defluxionibus, Sterilitati, fluxui alborum muliebri, & uteri prolapſui ſubvenit. Conceptum promovet, quod pluribus inſtantiis confirmari poſſit. Et quidem cum uterum nimis humidum exiccare, imbecillum, lubricum, & quaſi paralyticum roborare; & immundum vitioſis humoribus ſqualentem abſtergere ſoleat, eundem ad ſemen *melius* & *purius* retinendum efficaciter diſponit, & iſto plane modo conceptionem adjuvat; præſertim ſi injectiones cum aqua Thermarum compoſita

Vid. c. 15. N. 50.


MAIORI
ldermanis & Civibus
THONIÆ, Elegantis
lis marmoreæ, in-
VCIS Balnei medio
perbientis. ICONEM
Consecravit
AVTOR.

ſitæ in *uteri* penetralia, modo debito veniant in uſum, & aqua calida ex Antlia, inſtrumentis commodis, in ipſius *Pudoris* ſinum infundatur. *Novis* autem *gravidis*, haud convenit, ut *Capite* XVI. dictum eſt inferius. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Eventum *lætum*, & ſucceſſus ſpei *pares*, Illuſtriſſimæ ANNÆ, *Filiæ* JACOBI II. natu *minori*, Excelſi Herois GEORGII Daniæ Principis, & CHRISTIANI IV. *Regis* Fratris *Unici*, *Conſorti*, precantur *Bathonienſes*, quæ, XIX. die *Maii* A. D. MDCLXXXVIII, unà cum *Illuſtri* Marito, ad *Thermas* adveniens, *Potationis*, & *Balneationis* ſtadio feliciter decurſo, *Regalis* Familiæ ad *Thermas* adventus, poſt *Regem*, *Reginam*, & *Catharinam* Reginam, numerum, Incolarum votis, & applauſu complevit. *ANNA* Daniæ *Princeps* apud Thermas 1688.

In *hoc* Balneo molem *novam*, ſublata *Veteri* ex *Arenaceo* lapide, (quem *ſectilem*, *ſciſſilem*, & *quadratum* in ſuperioribus nuncupavimus) *marmoream* albam elegantiſſimam, *Crucis* nomine vulgo notam, ultrò vovit *Benefactor* Munificus, JOANNES DRUMMOND, *Comes* de MELFORT in Regno *Scotiæ*, quam in Balnei *hujus* medio, hoc anno MDCLXXXVIII, *votum ſolvens*, erexit *magnificam*. Icon vero *Talis*. Annum Domini Hæc *Inſcriptio* Poſteris exhibuit: *Utriq; Parenti, Natoq; Principi, abſit gloriari, niſi in Cruce Domini Noſtri* Jeſu Chriſti, *ut plenius hauriant aquas* CUM *gaUDIo eX fontIbUs ſaLVatorIs.* *Moles* DRUMMONDIANA. *Comes de* Melfort *Benefactor.*

Porrò, Balneum *Crucis* in morbis *Cutaneis*, *impetigine*, *Vitiligine*, *Ulceribus cruſtatis humidis*, *Lenticula*, & *Elephantiaſi* proficuum obſervatur, *Carnoſis*, *frigidis*, & *phlegmaticis* corporibus *magis* convenire, *Calidis* vero, & *ſiccis*, non item. Quibus addi poteſt, *Continuatio* Virtutum.

De Virtutibus Thermarum Bathon.

in doloribus *Nephriticis*, levaminis aliquid ex *hujus* Balnei uſu *præ cæteris* majori jure expectandum fore; &, quod *Mapletius* obſervavit, *Articulorum tumores benigne ſubducit, dolores delet, & imbecillitates levat.*

Virtutes Balnei Reginalis.

Hinc etiam intelliguntur Virtutes Balnei *Reginenſis*, quod *Contentis* Regium æmulatur, & *caloris gradu*, ad *Crucis* Balneum *propius* accedit; ut in *Primo* Capite dictum latius. In *procidentia* autem *Uteri* Cl. Mapletius *Cruciatis* Thermis *Reginenſes* præfert: *Hæ quoniam plus exiccant; iſtæ magis emolliunt.* De *Reginæ* & *Crucis* Balneis *conjunctim*, ita *Jordanus*:

Conſ. pro D. Berry Devonienſi.

‘ Reginæ & Crucis, *monet Cap.* XVIII, in gradu caloris ‘ magis temperato, temperamentis tenellulis magis ‘ apta ſunt, quæ Balneorum Cæterorum calor in- ‘ flammare ſolet, in quibus etiam calor mitis & ‘ emolliens, quam violentus, prædatorius, & per ‘ ſudores potenter evacuans, magis requiritur. His ‘ Thermis diutius immorari poſſunt ſine ſpirituum ‘ diſſipatione, quam in reliquis. *Reginæ* Balneum ‘ *Crucis* Balneum calore ſuperat, Caloris tamen ‘ gradus temperatus pleriſq; ſatis convenit. *Crucis* ‘ Balneum omnium frigidiſſimum, (*aut verius minus* ‘ *calidum*) exiſtit, utpote paucioribus Scatebris qui- ‘ bus impletur fruens. Obſervamus tamen illud præ ‘ reliquis artus emollire magis, & flexiles reddere, ‘ partim quod Balneantes in iſto Balneo calorem ‘ diutius ferre poſſint; partim quia Nitri plus, quam ‘ Balnea cætera, ut dictum, continere videtur, quod ‘ melius mundificat, & cæteris Mineralibus penetra- ‘ tionem ſuperaddit, unde in contractionibus, Epilep- ‘ ſiis, Convulſionibus, Spaſmis, &c. Balneum hoc ad- ‘ modum utile judicamus, quemadmodum in morbis ‘ cutaneis, ut Ephelidibus, Impetigine, &c.

N. B.

De

De his Balneis *Vennerus* ita ſcribit: *Balneum Reginæ Regalis pars eſt, muro tantum interpoſito, oſtio pro communi introitu relicto. Balneum hoc caloris gradu ad Regium non aſcendit, ideoq; iis quibus Regalis Balnei calor eſt moleſtus, magis convenit. Crucis Balneum quoad calorem Temperatum maxime apparet, & admodum temperate calidum obſervatur. Infantibus, imbecillibus & teneris corpuſculis apprime accommodum, & quibus balnea calidiora non conveniunt. Balneum ad præſervandum corpora temperata utile. Iſta enim calidiora Balnea afficere poſſunt, & iiſdem officere. Neq; in præſervatione ſolum proficuum hoc Balneum, in ſtatu & conſtitutione temperatis, ſed iis etiam aliiſq; per modum ſanationis, quando Balnea calidiora attingere non expedit. Balneum hoc caloris ſui mitis ratione, inſigni emolliendi & relaxandi vi donatur. Ad contractiones itaq; alicujus partis utile; infarctus pectoris, Lienis, Hepatis, Renum, & in doloribus veteribus efficax, quùm in caloris ἀκμῇ, & vigore extiterit; præſertim vero iis quorum temperamentum, & habitus corporis calidiorum Balneorum uſum prohibent. Balneum hoc perfectum caloris ſui ſtatum non aſſequitur, donec Cœlum fuerit perpetuo calidum, & quando Balnea cætera, niſi in morbis & corporis habitu valde frigidis, ob illorum Fervorem nimium uſurpari nequeunt.* Hæc ſpeciatim, &, in Balneis Reginenſi, & Crucis, *diviſim.*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

De Baln. Bathon. *p.* 2, 3.

Balneorum autem Omnium *Conjunctim* vires addo ex mente Cl. *Jordeni*, qui ita ait: *Ob Mineralia hæc una cum calore Balneorum actuali, immerſionem in Thermas totius corporis habitum calefacere obſervamus; humores attenuare, poros cutis deobſtruere; Sudorem commovere; urinam ciere; Matricem mundificare; Menſtrua provocare; humores præternaturales exiccare; partes imbecilles confirmare; Nervos & nervoſas partes*

De Baln. *Nat. & Aq. Min. c.* 18.

De Virtutibus Thermarum Bathon.

omnes corroborare; cutim mundam reddere; & humores salsos inde evocare; obstructiones, si nimis impactæ non fuerint, reserare; articulorum, nervorum & musculorum dolores sedare; tumores duros dissipare, &c. unde Balneatio utilis est adversus Paralyses, Apoplexias, Caros, Epilepsias, Stupiditates, Defluxiones, Morbos articulares, dolores ischiadicos, contractiones, spasmos, dolores inveteratos, tumores, impetigines, scabies, lepras, dolores colicos, flatus, fluores albos, menstruorum fluxum cohibitum, Sterilitatem, abortum (utero existente vacuo) Scorbutos, Anasarcas, & generatim effectus omnes frigidos & phlegmaticos, quos hic enumerare supervacaneum foret. In quibus omnibus sanandis Thermæ nostræ magnam opis partem præstant, si periti Medici arte & Consilio imperatæ fuerint, corpus debite præparatum, & adjumenta necessaria iisdem fuerint addita. Et quum sine Thermarum similium auxilio morbi hi aliter quam ignis, Scarificationum, causticorum, diætarum, amarorum, & palato minùs arridentium medicamentorum tædio, & tormento, curam vix soleant admittere, in hac Thermis utendi methodo, amica omnia & grata perficiuntur, & remediis cæteris haud rarò multo efficacius, quapropter in his morbis, omnibus aliis Subsidiis incassum tentatis, usurpari solent.

De Baln. Bathon. p. 4, 5.

Venneri autem opinio de Thermarum Virtutibus in genere sic se habuit: Thermæ hæ celeberrimæ singulari virtute donantur, non tantum adversus morbos quoscunq; frigidos, aut à causa frigida, aut humida provenientes, sed etiam Sanitatis tempore, corporibus frigidis, humidis, & carnosa mole laborantibus, Solamen magnum, & utilitatem haud levem afferunt. Poros enim cutis reserant, resolvunt, attenuant, digerunt, consumunt, superfluitates foras evocant, unaq; totius corporis habitum sanant, & exiccant. Morbos capitis

&

& nervorum causa frigida & humida oriundos, efficaciter debellant, quales Rheumata, Paralyses, Epilepsiæ, Lethargi, Apoplexiæ, Spasmi, Surditas, Memoria læsa, Tremores, alicujus membri imbecillitas, dolores veteres, junctrurarum tumores, &c. Valde etiam prosunt flatulentis & Hydropicis, Corporis parti alicui dolenti & tumenti, modo à causa calida affectus non dependeat; ad tardam & ad motum ineptam corporis gravitatem; membri alicujus stuporem; Lumborum dolorem; morbum articularem; præcipue dolorem ischiadicum; tumores frigidos Lienis, & Hepatis; Morbum ictericum in corporis habitu plethorico, & phlegmatico. De Virtutibus Thermarum Bathon.

Utiles etiam sunt ad pulmones humiditate nimia oppressos, & ad corpora mole nimium aucta laborantia, nihilq; magis efficacius quam Thermarum harum frequens usus exilia reddit; unde qui obæsitatem evitare studeunt, & ne præter justam corporis figuram argeantur timent, ad Thermas vestras sæpius studiose se conferant. Harum enim ope, & periti medici consilio, non tantum sanitatem suam conservare, sed indecoram quoq; corporis molem minuere possunt, aut prævenire. In Pulmonum vitiis, & corpulentiâ nimia.

Mulieribus etiam eminentem Virtutem porrigunt. Sterilitati enim sunt remedio, & matricis morbis omnibus & affectibus causa frigida, & humida oriundis. Affectiones etiam cutis sanant, quales Scabies, impetigo, ulcera vetera, &c. Quæ omnia vera esse, quotidiana experientia edocti, mirantes invenimus, in magnum plurimorum solatium, qui morbis deploratis misere afflicti, ad Thermas accedunt, ibiq; medicamentorum efficacium ope, & Thermarum virtute, Omnipotente DEO Benedicente, sanitatem pristinam recuperarunt. Morbi Mulierum. N. B.

Item alibi: Mineralia quæ virtutem medicinalem his Ther- p. 2.

De Virtutibus Thermarum Bathon.

Thermis impertiunt ſant præcipue Sulphur, Nitrum, & Bituminis nonnihil. Quod tincturam ſuam inde recipiant ab Effectis apparet. Calefaciunt enim, exiccant, diſcutiunt, reſolvunt, attrahunt, emolliunt, abſtergunt, &c. Quodnam autem aliud in Terræ viſceribus, unde aquæ calidæ ſcaturiunt latere poſſit, haud ſcio: hoc tamen certo ſcio, morbos qui nullis remediis aliis cedunt, curationem hic quotannis admittere.

Balneorum omnium vires olim.

Univerſim *olim* prodeſſe putabantur, teſte *Joneſio*, *ad Lentigines, Tineas, Achores, Cruſtas, papulas, puſtulas, ulcera, eruptiones biliоſas, Apoſtemata, Impetigines, Lepras,* * *Luem indicam, morbos articulares, artuum dolores, Paralyſes, Apoplexias, Epilepſias, Tremores, Spaſmos, Deſtillationes, Catarrhos, Branchos, Coryzas, raucedines, Tuſſes, oculorum & aurium humiditates, aurium tinnitus, Strangurias, Diabetem, Tenеſmos, Dolores Colicos, Fluxus, Hæmorrhoidas, Febres intermittentes, Tumores & indurationes Lienis, Matricis Tumores, Hepatis frigiditatem, & durities, ſtatus, duritiem quamcunq;, Sterilitatem, Matricis lubricitatem, & frigiditatem nimiam, Gonorrhœam, Morbum Virgineum, hydropes, cerebri frigiditatem, memoriam leſam, & Lethargum.*

* *Vid. Cap.* XVI. *in fine.*

In imbecillitate, & Contractionibus Mapletius.

Clariſſimus autem *Mapletius* (è cujus *Epiſtolis* plura ſtatim) Epiſtola ad D. D. *Fraiſer*, in gratiam prænobilis Dominæ *Fairfax*, de *Balneo* Crucis: *Ad multa utile eſſet in Balneo frequenter commorari. Nam inde ſpes elucet futurum aliquando, ut infirma membra, contractæq; manus ſenſim explicari, extendi, diſtributo felicius ſanguine, & alimento, Corroborari poſſint.*

In Podagra Turnerus, &

Porrò hic memorandum cenſeo *Gulielmum Turnerum* Virum Doctum, & Celebrem, tractatu ſuo Vernaculo de Balneis *Bathonenſibus* retuliſſe, ſe in *Podagrâ*

gri Balneorum uſum mire approbaſſe. Verba ejus, quæ *Latina* feci, ſic ſe habent. 'Bathoniæ Commoranis, cum quodam Podagrico, Balnea intravi, & ſi rem ex effectis dejudicare liceat, exiccant mirifice, & Podagram ſanant optime, & tempore haud ita longo, quemadmodum cum multis aliis, *Milesius* quidam *Somerſetenſis* Ducis Hiſtrionum unus teſtis eſſe poterat. De hac re *Joannes Bauhinus*, qui *Turneri* librum vidit, & citat, de Balneis *Bollenſibus*, Lib. 3. Cap. 6. quod inſcribitur. *Ad articulorum & junctarum Morbos*: *Gulielmus Turnerus* de Balneis *Bathoniæ* in *Anglia*: 'Videntur mihi potiſſimum Sulphure conſtare, id quod ex Odore & Sapore facile deprehenditur. Ex Effectis idem colligitur. Exiccant enim mirifice, egregiè ad Podagram faciunt, idq; brevi tempore, cujus rei atteſtatur * Comitis Somerſetenſis famuli iſtis procurata ſanitas. Quibus ſuccedit *Carolus Claromontius*, qui vulgi Opinionem de Balneorum *Bathonicorum* Virtutibus ita recitat: 'Eas Balineas paralyſi languidis, Arthridite diſtortis, Convulſis, & quibus torpent membra, & omnibus omnino frigidis affectibus mederi, conſtans fama eſt. *Addit*: Ego Coli dolore Cruciatis, & Lumborum prodeſſe non dubitaverim. Sed de morbis quibuſdam *ſupra* memoratis, in quibus in *Thermarum* uſu *Cautio* adhibenda, plura in Capite de *Nocumentis* Thermarum.

De Virtutibus Thermarum Bathon.

Bauhinus.

* *Ducis, & ſub* Edvardo VI. *Rege* Protectoris (*dicti.*)

In doloribus *colicis & Nephriticis*. Claromontius, *de Aer. aq. & loc. Angl. p.* 31.

Vapor etiam *Thermarum* in oculorum affectibus, ad *Rheumata* exiccanda, & Sedalium Venarum *dolorem* ſedandum, multum valet, ſi per *Sellam* Perforatam intra corpus recipiatur: In *Pulmonum* etiam affectibus, propter *Sulphuris* miſcelam, inſpiratus prodeſt.

Vaporis Thermarum *virtus.*

Quùm

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Quædam ex *Epistolis* Napletii.

Consilium *ad Medicos* Extraneos.

Quùm autem *Napletii* nuper facta fuerat mentio, quædam, quæ ad hanc rem faciunt, ex ejusdem *Epistolis* subnectenda. Et *primo* quidem loco *Consilium* ejus ad Medicos *Extraneos* in Epistola ad D. *Gasparum Needham* scriptâ (inter alia ad *Thermarum* vires spectantia) memorare placet: 'His ita dictis, medicos 'quocunq; loco à Nobis dissitos & remotos, usu pro'inde, & suis de Thermarum natura observationibus 'minus edoctos, sed incertæ speculationis acumine 'nitentes, obtestarer equidem, si liceret, ut Fontes 'nostros Beneficium *cælitus* concessum, in Terræ vi'ceribus divino influxu progenitum, igne nondum 'intellecto accensum, & caloris inextinguibilis pabu'lo, per tot sæcula inexhausto nutritum, & ditatum,

Thermæ Bathonicæ *Anglorum* gentis decus & Gloria.

'à quo Nostralibus, Exterisq; persæpe sanitas, *Anglo*'*rum* genti præ vicinis aliis *Decus* atq; *Gloria* sem'per affulserunt, nolint in terriculamenta quædam 'inania vertere, & Apinas reputare, ne Populoribus 'suis in salutis negotio obstare, atq; invidere, & sum'mo Numini, doni tam stupendi Benignissimo Largi'tori (quod ab Egregiis viris *DEUS* avertat) ab ni'mium ingrati esse videantur.

Item Epistola ad D. *Joannem Wedderburne*, Equitem Auratum. 'De me tantillo, siqua *Te* solicitudo 'teneat (quid enim quin *Te* aliqua teneat dubitem?) 'Aquis calidis me adhuc commorari scias, & in *Ther*'*marum* luto hærere, minus forte læte ac feliciter Te 'jam in alium tanquam orbem erepto, & simul sub'latis è medio Tibi familiaribus Mihiq; amicissimis

Beneficium Anglis *concessum* divinitùs.

'magni Nominis Viris, *Prujeano*, & *Bateo*. Vobis 'in confesso semper fuit *Thermas* nostras Beneficium 'esse *Anglorum* genti *Divinitus* datum, morbisq; 'quamplurimis extirpandis natum, secus ac hodier'ni censent medicorum nostrorum Coryphæi, qui

aff-

'affectibus Paralyticis cauſa frigida oriundis *Baias* 'noſtras dicunt poſſe conducere, aliis autem vix ul- 'lis convenire. *Scorbuto* nempe laborantibus vene- 'num, *Hypochondriacis*, & *Hyſtericis* peſtem quan- 'dam eſſe. O viros in ipſo ſcientiæ fulgore, nimioq; 'lumine, lubenter ignaros! quos alloqui licet, ut 'D. *Paulum* Feſtus, πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει. 'Ego ſane in contraria ſemper fui ſententia, quam ſi 'DEUS dederit, Sole meridiano Clariorem ali- 'quando demonſtrabo.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Medici invidi *correpti.*

Epiſtolâ ad D D. *Maſon* Leiceſtrenſem pro *Nepote* ſuo ſtrumoſo, de D. D. *Bate* verba faciens: 'Eruditiſſimo Doctori probata ſunt omnia, iiſq; adjecit 'ſuum Euge. *Thermas* quidem ipſas inter præſidia ad 'ſtrumas accommodata, & adverſus malum tantum 'utiliſſima numerare non dubitavit.

Ad Strumas.

Epiſtola ad D. D. *Smith* Banburienſem, pro *Crokero* Armigero Paralytico. 'Elucet tanquam è nubeculâ 'Thermarum virtus propitia, quæ remediorum mini- 'ſterio adjuta, manus affectæ pollicem ad voluntarium 'motum quandoq; exuſcitat, in digitis tremulum exci- 'tat & involuntarium.

Idem in Epiſtolâ *Secundâ* ad D D. *Quatremain* pro Domina *Dyke*: 'Si tandem eventum, qui Stadio in 'Balneario labores tot hebdomadis perpeſſa conſequi- 'tur ſcire aveas, & quid Boni emenſa nobilis Domi- 'na reportet: Certe in hoc uno profectus fere ſum- 'ma ſita eſt, frigiditate nimium Tibiæ jampridem af- 'fectæ ablegata, quæ dolorem ſibi comitem habuit; 'ejus in locum optatus calor (at Socio dolore non op- 'tato) ſucceſſit, & ex æquo Tibias utrinq; vege- 'tat.

Epiſtolâ ad D. D. *Buckenham* pro Domino *Layer* Vertiginoſo: 'Præ cæteris tamen auxiliis ægrotanti

Ab Embrocharum *uſu* Beneficia.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

'alias à Topicis vi calida donatis adjuto, maxime ar-
'riſit Embrocharum calor, hinc nimirum ſemper
'floruit eventus. Sub Antlia enim rigatus, mira
'refectione perfuſum caput, & plane exonera-
'tum, ſuoq; exutum pondere, donec confertim
'à flatuum copia denuò invaderetur, nunquam non
'ſenſit.

Ad eundem *iterùm* pro nobili Domina D. *Bacon.* D. *Edmundi Bacon* Equitis Aurati conjuge: 'Diſce-
'dit itaq; Domina abſq; introducta ſiti probe deſicca-
'ta, exhauſto per ſudores à Thermis quos athletice
'pertulit penu ſeroſo, adeoq; hoc uno ſi nullo alio
'nomine (nam præterea Corroborari uterum opinor)
'Fætus conceptioni, in qua deficere non conſuevit, ap-
'tior, ad maturam vero retentionem, quæ aliquoties
'abſuit, multo fælicius diſpoſita.

Ad Genua infirma.

Epiſtola ad D. D. *Tymme* pro Domina *Caplen:* 'Reditum ſuum adornatura Domina, reſtitutum à
'*Balneis* genuum robur ſecum adfert & Tibiarum co-
'lumnas elegantem corporis fabricam jam fortiter
'ſuſtinentes reportat. Tam obſtructum in illa Hepar,
'quam cætera infarcta viſcera (quorum Tuis in Lite-
'ris meminiſti) non ſolum Balneorum aquis *Remedio*
'*è Topicis præſtantiſſimo*, ſed etiam aſſumptis ſelectiori-
'bus medicamentis, quorum chalybeata chorum du-
'cunt, reſerare & deoppilare contendimus.

Ad relaxandum nervos contractos.

Epiſtola ad D. D. *Fraiſer*, pro Illuſtriſſima Domina *Duciſſa* Monumethenſi: 'Ab aquis Calidis diſceſ-
'ſit nobiliſſima *Heroina*, luxatæ olim Coxæ pluri-
'mum aucto robore, cujus incrementa ſingula lite-
'ræ aliquot non una vice ad Te jampridem datæ,
'enarrant priores, &c. *Et paulo poſt*: Ipſe in nervos
'contractos omnem in articulo defectum rejiciendum
'cenſebam, quorum ad relaxationem debitam valde
'con-

'conducere credebam Thermarum Crucis usum diu 'continuatum, &c.

De Virtutibus Thermarum Bathon.

Epistola ad D. D. *Gasparum Needham* pro Nobili Dominâ *Fanshaw*. 'Jubetur itaq; in Balneo Crucis 'diebus singulis per horam, vel sesquihoram, se prolu- 'ere, ubi dignissima quasi *Diana* quædam nymphis 'omnibus visa est præsidere. Quanto autem cum 'profectu hoc fuerit factitatum, ipsi Dominæ enar- 'randum relinquo. Neq, enim calentes aquæ Lie- 'nem in Turbas concitarunt, neq; levati per illas 'vapores, in Corporis capitolium impetus suos fece- 'runt, sed è contra tremulis quibusdam membris 'nervorum firmitudinem conciliarunt, aliisq; intem- 'perie frigida correptis, calorem nativum, potentissimi 'instar sotus, restituerunt, cum capite interea, tum Li- 'ene salvo & illæso.

Ad membrorum Tremorem.

Epistolâ ad D. D. *Ballard* pro Domina *Washington*: 'Ad sensuum Testimonia provoco, si latus debilita- 'tum respicere velimus, Ecce incessum Dominæ fir- 'miorem, agiliorem, dextræq; digitos contractura 'omni expeditos, & ad quæcunq; munia obeunda 'promptiores, videant omnium intuentium oculi. 'Verba porro, quam in Dominæ ad Thermas adven- 'tu, facilius formari, & articulatius proferri, judicat 'auditus omnium. Lunarium purgationum periodos 'observavimus Thermarum adjumento certi ordinis 'recursu accessisse Icteriq; albi abstulisse metum, 'reviviscente in Dominæ vultu roseo juventutis flore. 'Quod ad ventriculum spectat, officio ipse suo, per 'tanti apud Nos temporis decursum rite functus est, 'appetentia neq; dejecta, neq; depravata, cujusmodi 'perpaucis in diuturno Balneorum usu contingit be- 'neficium.

Ad Contractiones, Loquelam læsam, & morbum virgineum.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Epiſtola ad D. D. *Gualterum Needham*, in gratiam Dominæ *Noel*: 'Contractionem Tibiæ quanquam 'non ſublatam, multo minorem ipſa Domina fatetur. Sed de his plura, quò ſpectant proprie, in Capite de *Thermarum* Effectis. Tantum hic adjungo Cl. *Williſium* Epiſtola quam ad me dedit in hoc opere memorata, non modo *affirmaſſe Thermas intus ſumptas Diabeten admirabiliter ſanare*; ſed *exterius etiam adhibitas Catamenia in plurimis, ut ut diu ſuppreſſa, provocare ſolere.*

Vid. Cap. XV.

Ad Diabeten & ſuppreſſa menſtrua.

Et, quidem hic de *rubedine* quadam, & *aſperitate* cutis, quæ *novis* Balneantibus ſolet accidere, & Balnei *Mantelum* vulgo audit, diſſerendum foret, quum ad *virtutes* Thermarum referendum ſit, quod earundem Miniſterio *impuritates* ab *internis* corporis partibus ad *exteriores* evocentur; at vero quùm ſymptoma hoc ad *Thermarum* effecta ſpectet proprie, & à *Thermis* aliquid *productum*, quam *producibile* reſpiciat, ejuſdem Conſiderationem ad *Caput* XV. aptius rejecimus, ubi *Effecta* Thermarum de induſtria tractabimus.

Thermarum Mantelum.

Quùm autem Thermæ *Bathonienſes* non tantum à *Salibus* & *Sulphure*, ſed etiam à lapide *arenaceo*, (quem Nos *ſectilem* in præcedentibus, & *Autores* alii *fiſſilem*, & *ſciſſilem*, in ſcriptis appellitant,) *virtutes* obtineat, aquarum placet per dictum lapidem tranſeuntium *vires* hoc loco proponere. 'Aqua per 'lapidem ſciſſilem delabens, *inquit* Jacobus Theodo- 'rus Tabernæmontanus, Tumores Tibiarum & Pu- 'dendorum Balneo tollit; dolores per artus vagos 'profligat; humores vitioſos ſubcutaneos conſumit; 'Scabiem, pſoram, & pruritum omne genus per- 'ſanat. Lapidis ejuſdem, ſi modo idem ſit cum *Arenaceo* quem Liberum vocamus, pulveris aut magiſterii

Balneorum a Lapide *virtutes.*

Theſaur. Aquar. l. 2. c. 108.

gisterii in Thermis, aqua intus sumpta, vires *inferius* retulimus.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Tandem *Alexandri Necham* poetæ Nostratis, circa annum Domini DCC. in vivis, *Carmina* adjungo, quibus Balneorum *Bathonensium* Virtutes ita celebrat:

Bathoniæ *Thermis vix præfero* Virgilianas,
Confecto prosunt Balnea Nostra seni;
Prosunt attritis, collisis, invalidisq;
Et quorum morbis frigida causa subest, &c.

Vide Antiquitates nostras Bathonicas, *Cap.* 1. in fine; & Cl. *Camdenum*, in *Britannia* sua ad agrum *Somerset.*

Quibus subjungo *Joannis Pontei*, Circulatoris egregii nupèr, Carmina, in *Thermas Anglicanas*, quæ in manus meas *casu* delapsa, Virtutes *Thermarum* illustriores reddunt. Sic autem sese habent:

In Thermas *Anglicanas.*

Somersettenses *Baiæ miracula mundi,*
Naturæ summum parturientis opus!
Salvifici quas jure Dei, *quas Omnipotentis*
Tu recreatrices dixeris esse manus.
Huc etenim properans claudus, pressusve Veterno,
Quive diu spasmo tortus utroq; fuit;
Qui lepra fœdus; Corrosus Vermiculari
Illiacove gemens, Herculeove malo;

Aspera

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Aſpera quem Scabies, quemve urit Perſicus ignis,
Diraq; quem vexant undiq; Mille mala:
Si ſpe conſtanti fretus, ſubmerſerit artus
Fontibus his Calidis terve quaterve ſuos,
Impiger exit aquis mirans, undiſq; ſepultam
Quiſq; ſuam labem perniciemq; ſtupet.
Dicite, qui mundi ſcrutari arcana ſoletis,
Nonne Dei *hæc ſapiunt prodigioſa manum?*
Dicite, ſitne Ignis, vel, quæ magis æſtuat, Unda:
Cur calet? infecit quod medicamen aquas?
Crediderint gentes iſtos mutuaſſe liquores
Medeam, *Æſonios his renovaſſe dies:*
Aſt ego crediderim, Siloæ *quas indidit olim*
Dotes, his Undis inſeruiſſe Deum.
Cedite Græcorum, *Latiales cedite* Baiæ!
Et Vos Spadani *cedite* Fontis *aquæ!*
Nuſquam tam medicos latices Natura *paravit,*
Talia Tu nuſquam Phœbe! *lavacra vides.*

Succedunt Carmina *Joannis Hale* Generoſi, ad me benigniter tranſmiſſa.

In Baias Anglicanas.

Sanior à lecto Bathonia *ſurgit aquoſo,*
Aſſolet Hæc madidis *comptior ire Comis.*
Quàm, vice Neptuni, *Podalirius* ipſe *Tridentem*
Vibrat? ſicca Salus jam Paradoxon *erit.*
Ægroti *emergunt Sani, dum* ſanus *Aquarum*
Philtris langueſcit; *Prodigioſa ſitis!*
Morbus Naufragium *patitur, dum quiſq; choreas*
Morbidus, his Thermis *ducit, & haurit opem.*

Mor-

Morborum ex ſerie nunc exulat Hydrophobia,
Hæc Cane *ſub* rabido *quàm Scaturigo juvat?*
Tinge Salutiferis Pandoræ *munus in Undis,*
Protinus antidotos Pixis *aperta dabit.*
Jam Libitina *jacet liquido ſubmerſa ſepulchro,*
Gaudete infirmi! Vita triumphat *aquis.*
Balnea *quàm celebrant affixa* Tropæa *ſalutis?*
Hic * Panacæa *fluit, dum* * Panacæa *manet.*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

* *Dictum* poeticè. *Nam* omnes *morbos haud-quaquam tollunt.*

De Lue Venerea hic tantum dico, Recentem morbum mulcent Thermæ, inveteratum exacerbant. Quumq; rei hujus Conſideratio ad Noxas potius quam virtutes Thermarum referenda ſit, de illa Capite XVI. Commodius agendum; Capite autem XIII. de uſu Thermarum interno in eodem affectu ſuo loco diſſeremus.

Reſtat *ultimò*, ut quorundam animis de Thermarum *Bathonienſium* certis temporibus *inſalubritate* ſcrupulum eximam, in quorum numero ſunt * *Gulielmus Camdenus*, & *Aylettus Sammes*, Ambo enim viri hi doctiſſimi aſſerunt. 'Balnea Bathonica omnibus temporibus ſalubria haud eſſe, ſed ab Octava 'matutina ad Tertiam pomeridianam, in ſummo 'Caliditatis gradu poſita ſpumam eructare, quæ Bal'nea reddit inſalubria; quapropter, *inquiunt*, Bal'neorum fores tunc temporis clauduntur. Menſibus, fateor, æſtivis è fundo Balnei *ſpuma* aſcendit, haud tamen inde ſequitur *Thermas tunc temporis inſalubres eſſe*. Nam quum mane & veſperi uſus Balnei magis obtinuit, *media* diei pars, ob Solis radios Lavantibus moleſtos, Balneationi *minus* convenit, ideoq; *tunc temporis* clauduntur fores, & deſpumantur *Thermæ*, quæ ſi meridiano tempore, dum in illorum ſuperficie *ſpuma* fluitat, uſurpatæ forent, neq; lavando,

* Britan. *p.* 233.
* Britan. *Antiq.* reſtit. *p.* 164.

Thermæ ſemper *Salubres.*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

do, neq; potando *detrimentum* ullum alicui afferrent, quum *ſpuma* Cataplaſmatis more externe applicata, iiſdem cum *Thermarum* aqua morbis remedio eſſe ſoleat, ut in *Capitis* principio ſupra dictum; Verùm, ob rationem modò memoratam, *media* diei pars à *Balneantibus* negligitur, licet Thermalis aqua priſtinam, etiam tunc Temporis, ſalubritatem retineat.

Symptomata Balneantibus *ſupervenientia.*

Symptomata *Balneantibus* ſupervenire ſolita, ſunt Leipothymia; Vigiliæ immoderatæ; Sitis; Dolor Capitis; Alvus pigra; Sudoris profluvium; Ardor Urinæ; Appetitus dejectus; Rheumata; & *interdum* Febres Erraticæ. Quibus omnibus *remedia*, pro re natâ, in *Praxi* meâ *medicâ*, accommodare ſoleſco.

De Antliæ, & Cœni *uſu*, Appendix.

De Uſu Antliarum.

Antliarum *Uſus Novus.*

ANtliarum *Uſum* in Balneis apud *Veteres* in uſu non fuiſſe, ſed à *Jordeno* hic introductum, circa annum D. MDCXXX. diximus ſuperius; *Thermali* aqua *priùs* ex *Hydriis* in affectam partem ex alto decidente, more vocato **Bucketing**, & *Stillicidii* cujuſdam aquam in *pleno Balneo* jugiter fundentis, ope, ſubjectæ parti *ſine* intermiſſione irrigabantur. *Stillicidii* Veteris *novem* exhibuimus.

Verùm


BERKELEO CARNE
Bathonienſi, Generoſo,
Salutem Optat.
T. G.
Epirto: :mium
Locus implendi.

Verùm ut *moris* hujus *origo* obscura satis pateat; *Notandum* Aspersionum usum ad *Balnea* naturalia *Antiquis* ipsis, monente *Bauhino*, rariorem videri. 'Siquidem, *inquit*, ejus proprium vocabulum (quod sciam) nec apud Græcos legitur, nec apud Latinos 'Authores; ἐμβροχὴ, καὶ ἐμβρέχειν communius esse, quasi 'Impluvium, & Impluere, Infundere, Conspergere. Meminit *Galenus*, & ex *Archigene* corrigit abusum, de quo statim. Apud *Plinium* silentium. Meminit autem *Horatius*, cum esset in *Baianis* Balneis; ad *Vallam*:

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Stillicidii antiquitas.

Hist. Font. Boll. *l.* 2. *c.* 6.

De Sanit. Tuend. l. 6.

Qui Caput, *aut* Stomachum, *supponere fontibus audent*
Clusinis, *Gabiosq; petunt*, & frigida *rura*.

Vocatur *Græcis* Ἐμβροχὴ; *Latinis*, Stillicidium, Instillatio *Impluvium*, Irrigatio, Aspersio; *Italis* Doccia; vulgus *Ducciam* vocat.

Nomina.

Modum *optimè expressit* Bauhinus *l.* 2. *c.* 6. 'Sunt in Balneis, quæ ad hunc usum probantur, constitutæ fistulæ, vel una, vel duæ, vel plures; quæ volubili Epistomio Clausæ, aquas è communi fonte pro eo ac 'quisq; voluerit, vel reddere, vel retinere poterit. 'Delabuntur autem ex alto aquæ, palmæ unius, 'aut ad summum cubiti spatio, vel in Balneum, vel 'in subjectum ad hunc usum Alveolum. Nam duplex est modus: *Unus* quidem, ut is qui sola uti 'debet aspersione, super oblongo sedens scamno, vel 'succumbens pectore, affectam tantum corporis affecti irorret partem. *Alter*, ut se in Balneum de 'more immergens, Stillicidium superne recipiat: qui 'modus in Robustiore Corpore, ac Ventris affectu 'utilior est, attrahente simul infra Balneo, ac aqua 'ipsa Ducciæ ex ictu vehementer discutiente. Atq;

Modus

Duplex.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Cauſa *inſtituendi.*

'hæc fuit Cauſa inſtituti hujus, ut addito ictu ex 'alto cadentis aquæ ad calorem, vehementior fieret diſcuſſio, quæ ab Antliis *Bathonienſibus*, quam ab *Hydriis*, aut *Stillicidio*, efficacius perficitur, modo *Antliæ* violentia *nimia* non fuerit, & in morbis iſtis ſolum & Temperamentis, quibus *par* eſt, applicatio fiat. Hactenus de *Ducciâ*, aut Veterum *Stillicidio*, quæ quoad uſum cum *Antliis* noviter introductis conveniunt.

Uſus.

Ibid.

Notandum igitur *Antliarum* uſum in Morbis *frigidis* & *Inveteratis* ſolum neceſſarium exiſtere. De hac re idem *Autor*, qui commendat in duobus *potiſſimùm* morborum generibus, *frigidis* ſcilicet, & *inveteratis* 'ad Caleſaciendum, ſiccandum, reſolvendum, emol- 'liendum induratas, & corroborandum imbecilles 'partes. Aut ratione ſitus, utpote ſi vel in alto cor- 'pore hæreat affectus, ut exempli gratia, Iſchias: vel 'ſi affectus duro oſſium & Calvariæ obice ſublatens, 'vim aliquam præſidii poſtulet ut penetrare valeat, 'ac diſcutere. Qualem obtinent eo inſultu virtutem 'aquæ medicatæ Sulphureæ imprimis quæ naturaliter 'ſunt Calidæ, ac ſubtilis eſſentiæ, ac potiſſimùm ſi 'vel Nitri, vel æris quidpiam admiſerint, quorum mi- 'ſtura majorem acquirunt tenuitatem, ac penetrandi 'virtutem.

Notandum *præcipuè*, *Antlias* uſurpandas eſſe ſolummodo in Morbis *frigidis*, iiſq; *inveteratis*. Nam qui in affectibus *Calidis* Antliis ſe ſubjiciunt, morbum non *tollunt*, ſed potius *exaſperant*. Abuſum hunc corrigit *Archigenes*, monente *Galeno*, & ex illo *Aetius*, ubi docet 'Calidarum ſponte manantium aqua- 'rum uſum Noxium eſſe Capitibus natura Calidis, fri- 'gido alioquin exiſtente affectu. Quod enarrans *Ga- 'lenus*; quia aut incendere poterunt caput, & fe- 'brem

De San. Tuend. l. 6.

'brem excitare : aut potius humores diſſolve-
're, ac liquabiles minus ad aliquam nobiliorem
'particulam reddere, ac Suffocationis inferre pericu-
'lum.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Facit itaq; *Antliarum* uſus ad affectus omnes frigidos & inveteratos, Capitis, Nervorum, ac Junctu-rarum præcipue. Cæteris partibus, ut *Hepati, Lieni, Ventriculo, Utero*, minùs frigidis, *frigido* quanquam teneantur affectu, aut *perperam* Antlia adhibetur, *aut* certe non niſi *contumaci*, ac jam *deſperato* affectu concedenda. Itaq; in *Schirrhis, indurationibus inveteratis, & obſtructionibus dictarum partium ; In Surditate, Catarrho, Paralyſi, Spaſmo, alicujus partis imbecillitate, Hemicrania, & genuum Tumoribus nonnullis œdematoſis*, Antliarum uſus proficuus eſſe ſolet.

Antliarum utilitates.

Notandum etiam *Tempus* opportunum magis eſſe *Mane & Veſperi*, ſed *vacuo* omnino *ventriculo*, & Concoctione *plene* peracta. *Nam qui cibo aut potu pleuis corporibus Antliæ* (noctu) *ſe ſubjiciunt, malorum ſe.um iliadem, remedii vice, domi reportant.*

Vacuo ventriculo *ſubeundum* Antliæ.

N. B.

Quinetiam e re foret ſi *Caput* priùs deraderetur, quâ parte ſaltem *Antliæ* ſubeundum eſt, quatuor digitorum latitudine, à *Coronali* in *Sagittalem* Suturam.

Capitis raſura.

Notandum *inſuper* Antliæ uſum non eſſe *ſtatim* ineundum, ſed poſtquam ab uſu Balnei partes Exinanitæ fuerint. *Fluxum* enim, & humorum *decidentiam* in partes inferiores, & magis nobiles *aliter* accelerat, & mali ſolum *metaſtaſin* inducit. De hac re ita *Andernacus* : *Inſtillatio, Barbaris Gutta, Italicis Ducia vocatur——fiat non primis Lavationis diebus, ſed ubi Corpus illi aliquandiu aſſueverit.*

Antlia non ſtatim ſubeunda.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

De Ictuum *numero* Medicus *determinat.*

Ictuum *numerus* apud Antliam incertus consulentis *Medici* Judicio relinquitur, & interdum pro *Tolerantia* conceditur. Certior meta fuit apud Veteres, quoad Caput, *quamdiu sentiant ægri aquæ Caliditatem ad intrinsecas Capitis partes penetrasse.* Andernacus: *Instillanda autem* (aqua) *quotidie ad horam dimidiam, qua nimirum ad interiora penetrasse deprehendi potest.* Ubi *obiter* notandum Antliandi tempus potius intra *horas*, aut *partes* horæ, quam ictuum *numerum*, ubi fieri potest, magis *Commodè* includendum, in quem finem *Clepsydram*, pro quatuor horæ partibus, in Antliæ *Siccæ* Camerâ servandam curavimus.

Clepsydra *in Antliæ Siccæ Camera.*

Opinii Fallopii.

De *Stillicidio* Fallopius: *Rivulis aquæ Salientis vel arte, vel Natura ita instructis, subjiciebatur Corpus, vel Corporis pars aliqua, in quo usu est maxima vis medicamentosa; quia ratione illius motus imprimitur vis; & ista utendi ratio fuit frequentissima apud Veteres, ita ut aliqui præter modum etiam uterentur.*

Andernaci.

Andernacus ipse Germanus: *Præterea* Germanis *& aliis qui (potu) copiosiore (&) alimento utuntur, cujuscunq; aquæ etiam non admodum calidæ instillationem periculosam esse constat.* Item: *Id vero observandum est omnes aquas Sulphureas Bituminosasq; si vehementer instillentur Capiti, Ventriculo, Jecoriq; adeo esse periculosas, ut persæpe mortem inferant.* Sed de Noxis ab intemperato *Antliæ* & *Thermarum* usu provenientibus *Capite* XVI. latius agemus.

De Usu Cœni, Fæcis, *sive* Crassamenti *Thermarum.*

Lutum olim *ad Solem* arefactum.

Superioribus in principio hujus Capitis dictis *hoc* addendum, *Veteres* Lutum *Thermarum* infirmis, aut aliter-

alitercunq; male affectis, partibus applicatum ad *Solem* exiccare ſolitos; unde Plinius: *Utuntur & Cæno fortium Balnearum naturalium utiliter, ſed ita ſi illitum Sole inareſcat.* De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.* L. 31. c. 1.

Uſus ad emolliendum partes *induratas*, caleſaciendum, Siccandum; ad *diſcutiendum* ſolvendumq; *contumaces* in aliquo membro *impactas* materias, infixos alicui parti *dolores* amovendos; ad roborandum, ac firmandum *maximè* juncturas, & nervoſas partes. Uſus *duplex*; poſt uſum *Balnei*, & cum *Balneo* ipſo; *uterq;* laudabilis, præſertim ſi *Unguento* pars affecta fuerit *priùs* illita, quale ſequens *Montagnanæ*. Recipe *Olei Seſamin. Amygd. dulc ana* ℥iſſ. *Medull. Crur. Bovis; Sepi Caſtrati, Pingued. Gallin. ana* ℥i. *Vitell. Ovor. N. II. Croci* ℥i. *Cum Gum. Ammoniac. in aceto Solut q. ſ. F. Litus; additis Opio, aut Floribus Chamæmeli, ſi dolores ità poſtulaverint.* Uſus *Luti aut* Cœni *Thermarum.* *Linimentum* Montagnanæ *ante uſum* Cœni.

CAP.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

CAP. XI.

De Thermarum Bathonienſium Virtutibus; *hic* De Uſu Interno; *Speciatim*, De Potandâ Thermarum aquâ; *magnam partem Scriptum A. D.* MDCLXXIII. *ſub nomine* Eugenii Philandri. *In quo* Quæſtioni *redditur* Reſponſum. *Utrum Balneorum Bathonenſium Thermalis Aqua interne ſumi poſſit Tutò; & Quænam methodus inſtituenda ſit ab iis, qui Beneficium expectant?*

Capitis Summarium.

Scribendi occaſio. *Minerales aquæ & Metallicæ ad Potandum* ineptæ. Viv-argenteæ. Plumbeæ. Giſſatæ. Venenatæ. Naphthatæ. *De* Bitumine liquido *participantes.* Purè *Sulphureæ. Cur Aquæ* Bituminoſæ & Sulphureæ *partes internas* relaxant, *Externas* Corroborant. *Ære infectæ. Minerales aquæ, & Metallicæ ad Potum* aptæ. Salinæ. Nitroſæ. Aluminoſæ. Vitriolicæ. Ferreæ. Aureæ. Argenteæ. Marmoreæ *ſine Gypſo. Minerales aquæ Bathonienſes* potabiles, & Ratio. *Ad* modum *Potandi aditus.* Cautiones *quædam in* uſu *Thermarum* interno. *Nobiliſſimi* BOYLEI *Conſilium. Eodem tempore Lavandum* rarò *& potandum.* Ratio *contrarii motus à* Balneo, *& potis eodem tempore* aquis *Thermalibus. Corpus* benè *præparandum.* Eſculentorum & Poculentorum ſaties *vitanda. Eſus immoderatus* Moſchatomelonum *noxius.* Methodus *potandi Thermales aquas* Bathoniæ. *Aquæ* quantitas. Diæta. *Tempus* bibendi. Medicorum *res ipſorum* Medicorum *curam requirunt. Hauſtus* Dilutivus. *Hydropotia in* lecto. *Poſt* Cænam. *Horâ* Somni.

Thermalium *aquarum* potatio *celebris.*

THermarum *Bathonenſium* aquæ Potæ, quùm *niperis* præſertim annis *fama* percrebuit, unde *Temerarium* quendam utendi modum nonnulli *minùs* for-

forſan Cauti arripiant (majori hominum parte haud ſecus ac animalia *rationis* expertia, ſe invicem ſequente, & tractus *latiores* frequentante, qui non raro ad præcipitia tendunt, & *perniciem* afferunt) ut menti *propriæ*, & Amicis *quibuſdam*, ægrotiſq;, quorum *ſalus* erat curæ meæ tunc temporis concredita, facerem ſatis, QUÆSTIONIS *duplicis* Solutionem *olim* ſcripſi, in qua de *Thermalium* aquarum potatione *plane* pleneq; diſſerui, prout ſaltem *alterius* generis negotia permiſerunt, ſi non ac *res ipſa* præ manibus poſtulare videbatur. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.* A.D. 1673.

Priuſquam autem ad *Quæſtionem* propoſitam *particulatim* reſpondeam, unà cum de Rebus *Mineralibus* & *Metallicis* melioris notæ *Scriptoribus* præmittendum requiro, *Aquas omnes Minerales, aut Metallicas, ad Uſum internum indiſcriminatim non admitti.* Jure itaq; excluduntur illæ quæ *Noxium* aliquid in ſe complectuntur, quale *Argentum vivum*, *Arſenicum*, *Plumbum*, *Gypſum*, &c. Quoſdam tamen quæ Præcedentium nonnullorum *quiddam* continent, in Potum admitti poſſe *infrà* erit dictum. *Aquæ* Minerales *&* Metallicæ *ad potandum* ineptæ.

Argentum *vivum* Nervis inimicum, licet *ſolidâ*, & interdum *liquidiori* formâ, contra *Lumbricos*, quantitate *exigua*, non ſine optato ſucceſſu, exhibeant Practici, & quantitate etiam *majori* in morbis quibuſdam contumacibus, prout occaſio ſe tulerit, Uſus tamen ejus familiaris diuturnuſq; *tutus* non eſt, præſertim ſi cum aquis *Mineralibus* miſceatur unquam, quod haud ſubleſtæ fidei *Autores* affirmant, quæ majori ſolito Copia intùs hauſtæ, *ventriculum* intrant, *inteſtina* pertranſeunt, *Corebrum*, Nervoſi generis *Originem*, multaſq; membranoſas Nervoſaſq; Corporis partes lambunt, attinguntq;, quibus *Noxas* affigunt, priuſquam ad ureteres & Veſicam, ut excernantur, Viv-argenteæ.

per-

De *Virtutibus* Thermarum *Balbon.*

perveniunt. *Quæ verò aquæ Argenti vivi venis imbuuntur*, inquit Bauhinus, *potæ rapiuntur ad Caput, idq; multis humoribus, quos ſecum ferunt, replent, qui rurſus delapſi, labefactant gingivas, & artus, quod ſatis indicant inunctiones ex argento vivo Compoſitæ, & Catapotia inde facta.* Aquas autem *Omnes* Minerales ab *Argento vivo* provenientes *Noxias* eſſe, Autores fide digni *non* concedunt; ideoq; iſtas *Serræ Morenæ* in *Hiſpania*, haud procul à *Villa Almedien*; *La Nava* in *Valentiola*; Almagræ *Toleti*; & alias prope *Minium* fluvium, *innoxias* eſſe ſcribunt, quemadmodum Doctiſſimus *Jordenus* autor eſt. Quum vero aquæ, ut quibuſdam vocantur, *Venenatæ*, Minerali huic impregnationem ſuam, *Jure* non dico, an *injuria*, dicuntur acceptam retuliſſe; quumq; effectus quidam *mali*, haud oppido pauci, ab earundem uſu interno eveniſſe obſerventur, *Cautiores* quidam nonnulli illas à potu excluſerunt *penitus*. Hinc *Julius Cæſar Claudinus*: *In Univerſum excluduntur ab hoc Uſu* (interno nimirum) *quæ aliquid metallicum noxium in ſe habent*; inter quæ Argentum vivum enumerat. *Marcaſitæ* forſan, aut *Mineralia* quædam ſimillima quæ aquæ nonnullæ medicatæ in Tranſitu ſuo lambunt, eaſdem virtute *deleteria* poſſunt inficere; verum quum Sal *Summe* acidum, aut potius ſui generis *Corroſiva* Vis, in qua totius periculi natura, ut in *Arſenico*, conſiſtit, toti animalium generi æque inſenſa, in aquis *deleteriis* forſan reſideat, an iſtiuſmodi aquæ in potu conveniant, necne, *Davus* aliquis, aut *Trapezuntius* determinet.

De *Therm.* Boll. *l.* 2. *c.* 1.

De Baln. Nat. & *Aq. Min. c.* 8.

De *Ingreſſ. ad Infirm.*

Plumbeæ.

De Therm. *c.* 11.

Aquæ *Plumbeæ* intus ſumptæ *minùs* ſalubres obſervantur. *Caveatis*, inquit Fallopius, *à potu talium aquarum quæ habent in ſe plumbum.* Et rationem aſſignat; *quia periculum eſt ne natura plumbi converſa,*

vel in Lithargyrum, vel in aliud ſimile, ut ſolet, homi-nem enecet. Regerit *Bauhinus*; *At quùm plumbum non videatur Naturæ inimicum, ſed ſalubre, ut apparet in iis quibus globi in corpore per plures annos hærent, & ex ejus Uſu ad Ulcera: Examinandum propono, an Calor humanus tantus ſit, ut eo ſubtiles ſpiritus, aut vapores plumbi ſiqui commiſcerentur aquæ, poſſint converti in Lithargyrum, reddereq; aquam mortiferam, vel Nocentem?* Cautela autem hac *minùs* forſan opus eſt, quum ſi *aliis* credendum, aquæ nullæ *plumbo* impregnatæ ſint. *An aqua medicata reperiatur quæ in ſe contineat plumbum, aut ſtannum, prorſus ignoro,* inquit *Fallopius*. Nullæ, fateor, mihi *Exteris* Nationibus de facie *ignoto, legendo* unquam occurrerunt, præter *Plumbeas, Plumbares*, aut *Plumbarias* in illa *Germaniæ* parte quæ vocatur *Lotharingia*, quæ non à *Plumbo* ſic nominari poſſint, ſed magis forſan probabiliter ex mente *Joannis Bauhini*, à *deplumandis* pullis, quod Aquarum iſtarum calore efficitur, & vocari debent *Plumiers*, ut *Pictorius* affirmat, à Voce Gallica Lotharingis Uſitata, *Plumer*, ut medicus quidam Doctus è *Noſtratibus* obſervavit. Scripſit etiam *Andernacus*, libro de Balneis, *Plumbarias*, vulgò Plumbers bad, Gallice dici *Bains Plumiers*. Porro in Tractu terræ vicino *Mendipenſi* in agro *Somerſetenſi*, ubi magna copia *plumbum* effoditur, aqua *plumbea*, quantum ego quidem intelligere poteram, *nulla* ſcaturit, neq; *Noxia* obſervatur *ulla*, adeo ut nec *Jumenta* quæ de illis bibunt morbis laborant, nec *Homines* qui in potum aut Cereviſiam *illas* admittunt de Sanitate priſtina decedunt quicquam, aut Valetudinarii exiſtunt, imo præ reliquis, quos obſervavi ſaltem, *floridiores* apparent. *Bauhinus* etiam Thermarum Lotharingiæ Salubritatem *Suiipſius*,

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Hiſt. Font. Boll. *l.* 2. *c.* 1.

De Therm. *c.* 11.

Hiſt. Font. Boll. *l.* 2. *c.* 1. *f.* 90, 91. Jord. *de Baln. Nat. & Aq. Min. c.* 10. *in fine.*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Magnatum, ac *Principum* teſtimonio & experientia abunde confirmat; nec aquam per tubos, fiſtulas, aut Canales *plumbeos* decurrentem, aut in *hydriis* contentam, modo aqua propter Stagnationem *putrida* non ſit, *læſam* inde, aut *inſalubrem* conſtat. Quod ad *Mugni*, aut *Magni*, puteum *Noſtratem* ſpectat in agro *Eboracenſi*, de quo *Frenchius* Spadacr. Eborac. *Capite* XVII. quodq; ex effluviis ſolum è fodinis *Plumbi* aut *Stanni* provenientibus conſtare affirmat, quùm uſus ejus *externus* ſolum fuerit, non vero *internus*, quantum ex verbis ejus intelligere licet, ad *Caput* hoc de Aquarum Mineralium *potatione* nihil attinet.

Gypſatæ.

Gypſatæ aquæ *inſalubres* habentur ob refrigerantem nimis & *Emplaſticam* naturam, quæ ideo *mortem* inferunt, ideoq; à nemine Medicorum in *potum* admittuntur. *Fallopius: Ineptæ ſunt in potu aquæ iſtæ quæ habent in ſe ſubſtantiam Gypſeam, quales Balnei montis Grotti.*

Venenatæ.

Idem dici poteſt de *Arſenico, Auripigmento, Riſagala, Sandarachâ, Ruſmate*, & *Cadmia Naturali*, quæ *Venenata* omnia, & *Summe* Corroſiva, periculoſa, & intra Corpus ſumenda non ſunt. *Nonnnullas* autem *aquas in quibus Arſenicum etiam & Sandaracha, bene diluta, pro medelis inoffenſe ſumi poſſe quidam affirmant.* Bauhinus: *In multis aquis Arſenici virus remittitur haud dubie ſeu aquarum ipſarum Copia, ſeu ſpatio diluatur, adeoq; nonnullæ pro medelis inoffenſe ſumuntur.* Item: *Dilutæ admodum ex Sandarachâ aquæ Thoraci purgando laudantur, purulentas excreationes inhibent, ſuſpiriosis, anheloſiſq; auxiliantur.*

Hiſt. Font. Boll. *l. 2. c. 1. p. 94.*

Bituminoſæ.

Sed ut ad *propoſitum* accedam propius; Neq; Aquæ iſtæ quæ in ſe habent *Bitumen Liquidum*, & præcipue *Naphtham*, ad Potandum *aptæ* ſunt; quia

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

quia ventriculum inteſtinaq; plus æquo relaxant, pinguedinis ratione partim ; *partim* Humiditatis exuperantis Cauſa, unde partium Tonus *injuriam* patitur, & conſequenter Ventriculus, & Inteſtina, in certiſſimum totius damnum enervantur : *Sed & Bitumen Liquidum habentes, quod præter modum relaxant, inutiles ſunt*, inquit *Claudinus*; & *Fallopius* ſpeciatim magis; *Addatis Aquas quæ habent Bitumen Liquidum, præcipue Naphtham, quæ Aquæ Noxiæ ſunt, quia relaxant Ventriculum, & Inteſtina præter modum ; partim ratione pinguedinis ; partim quia habent vim humectandi. Relaxando enim diſſipant omne robur viſcerum, & ideo non conveniunt in potu.* Scio Antiquorum Teſtimonia, *Archigenis, Galeni, Pauli*, & *Vitruvii*, in Aquarum *Bituminoſarum* gratiam paſſim adduci ; ad manum autem *Reſponſio* eſt: *De Aquis per Solidi, & Sicci Bituminis Venas tranſeuntibus, quæ ad purgandam alvum Utiles habebantur*, intelligendos eſſe, non de *Bitumine Liquido*. Claudinus : *Quæ per venas tranſeunt Bituminis Sicci poſſunt in potu convenire. Et de his intelligendi ſunt Archigenes, Galenus, Paulus, Vitruvius, cùm eas pro potu proponunt.*

Idem Judicium de Aquis *Sulphureis*, in quibus Sulphur *Solum*, ſine alio Minerali miſto, continetur, ferendum eſt, quemadmodum ex *Antylli*, antiqui Medici apud *Oribaſium*, Teſtimonio apparet, qui hanc rationem aſſignat, *quod Ventriculi Orificium relaxent, ejuſdemq; Corpus ſubvertant, & effæminent.* Quod aliorum etiam medicorum *Unanimi* Conſenſu confirmatur, quos brevitatis ergo jam omitto. *Obiter* tamen hic Obſervandum : *Quod quàm Aquæ pure Sulphureæ damnatæ fuerint, quæ Minerale aliquod in ſe continebant, quod Sulphuris qua-*

Sulphureæ.

De Virtutibus Thermarum Bathon.

litates noxias emendaret, approbatæ fuerint; & Sulphureæ aquæ, etiam à prædominio, habebantur aptæ ad potum, si modo Salem, Alumen, Nitrum, aut aliud quodpiam Minerale, minori licet quantitate, continerent, quod relaxantem, & effeminantem Sulphuris naturam sufflaminaret. Et de hujusce generis aquis Sulphureis Compositis, *Galenus*, & *Alexander Trallianus*, ex mente optimorum, & Doctissimorum *Interpretum*, capiendi sunt.

Et hinc quidem, quasi intra rotam *Rota* altera, oritur *Quæstio*, quæ solutionem expectat. *Quomodo Sulphureæ Aquæ, & Bituminosæ relaxare dicuntur, & effœminare Interne, quum Experientia edocti simus in Balneis Externe usurpatas, robur addere, & Corroborare?* Ratio rei *mediatæ*, aut *immediatæ*, Aquarum *Nervosis* partibus applicationi imputanda videtur. In usu enim *Externo*, cutis, membranosa licet, aeris inæqualitates perferre assueta, & Musculorum *caro*, cuti subjecta, contra indolem Aquarum relaxantem partem defendunt; *discutiente* etiam qualitate Aquæ præditæ, peccantem materiam in & circa *Nervos* Nidulantem dissipant, quæ *aliter* spirituum *Animalium* motum impediret, & partium robur consequenter minueret: *Immediata* autem ad Stomachum & Intestina Aquarum *applicatione*, ad resistendum minus aptæ sunt Nervosæ partes *Internæ*, calidæ semper, & *exterioribus* carnosi Corporis Tunicis, straguliſq; semper coopertæ, ideoq; à relaxantibus *intro* sumptis, detrimentum majus, & *injuriam* recipiunt. Sic eâ quâ par est distantia ab Igne *remoti*, beneficium sentimus; appropinquantes autem, quàm decet, *proximius*, umbrella destituti, *furorem* experimur. Cum autem cuti externæ *immediate* applicentur Aquæ *Sulphureæ*, *Bituminosæq*; membranis licet con-

Quæstio.

Solvitur.

conſtet, cutis, ob ſitum *externum*, ut dictum, *fortior* evadit, & ad perferendas aeris Aquarumq; *injurias*, ſi- quæ fuerint, *magis* apta efficitur, quam partes internæ, membranoſæ, & Nerveæ, quæ interni Caloris fotu *diuturno*, molliores *Externis*, & magis Teneræ evadunt. Imo obſervatu etiam facile eſt, à *Diutina* Balneatione etiam robuſta corpora, pro Tempore ſaltem, *imbecilliora* reddi. De *Virtutibus* Thermarum *Buthon.*

Ære Aquæ infectæ *quibuſdam* damnantur, eo quod ab *ærugine*, aut *chyſocolla*, quæ ſumme *noxia* reputantur, haud immunes ſint. Alii autem earundem uſum probant, modo de Minera *leviter* ſolum participent, ut *Viterbienſes*, quæ præſtantiſſimæ habentur. Imo *Vitriolum* naturale aquæ ſubterraneæ *Æris* venam lambenti, & intra *marcaſitam* poſtea aut *ochram* inventum, ortum ſuum debere dictum eſt *alibi*; unde Græci *Chalcanthum*, ſive *Æris florem* indigitant. *Aquas autem Æreas non exhiberem in potu, inquit Fallopius.* *Ære infectæ.* *De Therm. c. 11.*

Aquæ Minerales optimæ *interne* uſurpatæ unanimi *Autorum* probatiſſimorum conſenſu judicantur *Nitroſæ*, *Salſæ*, *Aluminoſæ*, *Vitriolicæ*, *Æneæ*, (ut ſuprà) & *Ferratæ*, ſive *Chalybeatæ*, de quibus *particulatim* differere hujus loci non eſt, quæ præter indolem *moderate* caleſacientem, abſtergentem, reſtringentemq; ventriculo, & partibus corporis quas pertranſeunt, amicæ evadunt, & quod in Aquarum Mineralium Electione obſervandum, per alvum, & per Urinam evacuantur liberius, ſine additamentis quibuſdam, quæ aliæ minerales aquæ minus Activæ magis requirunt, quæq; proprietatem aquarum modo quodam alterare poſſunt, adeo ut minus inde efficaces ſint, aquis, quæ adjumentis iſtis, ut vocantur, nequaquam indigent. *Minerales aquæ ad potum aptæ.*

De

De *Virtutibus* Thermarum *Balbon.*

De aquis autem *Ferratis* hic addendum illas aquarum *Mineralium* tribum à *Salsis* distinctam constituere, quibus licet *omnem* salem ademptum nollem, operationes tamen à *salinis* discrepantes sæpissime perficiunt, de quibus *Autor* nuper laudatus: *Quæ vero ferri qualitates concipiunt multæ, ob acrimoniæ participationem, qualemcunq; pariter obtinent detergendi virtutem, sæpe tamen languidam, ob multam istius Mineræ adstrictionem. At ubi Ferratæ aquæ ex accidenti mistura acutiores in detersione habentur, hoc magis laudabiles sunt, quod solvunt comfortando, id est, quod purgant quidem & refrigerant: & præterea (quod admodum utile est ab evacuatione, & in evauatione ipsa) purgatas exinde ac lassatas particulas mirifice corroboratas relinquunt.*

Ibid.

Aquæ *Aureæ*, *Argenteæ*, *Marmoreæ* sine *Gypso*, apud quosdam in *Honore* sunt, & in potu ubicunq; locorum fuerint *tuto* usurpantur. *Fallopius* vocat *Argentum* & *Aurum benigna metalla*, & aquas etiam *benignas* se credere affirmat. *Jacobus* autem *Theodorus Tabernæmontanus* asserit *aquas quæ subtilitates argenti habent salubres esse, non tamen quæ per venas & ductus ejus transeunt:* sive *omnem aquam argenteam potu salubrem; aquam autem metalli Argenti venenatam, nocuam, & insalubrem.* Addit *Bauhinus*: *Ego vero intelligere non possum cur aqua transiens per Argentum sit Venenata, nisi jungatur illi metallicum, aut Succus Venenatus.* Tabernæmontani assertionis ratio *hinc* apparet, quod in Argenti venis lapis *Kobalt* & *Venena* quædam alia reperiantur, quæ *venenatas* suas vires aquis communicant. Et quidem inter χειμήλια *pretiosa* illa *rarò* observata, quæ in *Minerali*, *Vegetabili*, & *Animali* regno, (præter Rei *Nummariæ*, & *Antiqua* alia quamplurima,) *prodigiosa* industria, & *grandes*

De Therm. c. II.

Thes. Aquar. l. 2. *c.* 49.

Hist. Font. Boll. *l.* 2. *c.* 1.

G. C. de medio Templo Armigeri *collectio* Rariorum.

grandes ſumptus Humaniſſimi Viri, dictorum apud *Anglos* Studioſorum in *Primâ* claſſe, *pompâ* plane *Regiâ* collegerunt, memini me obſervaſſe cum Argento naturali *Cinnabarim*, cum *venenatis* quibuſdam reputatis, magna copia eidem *Argentarii* metalli parti, quaſi *connata* adhæreſcere. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Ex aquis *potabilibus* hæ præcipue ſunt, tàm Malæ quam Bonæ; utiles & *inutiles*; Commodæ, *Noxiæve*; quas de Aquis *Mineralibus* Scriptores commemorant; quibus conſideratis, quilibet de *Priore* Quæſtionis parte judicium ſuum ferat, modo quibus mineralibus *Bathonienſia* Balnea imbuta fuerint intellexerit; Si primario loco ex *Bitumine*, *Nitro*, & nonnihil *Sulphuris*, ut *Jordenus* opinatus eſt, conſtent, adverſus uſum internum, *Duo* Ingredientia contra *Unum* militant. Quùm autem Nitrum *majori* quantitate quam *Sulphur* Thermis inſit, ideoq; noxas à *Bitumine* & *Sulphure* ortas *mitigare* poſſit, & forſan *penitùs* abolere, *Potandas eſſe has Aquas Minerales Thermales licet*, & conſeqenter *Calidas*, fidenter pronuncio, tametſi ac *Minerales* illæ, quæ *Sulphur* & *Bitumen* neſciunt, non æquè Potabiles; quumq; quicquid de *Sulphure* ſentiendum, *Bitumen* certe cum *Thermarum* aquis miſtum non ſit, ſi exiſtat ullibi; & *triplicis* generis ſalia, *Alcali*, *Nitrum*, & *Acidum* quid, in Thermis, omni dubio procul, contineantur, ut *Obſervationes* noſtræ nuperæ evincunt, & inter ſalia *Alcaliſatum* præ reliquis, prædominium obtineat, in *Potu* uſurpatas, ſumme proficuas, & non ſine emolumento *maximo* Potandas judicamus. *Thermales Aquæ* Bathonienſes *potabiles, & ratio.* Quæſtionis *Reſolutio.*

'Nitri ſubſtantia, *inquit* Bauhinus, im- *Hiſt. Font.* Boll. *l.* 1. *c.* 2.
'primis potulentis aquis maxime idonea eſt, & quæ-
'cunq; miſti ſpecies, quæ ſeu primo, ſeu ex accidenti, Nitri naturam participant, ut Sal qui aridior Ni-
'tro,

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

* Errorem N. B. *De Therm. c.* II.

'tro, vires abſterſorias aquis imprimit, ac ſervat diu-
'tiſſime. *Item, paulo poſt,* Sulphuris vel potius va-
'porum Sulphuris aliqualis miſtura, haud inutilis
'eſt potulentis aquis, * ut quas plerumq; reddit
'actu tepidas, ac minus Stomacho ingratas. *Et*
'*Fallopius* : Aquæ medicatæ aptæ ad potum, ſunt
'præcipue Nitroſæ atq; Salſæ, quæ præterquam cale-
'faciunt, expurgant etiam, ſiccant, ac roborant,
'& laudantur etiam ab Antiquis. Sane *Simpſonius*
internum Thermarum harum uſum minuere videtur,
quas caute, & in quibuſdam *ſolùm* affectibus *potandas*
eſſe monet. Dictis autem *ibidem* perpenſis aſſero, Li-
cet Thermalis aqua *Bathonenſis* Univerſaliter Medici-
nalis haud fuerit, ad *plures* tamen ægritudines valet,
quam puteum Sulphureum fœtidum *Knaresburgenſe* in
agro *Eboracenſi*, infra cujus virtutes *Nobiliſſimas* Sca-
tebras *Bathonienſes* injurioſe depreſſit. Sed *vetus*
verbum eſt, *Suus cuiq; crepitus ſibi bene olet*, & cui-
cunq; placuerit inter Thermas *Bathonienſes*, & pu-
teum modo memoratum ex *utrinq;* ſcriptis comparationem inſtituere, facile inveniet caput ſuum Ther-
mas *efferre*

Zym. phyſ. c. I. *p.* 12.

Quantum lenta ſolent inter viburna Cupreſſi.

Et quidem Hæc *Quæſtionis* propoſitæ partis quæ ad *Thermalium* aquarum Potandarum Securitatem ſpectat *Deciſio*, tam *Rei* rationi, quam *Thermarum* principiis conſentanea, *Ingenioſis* & *Doctis*, eo ſaltem *gratiſſima*, veriſſimaque videatur.

Errores *quidam in uſu* Thermarum *interno.*

Quæſtionis partem *alteram* quod attinet, *Bibendi* nimirum *modum*, *quo uti poſſunt ii*, *qui ab Aquarum* Thermalium *potu Beneficium expectant*; pri-

priuſquam ad *ejuſdem* determinationem procedo, declaro *Irregularitates* quaſdam me in *potanda* Thermarum aqua prout jam in uſu eſſe *iterum* incipit, obſervaſſe. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Errat itaq; *primo*, qui Thermalem Aquam ſine peritiæ medici, aut *inconſulti* cujuſvis *medicaſtri* conſilio potat, quùm res conſideratu digniſſima ſit, *An Aquæ Potatio conveniat necne.* Hoc judicio medici *exercitati* incumbit, & fieri nequit ſine *principiorum* Aquarum Mineralium cognitione, & *Morborum* etiam dignotione quibus *æger* affligitur. Jam vero licet Facultati meæ *medicæ minus* æquum me ſorte judicent *nonnulli*, dico tamen *medicos* quoſdam, *medicaſtros* plures, *ſcientia*, aut *probitate* idonea, haud præditos eſſe, qui deploratos ſuos, ad *potandas* Aquas minerales, & ad Thermas etiam, *loco ultimo* patientes miſerrimos remittunt, quiq; & Temperamentis præditos ſibi invicem contrariis, & morbis plane *oppoſitis* laborantes ægros, ad *idem* remedium *æqualiter* amandant, *Scientes* etiam videnteſq; quod uni in *ſalutem* tendit, *alteri* in perniciem haud vitandam, certamq; mortem ceſſurum ſit. *Hinc* illæ Patientum *nimis* Morientium lachymæ, & *Thermarum* etiam opprobria, Quæ *dici potuiſſe pudet.* Error I. *Medici reprehenſi.*

Hoc *Galeni* Temporibus *Empiricis* ſolenne, de quo *Autor* quidam probus ita ſcribit: 'Dicimus 'Præceptum iſtud ut medicus diligenter obſervet, An 'Aquæ potus conveniat, necne, eſſe ſumme neceſ'ſarium, quia ſine ipſo fieri nequit aliquid; & in hoc 'præcepto multi tum recentiorum, tum Antiquo'rum peccarunt, & tempore etiam *Galeni.* Sunt 'enim inter medicos nonnulli, qui poſtquam valde 'defatigarunt ægros, & aliquando, præter rationem, '& Inſtitutum, viderint quod res ſibi non ſuccedit Fallopius *de Therm. c.* 1.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

'ſtatim, nulla alia conſideratione habita, relegent 'miſeros Patientes, ad aquas Thermales, tanquam 'ad anchoram ſacram, non conſiderantes antea, an 'Aquæ illæ conveniant, vel non conveniant, vel 'quia ignorant naturam Aquarum, vel quia ignorant 'naturam Morbi, vel utriuſq; ſimul, & ita caſu 'quicquid agunt agunt. Spero me à Malevolis quibuſdam *ita* non intelligi ac ſi Hoſpitibus ad *Bathoniam* adventum hoc modo præcluderem, *potius* autem ut medicos ibidem *praxin* exercentes moneam, ut ſi medici *Extranei*, extra urbem degentes, de *Thermarum* natura minus forſan fuerint ſolliciti, quod in *Reſidentes* Securitate evenire poſſit, ut *Scientiam*, & *conſcientiam* etiam ſuam ægris *ita* approbent, ut erga illos ſe *Candidos*, & *Ingenuos* exhibeant; neq; *Apollines*, ſed *Apollyones* potius ſunt conſendi, qui Patientes *Soricibus* veneno interfectis *majori* non æſtimant, de *Scrobiculis* quibuſcunq; *obeunt* ſecuri, modo hoc obtinuerint, quod *fœtorem* loco non communicent. Sed omnium inſtar ſit *Teſtimonium* & *Judicium* Autoris Honore & *Nobilitate* vera præditi, (quum haud minima *Nobilitatis* pars in *Virtute* conſiſtat,) cujus hæc ſunt verba: 'Sumine autem neceſſarium 'videtur, ut medici tam Naturæ Aquarum, quas 'ægrotis commendunt, quam quibus tam perſonis, 'quam Morbis, & quonam etiam modo præſcribunt, 'proſpiciant, & attendant. Tametſi enim innoxia 'medicamenta quibuſdam habeantur, & ex illorum 'numero, quæ ſi non proſuerint, ſaltem nequeunt 'obeſſe, effecta tamen illa quæ imprudentem il'larum uſum, præſertim diutinam, ſæpius quam 'par eſt, comitari ſolent, monent, Mineralium 'Aquarum potum, quocum nemo tuto ludere po'teſt, tanquam titivilitium flocci faciendum non eſ'ſe,

R.B. *Armigeri.*

De Aquis Min. Sect. 2. N. 7. in fine, p. 12.

'ſe, unde, ut beneficii non parum videmus, ita eti- De Virtutibus Thermarum Bathon.
'am nocumenti non exiguum inde oriundum, præ-
'ſertim aliquando, quum operatio penitus deſierit,
'& forſan etiam ejuſdem recordatio Bibentis memoriæ
'omnino exciderit.

Proximum in *potandi* uſu hodierno *reprehenſione* dignum eſt, *Quod eodem tempore & Thermalem Aquam potent, & Utantur Balneo; imo Aquam inter ipſas Aquas, & in Thermis, potant Jæpiſſime.* Quam non ſolum Judicio Medicorum *ratione* utentium, ſed *rationi* etiam ipſi contrarium hoc fit, ex *Autoris* fide digni verbis apparet: *Sed neq; Balneum Thermarum, dum Aquæ ſumuntur, adminiſtrandum eſt; quod hoc modo ratione contrariorum motuum factorum à Balneo, quod ad Circumferentiam, & à Potu, qui ad Centrum trahit, nimis æger affligitur.* Et ne *Unius* tantum medici opinio videatur, quæ *rationi* ſuperſtructa ſufficit, *aliter* opinio ne hili quidem valet, *Alter* quoq; *idem* ſuadet: *Nec quoad infuſionem corporis placet, quoniam qui ita agunt, affligunt nimis ægrum ratione contrarii motus, qui motus contrarius fit ab aqua in potum accepta, & à Balneo. Nam aqua quæ in corpore eſt agit ducendo à Circumferentia ad Centrum, Infuſio vero à Centro ad Circumferentiam, unde niſi robuſtiſſimum fuerit Corpus, non poterit perferre talem motum.* Error II.

Motus *contrarietate* fateor medicatas Aquas *Cathartitas* præcipue urgeri, quæ motum habent iſti à *Balneo* excitato prorſus *contrarium.* Balnei enim motus eſt à *Centro* ad *Circumferentiam*, ſive à partibus *internis* ad Corporis habitum; quum autem Aquæ Diureticæ nimis etiam accelerari poſſint, & *juſto* plus *citius* ad Renes præcipitari, unde Natura vi quadam inſolita *Diabetem*, & malum aliquod aliud

De *Virtutibus* Thermarum *Balbon.*

interne pati poſſit, non ſecus ac à Balneo *externe* incommoda: Prohibitio iſta in Aquis etiam *Diureticis*, ſi non *eadem* ratione, *æque* tamen *valida* tenere obſervatur.

Hæc autem verba intelligenda non ſunt ac ſi aquarum potum *omnem* intra *Thermas* omnino prohiberent. Quùm enim externus *Thermarum* uſus diuturnus, & *alvum* conſtipare ſoleat, & *ſitim* inferre, *Thermalis* aquæ ad *duas* aut *tres* libras in Balneo potatio Symptomatibus hiſce *remedio* eſſe ſolet, ideoq; hanc ob cauſam in *Balneo* conceditur. *Eadem*, fateor, ratio militare videtur contra purgationem diebus *Canicularibus*; æſtus ſudores evocat *externe*, purgatio ad *Centrum* movet à *Circumferentia*. Verum non tam proprie contra dies caniculares, quam *æſtum* quemcunq; ſolito *majorem* quacunq; anni tempeſtate acciderit. Quum autem *caniculares* dies intra XIX *Julii*, & XXVII *Auguſti*, dierum numero *vulgo* XL, incluſi ſint, & totum iſtud Tempus, aut *major* ſaltem ejuſdem pars, interdum *pluviis* ita abundet, ac ſi menſis *Aprilis*, & Autumnus *inæqualis* convenirent, quid de *æſtu* ſentiendum ſit, evidenter apparet. Imo dies *novi* intra ſpatium prædictum quam qui aut *præceſſerunt*, aut *ſucceſſerunt* magis temperatos; ſed de hac re plenius *Capite* XIII. Hic tantum addo Balneationem in *Propatulo*, & purgationem ſub *tecto* æſtum excludente, diſcrimen magnum inter dierum *Canicularium*, & *Balnei* calorem interponere.

Porrò, *Thermalium* Aquarum *liberalius* ſaltem ſumptarum Natura in pleriſq; ad *Catharſin* primo, ad *Diureſin* tantum *Secundario* inclinat. Nam *Salia* quibus abundant, inteſtina *ſtimulatione* quadam ad excernendum provocant, quæ *majori* quantitate, & ſpatio

ſpatio Temporis, *diutius* hauſtæ, poſt ſedem unam, aut *alteram*, ad Renes decurrunt; niſi quantitas *prima* adeo exigua ſit, ut inteſtina *ſtimulationem* inde non percipiant, & tum *omnino* in Veſicam delabuntur. Nonnullos novi *Thermarum* aquas, *Ptyaliſmi* more, redolentes ore; *alios* ſudore; *pleroſq;* vero per Alvum, & Urinas. Ter bibi *Aquarianas* aquas, inquit *Bauhinus*, & *nihil* unquam ipſarum per *lotium* aut *ſeceſſum* excrevi; ſed poſt *duos* aut *tres* dies tam copioſe per *ſudorem* exierunt, *ut ſcutella* fere potuiſſent colligi. Prohibitio autem hæc adeo arcte non conſtringit, quin & in *Balneo*, & *Lecto* etiam, *Balneo* analogo, Thermarum Aquam *interdum* potandam duxerim; Regulas enim *praxis* ſæpiſſime alterat, & à *novis* circumſtantiis medicationes *novæ* non raro emergunt.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

De Therm. Boll. *l. 2. c. 8.*

Irregularitatem *Tertiam* Thermalium Aquarum ſine debita Totius præparatione prævia ſumptionem invenio, quæ non adeo *perfunctoriè*, ut cum Thermarum aqua, & *Sale*, fieri debet, ſed *crebra* & *repetita* Catharſi, uti res poſtulaverit. *Thermales* enim Aquæ Ventriculum & Inteſtina *primo* pertranſeunt, ubi ſi *Augeæ* ſtabulum inveniant, Impuritates illæ, quæ ex Naturæ Inſtituto, *ibidem* coacervantur, non tantum aquas iſtas medicatas conſpurcant, verum una cum iis quaſi *Alphei* fluminis vi, intra corpus advectæ, meatus *intermedios* obſtruunt, & maſſam *demùm* ſanguinis contaminant. Optimè itaq; prædictus Autor: *Omnes & Vulgares etiam dicunt, purgationem debere præcedere potum Aquarum Medicatarum, & quamvis aliquibus ſucceſſerit Sanatio abſq; Purgatione præmiſſa per pharmacum, tamen raro hoc accidit; quare ante potum corpora diligentiſſime purganda, bis, ter, & pluries, ſi opus fuerit.* Alter etiam *Medicus*

Error III.

Do-

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Doctus de Uſu *externo* Thermarum idem pronunciat. *Balnea nemo intret, priuſquam experti Medici Conſilio, ſemel atq; iterum purgatum fuerit corpus. Nam ſi aliquis non purgatus, aut præparatus debite, Balneum intraverit, fortean* Domi vivus reverſurus non eſt, *aut ſi redierit, morbum ſæpiſſime illo ob quem Balneum intravit deteriorem multo ſecum adducit.* Vid. Cap. 15. N. 37, 38.

Cap. 20.

Pantaleon etiam de Thermis Tigurinis: *Qui Thermas adeunt non repurgato Corpore, iis ſubtiliores humores reſolvuntur, craſſiores condenſantur, unde magna nocumenta, aliis eliquati humores Cor petunt, faciuntq; animi deliquia; aliis nauſeam invehunt; aliis pariunt obſtructiones Hepatis, & Splenis, excitant febres, icterum & alios morbos.*

Error V.

Erratum *ultimo* memorandum eſt, *Eſculentorum, & Poculentorum* quoruncunq;, in, & *extra*, Balneum *Ingurgitatio, Commeſſationes, Compotationes*, & *Diæta* neglecta, dum *Thermarum* aquæ bibuntur, unde *Operatio* earundem *minus* efficax evadit. Sin vero eaſdem ex Natura ſua agere paterentur, aut à *cibis* aut *potibus* adjumenta reciperent, Virtutes ſuas *majori* emolumento bibentibus commendarent. *Generoſi* autem plures *præcipuè* hauſtu magno *Matutino* uno non contenti, appetitum Thermalium Aquarum *Lima* exaſperatum, tempore nimis brevi ciborum *varietate* nimia placant, & non modo *latranti* ſtomacho *offam* obtrudunt, veram etiam ad *ſatietatem* uſq; & *ingluviem* comedunt. Adeo ut ventriculo, *ſuo* more, id eſt, *peſſimo*, concoquente, & appetitu iterum *clamitante*, pro cloaca fæces *iſta* quantitate ita præparantur, ut ſundi ſui ſimo *proprio* ſtercorati, *fertiliores* reddantur.

No-

Notandum etiam, ſi Urina à *limpida* in auream mutata *non* fuerit, Cibum *non* ſumendum, & *Cœnam*, ſiqua fuerit, debere *prandio* liberiorem fore. Quùmq; apud Bathoniam *Moſchato-Melonum* copia ſit, ne in uſu eorundem peccatum ſit, *cavendum*, quùm *Quidam apud locum nuper, ſtatim ab Eſu, ob eandem non dico cauſam, vitam morte commutaverit*: iſtiuſmodi enim *fructu* Aquarum Mineralium *potoribus* Scriptores interdicunt. Sed de *Thermalis* aquæ Potorum *Diæta*, in fine Capitis dicendum reſtat.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Moſcato-melonum *eſus immoderatus* noxius.

Ne vero *diutius* protraham, quæ *breviora* eſſe deſignaveram, *Conſilium* jam apponam, quod in potanda *Thermarum* aqua *neceſſarium* exiſtimo.

Methodus *potandi.*

Poſt debitam Corporis *præparationem*, quæ *medici* eſt provincia, quod Potanti incumbit eſt, ut circa *quintam* aut *ſextam* matutinam ſurgat, & levato *naturæ* onere, ſi *Opus* fuerit, & *Uſus* poſtulaverit, ad excitandum *Nativum* calorem *pauliſper* deambulet, tum, ſi ſtaturæ majoris non fuerit, & *infirmum* Temperamentum non prohibeat, Aquæ libras *tres*, in modum qui ſequitur, *tuto* exhauriat. Apud locum ipſum *Vitrum*, (aut *Cratera*) quilibet libram *ſemis* aquæ continens, exiccet *primo*; & morula quadam interpoſita, bibat tantundem; *tum* quadrantis horæ ſpatio obambulans, & ad *locum* ipſum reverſus, *libram alteram* bibat, hauſtibus *duobus*, ut prius; & ita poſt Quadrantalem motum, *partitis* hauſtibus, *Tertiam*; Craſtino vero die præcedentibus addat *libram ſemis*, & ita quotidie quantitatem *augeat*, donec ad libras *ſex* aſcenderit, ultra quas *nemo* ex præſcripto meo, inter *primi* generis Homines, ſolet procedere. Quum libras *ſex* intra ſe receperit *Patiens*,

Doſis Infima.

De *Virtutibus* Thermarum & *Bathon.*

ens, ibi *diu* manendum non eſt, ſed die *uno*, *altero*, aut *tertio* elapſo, iiſdem gradibus deſcendendum, quibus *antea* erat aſcenſum. Ita ut *duodecim*, aut *quotuordecim* dierum ſpatio bibantur *Thermæ*, ſine intermiſſione, aut uſu *Balnei*, quibus *Thermarum* Aquarum Vires quilibet experiri poſſit. Plures autem dies aſſignari queant ex præſcripto *Medici*, cujus *Judicium* hac in re *neceſſarium* videtur.

Media.

Qui vero Temperamento *robuſtiore*, Statura *majori*, præditi, & morbis *magis* urgentibus laborant, libras *quatuor* poſt ambulationum intervalla prædicta ſumant, & ad *Congium* unum, gradibus *ſupra* memoratis, aſcendant, quam *Mediocrium* hominum *doſin* Exiſtimo. Tandem

Maxima.

Omnium *maximi*, qui *maximam* doſin ferre poſſunt, à libis *quinq*; incipiant, & ad *Decem* procedant, ultra quas aſcendere *neceſſum* non eſt. Aquæ enim medicatæ quæ *prædicta* quantitate hauſtæ Operationem rite non perficiunt, aut *ratione ponderis* ſolius evacuantur, ut aqua *Communis*; aut *majore* quam par eſt, quantitate potæ, nec *debite* redditæ, *Catarrhos*, *Rheumatiſmos*, *Hydropem* etiam interdum, & *Arthritidem*, Salutis vice, bibentibus impertiunt, ſed quantitatem, ſive *doſin* aptiſſimam prudentis *Medici* Judicio, & *Patientis* etiam, quum pro *Tolerantia* videatur, *Ventriculo*, remittam. De hac Tolerantia notandum, illam eſſe non *quantum* ferre, ſed *quantum* Potor *commode* ferre poteſt. Bene enim

Hiſt. Font. Boll. l. 2. c. 15.

Bauhinus: Turpius labuntur in Thermarum uſu, ſeu abuſu verius, quùm cunctis quantitatem potuum tantam quantam capere poſſunt præſcribant, contra Naturæ, & artis medicæ præcepta faciunt, qui ad potus

L. 31. c. 6.

ſatietatem ſe ſaturant. Plinius *ſcribit de iis qui vide-*

videbantur ſibi magni viri qui majorem copiam aquarum bibiſſent; unde aliqui tantum bibebant & tumidi adeo fierent, ut annulus quem geſtabant digitis tegeretur à Cute. Fallopius aſſerit *ſe quendam Presbyterum vidiſſe qui tantum Aquariæ aquæ biberat, ut trium dierum ſpatio tumidus ita manſerit ut non amplius ab aliquo agnoſceretur.* De *Bonoſis* & *Tricongiis*, præſertim *Germanis*, vide quæ annotavimus in *ſequente* Capite. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.* *De Therm. c. 10*

Notandum etiam *motum* & ambulationem ab epota aquâ *neceſſario* non requiri, quùm *jacentes* in lecto, aut *ſtantes* erecti, *Thermalium* Aquarum tranſitum *æquè* Celerem inveniunt. Magis forſan requiruntur *aſcenſus* & *deſcenſus* in Potatione *gradus*, quos tamen *aliqui* ſine noxa *non* obſervant. De his omnibus *Baubinus: Incipiendus erit à tribus vel quatuor, vel quinq; ſed non pluribus libris, & eo uſq; augendus donec quantitas fuerit, reduplicata. Ut ſi, exempli gratia, corpus eſſet imbecillum, prima vice exhibendæ tres libræ, quæ erunt ſex cyathi; altera, ſeptem; tertia, octo; quarta, Novem; quinta, decem; ſexta duodecim; ſed non procedatur ulterius. Si Corpus fuerit validius exhibeantur prima vice octo Cyathi, ſive libræ quatuor, & quotidie augebitur, donec perveniatur ad ſedecim, ſive libras octo, ſed nunquam excedatur numerus viginti Cyatborum, ſive librarum decem. Cum ad ſummum perventum fuerit, non inſiſtendum in illo numero, ſed retrocedendum ſenſim, donec deveniatur ad minorem numerum quo cæptus potus.* *Hiſt. Font. Boll. l. 2. c. 9.*

Circa *duodecimam* matutinam, aut *ſerius* ſi mos poſtulaverit, quando *Thermarum* aquæ *maximam* partem evacuatæ fuerint, levé *prandium* ſumatur, conſtans *ovis*, *Brodio*, Carne *vitulina*, *Vervecina*, *Capo-*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

num, Pullorum, & Cibis ſimillimis, qui *facile* digeruntur. Verſus *noctem* vero hora *quarta*, aut *ſexta* veſpertina, Cœna ſit *liberior*, adeo ut ventriculo craſtino mane *vacuo*, Thermales aquæ *iterum* more debito in vaſculum quantum fieri poſſit, *putum purum* recipiantur. Inter vina *Rhenanum, Album*, & *Claretum* præſero; liberalius *Vinum* bibat Aquæ-potor, *Cereviſiam* parùm. Quod ad *Morbos* & *Symptomata* ſupervenientia attinet, de illis *impræſentiarum verbum ampliùs non addam*, ſed *medicorum* provinciam ipſis *medicis* prono animo lubenſq; reſigno:

——*Quod medicorum eſt*
Promittant medici; tractent fabrilia Fabri.

Frenchius *Spadacr. Ebor. c. 9.*

Tantum addo, quemadmodum in uſu *externo* Cap. X. Conſ. 2. ſuperiùs annotavimus, abſoluto potandi curſu, in *diæta* regimen obſervandum eſſe, quod quidem tenue ad *menſis* unius ſpatium ſe (minimùm) extendat, quo cruditatibus omnibus amotis aut præcautis *natura* infirmitates corporis *felicius* debellat. E re etiam ſore arbitror, ut qui *Cibos* ſuos ingeſtos male concoquunt, horis *tribus* aut *quatuor* à paſtu exactis, *hauſtum* aquæ *dilutivum* ſumant, quem intra *libræ* unius quantitatem ſiſtant, quod ad *diluendum* chylum, & *felicius* diſtribuendum ſummopere conducit.

Hauſtus dilutivus.

Hydropotia in lecto.

Moris etiam apud nonnullos eſt aquæ medicatæ calices in *Lecto* exiccare: Lectum enim ejuſq; calor *Exercitii* vices explent, & corpus hoc modo *ſiccum* efficitur; adeò ut aqua, *iſthoc* modo pota, in aliquibus *celeriùs* pertranſeat; infirmis itaq; corporibus, & *minùs* perviis *magis* convenit. De *Hydropotia* in lecto

Spadac. Eb. c. 10.

lecto ità *Frenchius*: *Sæpius obſervavi medicatas aquas ipſorum corpora felicius permeare, qui in lecto jacuerunt, aliter verò non; Rationem concepi, quod meatus Corporis ab aere, ſub dio, conſtipati fuerunt; calore autem lecti aperti & reſerati, ubi corporis habitus laxus magis, & quaſi inflatus videtur.* Modum itaq; *bibendi* uniuſcujuſq; potoris *mori*, & *experientiæ*, relinquo. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Cubitum ituris intra libram *propinat Tabernamontanus*: *Quotidie poſt Cœnam, inquit, antequam ingrediatur lectum toto potus tempore bibendæ acidulæ, quotidie aucto potu donec bibatur ad libram.* Monet autem *Bauhinus ſe non futurum authorem ſuis ægris, ut bibant acidulas à Cœna cubitum ituri (ne videlicet perturbetur concoctio) niſi tanta eſſet ſitis quæ Somnum impedire poſſit.* Ad *plures* vero dies ex præſcripto meo *bibit* proficue Miles *Devonienſis* cubitum iturus Regalis Balnei aquæ antliatæ libras *tres*, ſed vacuo ventriculo, ut in *Epiſtolis* meis Medicinalibus, in *Epiſtolâ* ad D. *Davy* Exonienſem, legere licet. *Hora* Somni. *De Font.* Boll. *l. 2. c. 9. verb. ult.*

Monendum deniq; in *fine* hujus Capitis *Lectorem* cenſeo, in Regali Balneo ſub mole ligneâ *Cruce* vocatâ, *Ciſternam* plumbeam inuerſam ad diſſipandam ſcatebram maximam ſubjacentem *antiquitùs* collocatam, cujus longitudo *ſex* pedes (circiter) occupat, latitudo vero *quatuor*, cujus angulo *auſtro-occidentali* Antlia *minor* ſuperne directè infigitur in potantium Commodum, ut Thermalis aqua inde *purior* aſcendat, Lateri vero interius *oblique* canalis plumbeus aquam ad *Antliam* ſiccam derivans apponitur, & circa partem *ſuperiorem* ad latus *auſtrale* orientem verſus, Canales plumbei ad *Antlias* Regiam &

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Reginenſem tendentes, ut ex *ſchemate adjecto* clariùs apparet. Supra antliam ad potandas aquas *hæc* Inſcriptio legenda: *Antlia hæc ſuper Scatebram calidam directe Civitatis Cameræ ſumptibus erecta, motu & conſilio Honorabilis Viri, Domini* Alexandri Fraſier, *Majeſtatis Regiæ* CAROLI II. *Archiatri A. D.* 1674. *Benjamino Baber* Camerario. Verùm de illâ *Capite* XIV. plura occurrunt.

CAP.

CAP. XII.

De Thermarum Bathonienſium Virtutibus: Hic, *De* Interno *Thermarum* uſu; *ſive de Thermarum* Aqua Potabili.

Capitis Summarium.

Præcedentium Continuatio, & Confirmatio. *Thermarum* Potatio. *Modus* potandi. *Objectio, & ejuſdem* Solutio. *Noxa* nulla *à materiâ* lapideâ. *Magiſterii* inſipidi *Uſus in Sanguine* dulcorando. *Thermarum* Bitumen *non nocet.* Ex-principium *Solum. Spuma* duplex. *Anni Tempus* quando *aſcendit*: *Nocumentum* nullum *à Sulphure.* Sal *Thermarum.*

THermarum *Uſum internum* quod attinet, *nuper*, nec ſine Cauſa, *adeo* decantatum; Cùm in præcedenti *Capite* manifeſtò appareat, Aquas *Acidas*, *Nitroſas*, & *Salſas*, ab Autoribus *probatiſſimis* in *potum* admitti, quùmq; *dubium* non ſit, quin *Salia* quædam iſtius generis *viſibilia*, & *oculis* ſubjecta; *alia* in ſucco aut halitu, *inviſibilia*, tranſeuntia, & *halituoſa* in Thermis contineantur; legitimis conſequentiæ legibus, ut ſuperius dictum, *concludendum* cenſeo, *Potabiles Aquas eſſe*, nec ſine fructu *potandas*. Nec inimicus *Calor* eſt, aut *Stomacho* obnoxius; neq; *nauſeam*, (niſi *intemperanter* hauſta ſit aqua *Tepida*,) creat omnino. Verum quum Thermarum *Po-*

Thermæ ſunt Potabiles.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Potatio, ab annis aliquot lapſis retro, *multum* percrebuit, de hac re, *hic* ſtatui *latius* diſſerere. *Potandi* itaq; *Modus* jam ſuccedit, *quidq; illis faciendum incumbit, qui ab interno ejuſdem Uſus beneficia expectant*, quibus quæ in præcedenti *Capite* dicta ſunt, *confirmata* redduntur.

Objectio.

Et ſtatim hîc *Objectio* occurrit, quæ *Solutionem* poſtulat, & internum *Thermarum* uſum demoliri videtur. Dicat igitur aliquis: *Quùm* Thermales *Aquæ, quæ Corpori nocumento eſſe poſſunt, ex nuperis Obſervationibus, in ſe Contineant, Uſum earum internum haud tutum videri; viamq; rectam ad pretium earum minuendum fore demonſtrare Contenta, quorum aliqua Sabuloſa, & indolis lapideæ quum ſint, meſenterium, Venas lacteas, reliquoſq; Corporis meatus, inferciant, & ad Sabuloſæ materiæ Saburram, intra Corpus coacervandam, viam ſternant, unde calculi & Podagræ inſultus oriantur, aliiq; affectus præter naturam Originem accipiant*: Alia, *quæ relaxantem indolem, & effeminatem participant, partibus nervoſis labem imprimant, & inteſtina præſertim & Ventriculum, tranſeundo debilitent. Ab hoc itaq; Thermarum Uſu cavendum videtur, quum à partibus non ſalinis emergentibus, ut videntur, Noxis, & Commodis à ſalinis expectatis, lanci impoſitis, noxæ præponderent.*

Solutio.

Huic autem *omnium* quæ in contrarium dici poſſunt *Summæ* (ni fallor) ſic *Reſpondeo.* Quum partes in, & circa *Thermarum* contenta, culpæ *maxime* obnoxiæ, ſint *Materia* quædam *Sabuloſa, Bitumen*, & *Sulphur*, priorem *pollen* adeo *tenuiſſimum* exiſtere, & cum *Thermarum* conſiſtentia ita *intus* commiſceri, ut *revera* nomen iſtud illi jure *haud* competat, ideoq; *ſic* appello, ratione habita ad *minùs* albam, & Tenuem, quæ *evaporando* apparet, ut *alibi* obſervatum;

Noxa nulla a materia ſabuloſa.

Vid. Obſ. 83.

hunc

hunc autem in Aquis Thermalibus exiſtentem, *mollem*, *impalpabilem*, & quovis magiſterio *læviorem*, meatus omnes, una cum *Thermarum* latice percurrere neceſſe eſt. Nec *mora* in corpore adeo *longa* eſſe ſolet, ut *ſeparationem* inducat, quæ in liquoribus *calidis* haud ſolet evenire, niſi, ſi quando forſan *Thermalis* aqua *hæſerit* in tranſitu, in quo periculum *maximè* collocandum videtur. *Calor* enim Naturalis *violentus* non eſt, tenorem *moderatum* & *æqualem* ſervat, & Thermarum *analyſi* faciendæ *impar* exiſtit, quemadmodum *igne* efficitur. Quapropter *pulvis* hic tenuiſſimus, poſtquam munere ſuo functus eſt in corpore, per communes evacuandi ductus *immuniter* amandatur, modo *Thermæ* intra Corpus *diutius* non perſtiterint. Notandum etiam *liquores calentes ſedimentum non deponere*, ut in *Urinâ* obſervare eſt, quæ niſi *frigore* conſtricta, *hypoſtaſin* non oſtendit. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Porrò, *Magiſterii* hujus *inſipidi* haud levis momenti *Uſus* eſſe poſſit. Nam, ſi Sanguinis *acrimonia* fuerit retuſa, humores *acres* ſubacti, *mitigati*, & *dulciores* redditi, quemadmodum *multorum* experientia compertum habemus, *nihil* in *Thermis* mihi notum occurrit, cui hoc *majori* veritatis ſpecie, quam pulveri huic tenuiſſimo & *inſipido* attribuam; qui, *Cancrorum oculorum*, *Cretæ*, *perlarum* inſtar, & *Corallii*, (quæ *Sabuloſa* licet fuerint, *intra* Corpus tamen *proficuè* ſumuntur) *acorem* imbibendo, (cui magis aptum *inſipidum* exiſtit) aut humorum *proprietatem* alterando, *acrimoniam* demulcet. Hinc in *Morbis* qui in *Sanguinis* δυσκρασία conſiſtunt *Hydropotia* proficua, *Scorbuto* nimirum, *Scabie*, *Elephantiaſi*, &c. quem ab indole nimis *Salſa*, aut *acida*, ad craſin *priſtinam* reducit. *Magiſterii* Inſipidi *Uſus*, *ad Sanguinem* dulcorandum.

Fer-

De *Viriutibus* Thermarum *Bathon.*

Fermentatio (fateor) *interna*, insipidi hujus *pulveris* ope, quemadmodum in *Thermis*, ob eandem causam, *exterius* evenisse, in præcedenti *Hypothesi*, partim monuimus, Jure merito expectanda videtur, si pulvis *separatus* foret, & *acidis* in viscеribus, *Ventriculo* putà, *Liene*, aliisq; *studiosè* commistus, unde *Eructationes*, *inflationes*, aliaq; forsan, incommoda sequerentur, quæ, in *flatu* præsertim *Hypochondriaco*, malorum cumulum augerent; cum autem *Thermalis* aqua, quæ pulverem *fluidum* reddit, *cito* pertranseat, ac materiæ intra corpus proventus adeo *Uber* non sit, ac *subter* terram apparet, nec *acida* quæ acidis *subterraneis* respondeant, ibidem reperiantur, effectuum malorum *Vanissimus* metus omninò disparet, præsertim cùm *nihil* tale à quopiam hactenus observatum fuerit. Imò, ut quòd Aquæ-potoribus *appetitus* incrementum sumat, *Salibus*; ita quòd Ciborum *concoctio* meliùs perficiatur, *fermento* in aqua, cui pulvis hic *multum* contribuit, deberi videtur, qua de re *alibi* plura. *Hic* tantum noto, quod existentiam ejus in aqua ulterius confirmat, pulverem hunc *insipidum* Balneorum, præsertim *Crucis*, annulis hyberno tempore adhærere solitum, qui ob Contactum *Cupri* ita vireſcit ut *æruginis* naturam & colorem æmuletur; adeo ut *Henricus Dyer* istius Balnei *Serviens*, & *Chirurgus*, se ex *hoc pulvere*, *melle*, & *aceto* mistis, *Unguentum* bonum *Ægyptiacum* confecisse testetur. Ex *Viriditate* pulvis hic Civitatis Superioris ordinis Incolæ *Vitriolum* videbatur; Verùm quum Saporem nullum obtineat, nec in aqua dissolvitur, pulverem hunc *insipidum* esse à *cupro* tinctum, evidenter apparet.

Cur fermentatio immodica *non accidit in viscеribus.*

Vid. Cap. 13.

* G. G. *Aldermano.*

Thermarum Bitumen *non nocet.*

Bitumen quod attinet, *liquidum*, aut *solidum*, quorum *prius*, apud rerum *Mineralium* scriptores, (quoad

ad uſum *internum* audit peſſime) *nihil* mali inde provenire poſſe puto, eo quod nec miſtum *Thermis* opinor, nec cum iiſdem revera ſit *miſcibile*; illud autem *certis* anni Temporibus, *menſibus*, puta, *calidioribus*, ſed præſertim à verno Tempore *æquinoctiali*, Scaturigines eructant, in *Thermarum* ſuperficiem, Thermales Aquas *ſine* miſcelâ, in aſcenſu, pertranſit, & *Vitiginis* forma, aut ſpumæ, in *ſuperficie* ſupernatat, quod ſi abſtuleris, & Exiccaveris *picis* inſtar ſolidæ inflammatur, ut *alibi* obſervatum. *Bitumen* hoc in Thermis *liquidum*, *petroleum*, aut impurioris *Naphthæ* genus quoddam æmulare videtur, quod aquas minùs aptas ad Potandum reddere, in præcedenti *Capite* dictum eſt; verum quum nec hoc *Bituminis* genus *Chymati*, ſeu *fluori* aquarum, ſe immiſceat, ſed *appendicis* more, adhæreat ſolum, & *ſupernatet*; nihil nocæ *Thermarum* aquis inde ſolet, aut poteſt accidere. Et quidem hinc evenit, quod Doctiſſimus *Jordenus* refert à *quibuſdam*, ſuo Tempore, traditum, quod dum *Anna*, JACOBI fæliciſſimæ memoriæ *Magnæ Britanniæ* Monarchæ *Primi* Regina, in Thermas *Regales* immerſa fuerit, *flamma quædam, Candelæ inſtar accenſæ, prope ipſam* Reginam, *è Thermarum fundo ad ſuperficiem aſcenderit, Ubi cito evanuit.* Ignes, fateor, in aquis *quibuſdam*, & circa *humana* etiam corpora, interdum viſos, memorat *Plinius*. *Accenſum* autem quiddam haud fuiſſe, ſed *Ballam* quandam *flatulentam*, in Thermis *ſæpiùs* obſervatam; aut materiam aliquam *Bituminoſam* in Thermis haud ſolutam, & in earundem ſuperficie, ſe, in *Circularem* formam, dilatantem, exiſtimat *Vir doctus*, eo perſuaſus, *quod intra Thermarum Aquas accendi fuerit impoſſibile*; *& probabile ſit, non extinctam, ut aiunt, fore flammam, in ſuperficie, ſed ſupra*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Vid. Obſ. 16.

De Baln. Nat. & Aq. Min. cap. 6.

Circa Annam, Jacobi *Primi* Reginam, *flamma in Thermis* Regiis.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Vid. Cap. 8.

pra Thermas elevatam, ardentius combuſturam; Quod contra ignem *ſubterraneum* in ipſis Thermarum Canalibus, ut *nonnulli* contendunt, *accenſum*, Capite VIII. à *nobis* traditis conſonum videtur. Hoc tamen noto, *Bituminis* liquidi, *Naphthæ*, aut *Petrolei* genus quoddam cum aquis Thermalibus *non* miſcibile, ut dictum, è *Thermarum* fundo aſcendens, *Obſervationi* huic, ſi non *fabulæ*, ortum præbuiſſe.

Jam vero *quantitate* Bituminis ad alia *Mineralia* exiſtente *majori*, Temporibus etiam naſcendi, apparendi ſaltem, *incertis*, unà cum indole cum *Thermali* aqua miſcendi *minime* Capaci, *aliter* ſane non aſcenderet è fundo, & in ſuperficie fluitaret, his inquam conſideratis, *mirum* videtur Clariſſimum *Jardenum* modo memoratum, *Balnea hæc Bituminea eſſe à Prædominio* credidiſſe, & ſcriptis ſuis *paſſim* aſſeruiſſe, niſi *Prædominium*, quod probabile, inde hauſerit, quod Thermas *ſuperet*, & iiſdem innatando, ita *prædominetur*, & tum Aquam oleo Tectam, *oleoſam* eſſe à *Prædominio*, eodem jure poterat aſſerere.

De Baln. Nat. *& Aq. Min. cap. 6. in fine, &* alibi.

Quum autem de *Spumæ* hujus inflammabilitate & indole *Bituminea*, dubitet *Martinus Liſter*, M. D. in ſuperioribus laudatus, ſciat Spumam hanc *duplicem* eſſe, oleoſam *Unam*, Coloris *Cærulei*, & in Summitate *nitentem*, quæ *lubricitate* ita pollet, ut intra digitos *vix*, ac *ne vix* quidem teneri queat; quædam *nigrior* & *Pici liquidæ* ſimilior; *quædam* albidior & *magis* Spumoſa. *Hæc* exiccata *inflammabilis* eſt, & eructata obſervatur à Scatebris in *Baluei* fundo exiſtentibus, per ipſas *Thermas* moleculis *ſeparatim* aſcendens, in placentulas quaſdam in ſuperficie unitur, circa *æquinoctiale* Vernum à menſe *Martio* ad *Octobrim* uſq; & interdum *Novembrem*, parcius tamen, & *Cremoris* te-

In Tranſactionibus Philoſophicis, *& de Font. Medic. Angl. Exercit. pr. c. 12. verb. ult.*

Anni Tempus *quando* Spuma *aſcendit.*

tenuis aut *Cuticulæ* inſtar, menſibus *frigidioribus*; menſibus *Decembri, Januario, & Februario*, intra totum annum exceptis, *Sudis* præcipue *tempeſtatibus* & *ſole* illuſtratis; de quo *Spumæ* genere *Notandum, quod à locis ſubter terram ad* Balnei *fundum, cum Scatebris delatum, per totum annum ibidem remaneat, menſibus autem calidioribus prædictis, Solis Radiis, uti volunt, è fundo evocatum, in ſuperficie fluitat, unde majorem Luti, in fundo Balnei quantitatem hyeme, quando Spuma non aſcendit*, Ductores *obſervant*. *Altera* vero Spumæ ſpecies *Muſcoſa* obſervatur, de qua ſupra, quæ in *Thermarum* ſuperficie etiam *ſæpius* fluitat, & è *Thermarum* lateribus & fundo *Carptariis* ductorum manibus purgatis exoritur. Hæc Cruci *Ligneæ* in Regio, quouſq; aqua aſcendit, *præcipue* adhærens, in *Thermarum* etiam ſuperficie *non raro* fluitans, *non* comburitur, nec *Bituminoſæ* materiæ aliquid in ſe complectitur, in quam, quum *Bathoniæ* fuerat, forſan, incidit Vir Doctus, & per totum anni ſpatium *majori minorive* quantitate occurrit.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Vid. Cap. 2. *in fine.*

Porrò, in ſuperioribus *Bitumen* inter *Principia* ægerrimè admiſi, inter quæ haud *aliter* apparet, *niſi* tanquam *Ex-principium*, exauctoratum, nimirum, & mere *acceſſorium*, aut plane *Supernumerarium*, olim tamen habitum *Principium*. Addo etiam, *Bituminoſæ Materiæ in Thermarum ſuperficie fluitantis; Summitatum digitorum, Crucis Balnei Calore, in rugas coactarum; & Nidoris Sulphurei propè Balneum* Argumenta, ad *Principiorum* numerum *Ternarium* ſtabiliendum, haud *maſcula* videri, & *minùs* efficacia ad aſſerendum illud in *Thermis* abundare *maximè*, quod cum iiſdem *miſceri*, aliter quam *confundi*, & *confuſum* manere utpote è fundo per *Aquas* ipſas *ejaculatum* ſubito, & in ſuperficie *fluitans*, non eſt poſſibile.

Jordeni *argumenta pro* principiorum *ſuorum* Triade.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Verosimile autem interdum opinatur *Nobilissimus* Autor *Medicatam Aquam de Bitumine etiam, & Sulphure, Calore Subterraneo contemperante, participare,* *De Aq. Miner. p. 75. N. 5.* *quùm Calor ambas illas Substantias fundere, & incorporare possit intra terram, ut supra illam à se fluctum facile testatur.* Aquæ autem istiusmodi, si quæ fuerint, *rarissimæ* sunt, neq; sub examen suum adhuc *unquam* ceciderunt, & istius Scriptoris *Illustrioris* conjecturæ solum probabili, originem, forsan, suam, & ortum debent. Nam *Ingeniosi* Parisienses. *Examen. Aq. Min.* Gallix, *p. 50.* Galli, cum laude *sæpius* memorati, aiunt: 'Bitu. 'minibus proprium est cum aqua non miscere; si li- 'quida fuerint, supernatant; si crassa, & terrena, 'in fundo inter lutum, subsidere solent. *Et paulo* *p. 114.* *post*: Sulphura & Bitumina in Aquis observare fa. 'cillimum est. Nam, aut in fundo subsidunt, aut 'in superficie supernatant; cum aquâ misceri, ut fa- 'lia, incapacia omnino, & inhabilia existunt. Porrò, idem fere statuit *Jordenus*, Bituminis tamen *præ-* *De Baln. Nat. & Aq. Min.* cap. 6. *in fine.* *dominium* inde, ut dixi, *malè* collegit. 'Bitumina, 'inquit, hæc oleosa, & Unctuosa quum sint, in aqua 'per se, sine succi alicujus Mineralis ope non dissol- 'vuntur, sed cum illa confunduntur. *Bitumen* au- 'tem *Balnea Nostra Bathonienfia* in agro *Somersettens*, 'principaliter ingreditur, Nitro tamen multo dilu- 'tum, quod solutionem meliorem facit, & aquam 'reddit magis limpidam. Quod in Balneis nostris 'Bitumen Prædominium obtineat, effectis probatur. 'Nam Nervos egregie corroborant, artus emolliunt, 'rheumata exiccant, Paralyses & Contractiones sa- 'nant, &c. Effecta autem hæc *Sulphur* potius *ad-* *Ibid.* *esse* arguunt, quam *Bitumen*, eoq; magis, quod argentum *aureo* Colore tingendi vim, quam *Bitumini* *Jordenus* adscribit, majori forsan jure, ut in præce-

dentibus,

dentibus, modicæ *Sulphuris* miſturæ tribuatur, (licet *majori* quantitate miſtum *Sulphur*, argento, aut metallo quolibet *albo* immerſo *nigredinem* affigat) Et Bitumen aut in Superficie, aut fundo remanere, neq; *aliter* aquæ, *Nitroſæ* licet, *commiſceri*, dictum eſt ſuperius. Hinc in *Nitroſis* aquis *Bourbon l' Archambault in Borbonnois* referunt Ingenioſi in ſuperioribus *ſæpius* laudati, 'Bituminis aut Sulphuris 'nihil extra Nitroſi Salis partem inventum fuiſſe, 'Sedimenti etiam terram oleoſi nihil continere, 'ſed in aceto diſtillato, magnam partem, ſolutam 'fuiſſe.

De Virtutibus Thermarum Bathon.

Obſ. ſuper Aq. Min. Gall. *p.* 53.

Quoad *Sulphur*, partem *Ultimam*, in Thermali Aqua *Culpæ* obnoxiam; tametſi *Thermis* inſit, mole *Bitumine* multo majori, & partem Contentorum fere *quartam* conſtituat (*quarta* enim pars, ut plurimùm calcinando deperit) neq; *Unctuoſitate*, aut *aliter* relaxat, aut effœminat ut nugantur *quidam*. Quicquid enim *oleoſi* participat, ingredientibus cæteris, in quorum ſinum recipitur, quibuſque adeò *arctè* unitur, *alteratur* adeò, ut *nihil* ejuſdem *ullibi* appareat, ſed *inflammabilitate* præcipuè, quam *odor*, & *color* comitantur, ſeipſum prodat. Porro, *Sulphur* in *Thermis*, fermentationis vi, adeo *comminuitur*, ut quaſi cum *Sale* & *Aqua* in qua ſolvitur *Sal*, unum corpus conſtituat; *Virtutes* itaque & *beneficia* nota Sulphuris per meatus Corporis cum *Thermarum* aqua circumducti, magis hinc expectanda videntur, *Pulmonibus*, puta, *ſuccurrere*, *partes imbecillas fovere*, & *refocillare*, *nec non officia omnia illa optima præſtare*, *quæ in compoſito experimur*, *quod Sulphur ingreditur*, potius quam *Salmacidis* undas, ex ipſa *Caria*, huc uſque proceſſiſſe, *inaniter*

Nocumentum nullum a Sulphure.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

ter ſuſpicari, aut effæminante *Sulphuris*, aut *Bitumi-nis* natura, neſcio quâ, perterreri, quæ mala ſo-lum *imaginaria* crearet. Si quiſquam autem *Ne-cumenti* aliquid à *Sulphure* adhuc pertimeſcat, *Sal* è Thermis à *Nobis* extractum arte illi in promp-tu eſſe poſſit, in quo *Sulphur non* eſt, quod in *Thermalibus* aquis *ſolutum*, minorem aquæ quanti-tatem *Bibentibus* commendat. Sed de hoc *Sale* in XIV. Capite *plura* dicentur.

CAP.

CAP. XII.

De Aquæ-Potorum *Regimine*, & aliis *ad* Internum *uſum ſpectantibus.*

Capitis Summarium.

De Thermali *aqua Potandâ* Regulæ. *Bibendi* Tempus, & *quantitas*. *Circa Potationem* Thermalium *Aquarum* Quæſtiones *Undecim*, & Reſponſa. *In Lue Venerea utilis*. *Thermalis aqua Pota* Centum *annos retro*. *Ratio* deſuetudinis. Eugenii Philandri σεσοφώνυμος. *Uſus* internus *per modum* Injectionis. *Uſus in arte* Pharmaceuticâ. *Vaporis* Uſus.

Dimicatis jam & in fugam miſſis *Hoſtibus*, qui *Thermarum* uſum *internum* impugnare videntur, *majora* beneficia à miſtura *ſalium* expectanda, debent ſuccedere; Verum cum *hanc* provinciam *juſto* Capiti, quod ſequitur, demandaveram, ad *regulas* in ægrorum *commodum* memorandas deſcendo, in quarum *obſervatione*, ut in uſu aquarum *Thermalium* externo, ægri debent ſe non *diligentes* modò, ſed & *Patientes* præbere. Nam, 'Quid poſſunt in Chro-'nicis præſertim fixiſq; morbis, auxilia quantumvis 'valida, quibus optatum exitum Impatientia præ-'cidit? Exinde, quod Pharmacorum lentam operam 'præſtolari reſpuerunt, averſati quicquid verbo ci-'tius non medetur: elanguerunt haud pauci, & 'tandem ad Portum ſuum, non illum Sanitatis ap-'pulerunt,

Maplet. *Ep. ad D. D.* Conyers.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

'pulerunt, *Charontis* cymba vecti. At Salutis reversuræ eo quod non advolet, sed obrepat, delere potius velle vestigia, quam eadem perfectius formare, dementiæ opinor esse Belluinæ.

De potanda Thermarum *aqua* Regulæ.

I. Ante *Potationem* itaq; necessarium videtur, ut Corpora bene *præparata* fuerint, utq; judicium *medici* determinet, an Thermalis aquæ *Potus* conveniat, necne. Usus enim cujuscunq; rei *temerarius*, noxius esse solet, ratioq; *optima*, cur multa *non* eveniunt, observatur, quod nullo Jure *expectanda* forent. *Præparatio* hæc non *Thermarum* aqua salita, *Syrupo Rosarum*, *Manna*, cæterisq; medicamentis *alimentaribus* apte efficitur, sed Pharmacis *propriis*, & *effective* Catharticis, *repetitis* etiam prout prudenti *medico* visum fuerit. Impuritates enim in *primis viis*, *Ventriculo*, *Intestinis*, *Mesenterio*, &c. coacervatæ, cum *Thermali* aqua intra Corpus penetrantes unà *Sanguinem* conspurcant, indeq; oritur malorum *Ilias*; sin autem Corpus fiat ἄρρον, *medicata* aqua ad partes destinatas, non *purius* modo, sed *facilius* pertransit.

II. Minus etiam Commodi *Potantibus* accedit, si *Thermalem* Aquam biberint *inter* Balneandum, quod consultissimorum *medicorum* præscriptis renititur. *Siti* autem existente *molesta*, bibendum erit *aliquid* in Thermis, ut sedetur paululum, horæ autem *dimidio* ante egressum è Thermis, *liberius* bibendum, & in *lecto* etiam si res postulaverit; *aliter*, tempus aliquod ad *bibendum* seponere, & isto durante, in *Thermas* nonn immergi, Justam *utriq*; usui libertatem concedit, operationes exerere, nec se mutuo subvertere, ac impedire, ut *non raro* solent, quando *unà* concurrunt.

Ad

Ad *Eſculenta*, & *Poculenta*, rationem etiam optimam haberi oportet, dum *potantur* Thermæ; ut *prandium* ſit ex cibis Euchymis, & *facile* concoctis, *hora duodecima*, aut *prima* poſt meridiem; utq; *Cæna* brevior ſit, & tempeſtiva, unde *Corpus* primo mane ſit *Jejunum* & *Vacuum*. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.* III.

Optimum *bibendi* Tempus *matutinum* exiſtimo, apud *locum* ipſum, ſin minùs, *domi*, Thermali aquâ in *vigore* caloris ex Antlia *recentèr* hauſtâ, & *argenteis* vaſis incluſa; ambulando *quadrantem* horæ, poſt libram *Unam*, aut ſaltem *Duas*; aſcendendo à libris *tribus*, *quatuor*, aut *quinq;* ad *ſex*, *octo*, aut *decem*, prout *Thermalis* aqua grata fuerit, & quicunq; *Potor* ferre poteſt. Regula enim *nulla* hic *ſtrictè* locum habet, ſed *generalis* videtur, *Pro Tolerantia*, donec *medicatâ* aquâ ventriculus *non* opprimitur, aut *nauſea* ſuperveniat, niſi in *quibuſdam* morbis, in quibus *Thermalium* aquarum *minor* quantitas requiritur; quod modo *Antiquo* conſonum videtur, de quo *infra*, ubi hoc præceptum: *Tantum Thermalis Aquæ ſumatur intus, quanto Ventriculus non opprimitur.* Dierum ad *potandum* numerus, *Septem*, *Quatuordecim*, *Viginti*, aut *Triginta*, poſt quem ſucceſſum eundem *haud* obſervavi, ac in ſpatio *intermedio*, ideoq; *diuturnior* ejus uſus, *una* vice, niſi in *quibuſdam* caſibus, nemini incumbit. Generoſus autem *quidam*, cujus hiſtoriam inferius trademus, *Thermales* Aquas non ſine *magno* Commodo bibit ad *menſes* ferè *tres*, diebus paucisſimis ab uſu ejus *interno*, iſto Tempore, *interniſſis*, majuſq; beneficium ſe diebus *poſtremis*, quam *primis*, accepiſſe retulit. *Alios* autem novi ſe *aliter* habuiſſe, ideoq; pro *morbi* & *Temperamenti* natura, bibendi tempus ſtatuendum videtur, *Menſis* vero ſpatium, *ut plurimum*, ſufficit, niſi *aliter* prudenti *medico* *Bibendi* tempus & quantitas. *Dierum ad* potandum Numerus. *Vid. Cap.* XV. *N.* 29.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

French. *Spadacr. Eb. c. 9.*

viſum fuerit; Nam interdum *longius* temporis ſpatium ad *Bibendum* requiritur. *Anglus* ſiquidem *Anglos* erroris inſimulat, qui Septimanas *duas*, *tres*, aut *menſem* ſolum aſſignant, in quocunq; morbo. *Et hinc procedit*, inquit, *quod felices Curationes multi non attingunt, quas in medicatarum aquarum uſu diuturno perſiſtendo obtinere poterant; & ita non modo miſerias proprias prolongare ſolent, ſed Aquas ipſas Calumniis dehoneſtant. In Germania*, addit, *Spadanas aquas potant tres menſes; aliquando Sex; & interdum duodecim, ſi res poſtulaverit; & tandem ad curandos morbos deploratos, quos vulgo curam non admittere ſuſpicati ſunt, efficaces inveniunt.*

Reſtat jam ut *Quæſtionibus* circa hanc rem, quibuſdam aptemus *reſponſa*. Quarum *prima* eſt,

QUÆSTIO I.

An Thermalis *Aqua* Calidè *bibenda ſit*, *an* frigide?

Vid. Andreæ Baccii *Teſtimonium, Cap. 2. memoratum in principio.*

Huic *Quæſtioni* jam reſpondi *Calidiſſimè*. Halitus enim in quo *Juvamenti magna vis* conſiſtit, & partem *acidam* volatilem complectitur, *cito* pertranſit, virtuſq; *Thermalium* Aquarum *plurimum* minuitur; ſi refrigeſcant *Halitu* itaq; *Thermalis* aqua magis redditur *Acidula*, eoq; ad *potandum*, ut iſtius generis reliquæ, *magis* apta. Cùm autem in *quibuſdam* affectibus Calor *noxius* eſſe poſſit, ut in *Pulmonum hæmoptoe*, & Vaſorum ruptura, *rhexiſne* ſit, *Diabroſis*, an *Diapedeſis*, frigeſcentem propino (Vid. Cap. 15. N. 65.) Immo *actu* frigidam, Salium vi, *efficacius* alvum movere, *Experientia* Compertum, *Spirituosâ* parte, quæ *celeriorem* intra Corpus tranſitum procurat, & *diuresin* promovere ſolet, cum *Thermarum* Halitu avolante.

Sub-

Subſtantiæ hæ *ſpirituoſæ* ſubtiles adeo ſunt, & *penetrantes*, ut obturatum vitrum *pertranſire* ſolent, de qua re *vide* ſupra Cap. VII. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

QUÆSTIO II.

Majorine, an *Minori* quantitate *Thermarum* Aqua ſit bibenda.

Quùm aqua *Communis* quælibet non medicata, *copioſus* hauſta, ſolius *ponderis* ratione, *quantitatis* mole, aut *Salis* forſan Communis ſubterranei *mixtura*, & *alvum* moveat, & Corpus pertranſeat, *medicatas* aquas iſtas, quæ ultra libras *octo* ſumptæ, *non* operantur, *imbecilles* Judico, & *minus* efficaces. Quantitatem itaq; intra libras *tres* & *decem*, ſtatuendam duxi, *ultra* quam aſcendere neceſſum non eſt. Multo minus *Boneſos* iſtos, & *Tricongios* Germano *more* potantes probo, qui ad libras *viginti*, imo *triginta*, ingurgitant. *Gæringus* autem vidit Civem *Leodienſem*, Anno 1576. qui *ordinarie* bibebat mane *libras* XXXII, & à *meridie* fere totidem, abſq; noxa *ulla*, præter quantitatem ſatis inſignem, quam abſq; vino bibebat in *Prandio* & *Cæna*. *Spad. Font. deſcr. c. x. interprete* Ryetio.

QUÆSTIO III.

An Thermalem *Aquam liceat cum* cibis miſcere? *Sive*, *An* Thermarum *aqua adhibenda ſit* inter paſtus?

Sine Reſtrictione, *non* Affirmo. Vacuo enim Ventriculo, & *Majori* quantitate, quam poculentis, *inter* Prandendum, aut Cænandum, communibus concedimus, (quando *Sæpe Parumq; eſt bibendum*) ſumi

De Virtutibus Thermarum Bathon.

debet. Cùm tamen *alimentosa* quædam *medicamenta* sint, in *Torminibus Intestinorum, Ventriculi inflationibus*, & *Cardialgia*, ad majorem moram, *parvâ* quantitate, in istis, aliisq; *Ventriculi*, & *Intestinorum* affectibus, *inter pascendum* concedendam opinor. *Aliter*, voluptatis, aut curiositatis causa, bibere, *absurdum*. Damnat Baccius, *ut abusum insignis periculi, aquas medicatas in potibus ac cibariis usurpare*. Novi autem *Generosum* qui in *concoctione depravata*, & *laxato* intestinorum *tono* levamen magnum à Thermarum *Bathonienſium* aqua *mera* inter pastus *moderate* pota, se accepisse retulit. Generalem autem usum *indiscretum* improbo cum *Bauhino*, de Thermis *Boll.* l. 2. c. 6. p. 106, 107.

De Therm. l. 2. c. 19.

QUÆSTIO IV.

An Thermarum *Usus* Externus, & Thermalis *Aquæ potæ* Internus, *eodem* Tempore, *aut die conveniat?*

Si, *An in Balneo Thermalis Aqua fuerit strictè potanda*, quæstio sit, Nego. Motus enim *Contrarius* à Centro ad circumferentiam, & ab *hac* ad illud, prohibet; & immersio in Balneum, & *Thermarum* aquæ potio, *uno eodemq; tempore* celebrata, & incommoda foret, & crearet molestiam, *ægrè* saltem, si non *minime* ferendam. Hinc *Hippocrates* V. Sect. IV. Balnea calida affirmat *obsistere purgationibus, & tunc præcipue quum vehementioris extiterint caloris. Mane* autem *Balneum* intrare, & versus finem Aquam ex *Antlia* haustam, potare, etiam in *Thermis* ipsis, aliquibus concedo, qui *Thermalium* Aquarum in habitum Corporis *penetrationem* majorem requirunt, & pleniorem διάχυσιν, ut in morbis *sanguinis*, & *habitus* etiam

am vitiis, quæ *copiosis sudoribus*, aut etiam διαφορήσει juvantur. Tempore autem *matutino* Aquam *potare*, & peracta concoctione *Vesperi* Thermas ingredi, *absurdum* non est, sed illis *proprium*, qui *brevioris* viæ cursum instituunt. & Temporis augustiis *Bathoniæ* præmuntur; versus *finem* autem *Balneationis*, & in *lecto*, in casibus prædictis, libram *unam*, aut *alteram* bibentibus commendo. Ità olim Bauhinus: *Meis ægris*, inquit, *in quibus mihi opus videbatur, & potissimum iis qui difficulter sudabant, Ego in Exitu Balnei magnum haustum ex latice fontium desumptum, quam calidissime fieri poterat, exhibebam in lecto, Ipsemet quoq; sumebam, & certe Mihi——admodum conferebat, nec non* Dominæ *meæ quam ad Thermas illas deduxeram.*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

De Therm. Boll. *l.* 2. *c.* 6.

QUÆSTIO V.

An Diebus pluribus continuis *sumenda sit* Thermarum *Aqua*; *an* Thermis *utendum* interpolate.

Potandæ *Thermarum* Aquæ dies quosdam assignare, in quibus *Thermis* utendum non est, rationi *magis* consentaneum videtur, ut aqua intra Corpus vim suam & virtutes exerat liberius. Sin vero dies *quatuordecim*, *viginti*, aut *triginta* interno usui concedere non possint, quod *omnino* utilissimum, *Thermalem* aquam potent, & *Thermis* utantur, *alternis* septimanis, aut *septimana* inter utrumq; usum partita, *tribus* minimùm diebus *continuis* aut lavandum erit, aut bibendum commodius. Diebus autem *alternis* lavare, & bibere *omnino* incommodum. De qua re Autor quidam Anglus ita scribit: *Quum nonnulli aquæ non quotidie, sed alternis diebus usum consulant, nullo modo iisdem assentire possum. Intermissionis enim dies re-*

Anonym. *de Aq. Med.* Warwic. *p.* 25.

mora

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

mora natura ignava, & in onere ſuo ſublervando pigrior evadet. E contra vero, ſi quotidiano aquarum potu provocata, & irritata fuerit, ad Evacuationis opus aptius multo, & diligentius ſe accingit. Quotidianam itaq; potius quam interpolatam Aquarum Uſum magis probo. Bauhinus etiam de Font. *Boll.* l. 2. c. 9. *Sunt qui interpolatis tantum diebus exhibent* [aquas medicatas] *altera ægrum in Balneum immergunt, Tertio die iterum exhibent; ſed non placet. Alii mane exhibent aquam & veſperi infundunt corpus. Sed nec hoc Mihi placet. Ego non infunderem Corpus, quouſq; abſoluta eſſet Potatio; & exhiberem aquas non interpoſitis, ſed continuatis diebus.*

QUÆSTIO VI.

Utrum magni Thermalium *Aquarum hauſtus conveniunt, an* Minores *?*

Cùm Thermalis Aqua *magna* quantitate ſimul hauſta, & Ventriculum relaxet, & *Nauſeam* creet, imo *vomitum* in pleriſq; non raro provocare ſoleat, ultra libras *duas* hauſtibus *duobus*, aut *quatuor* ſumptas, procedere *non* expedit, à quibus obambulandum *pauliſper*, & poſt *quadrantem* horæ, revertendum, idemq; faciendum, donec *totalis* Aquæ quantitas abſorpta fuerit. *Alii* ſiquidem libras *duas* in *quatuor* hauſtus dividunt, & *facillime* diſtributas inveniunt, nec adeo *cito* per alvum evacuatas. Summa eſt; *Qui Diureticam ejus naturam experiri deſiderant, minores hauſtus ſumant calidiſſimos; qui Catharticam, majores paulo frigidos, aut frigeſcentes propinent.*

QUÆ-

QUÆSTIO VII.

An cum Thermali *Aquâ liceat* Medicamenta *miſcere?*

Hoc facilè conceditur in *Medicamentis* quæ *Violenti* aliquid *non* participant, ejuſdem tamen generis eſſe debent, quæ in *Thermis* continentur, & cum iiſdem uniuntur, quorum ope, *Thermales* Aquæ magis efficaces exiſtunt, & *operationes* promoventur. Tale eſt *Sal* quidam ex Aquis ipſis *Thermalibus* comparatus, & in iiſdem, ad majorem impregnationem, *Solutus* iterum, & proficuè potus. Ad purgandum *validius*, diſſoluantur *Manna*, *Tartarum*, aut *Syrupus* quidam *purgans*. Ad *ciendas Urinas*, Syrupus *Diureticus*, aut Sal *Mineralis*, aut *Vegetabilis* appropriatus; *Abſinthii* etiam, *Chalybis*, &c. In *Paralyticis*, Spiritus *Lavendulæ*, &c. *Aſthmaticis*, Spiritus *Croci*, &c. *Salium* enim, & *Spirituum* diſſolutionem, probo *maxime*. Inter *Spiritus*, utiles ſunt, *Spiritus Nitri Dulcis*, *Sulphuris* per campanam, *Vitrioli*, *Cochleariæ*, *Salis*, *Lavendulæ*, &c. Inter *Salia*, *Prunellæ*, *Tartari*, *Geniſtæ*, *Fraxini*, *Tamariſci*, *Corallii*, *Chalybis*, &c. Inter *Tincturas Croci*, & *Coralliorum*. E *quibus*, & quibuſdam *aliis* analogis componuntur *medicamenta*, *quæ* Thermalibus *Aquis*, *in* praxi *medica*, *commiſcere* ſoleo, nimirùm, *Mixtura Ephractica*, *Orectica*, *Antiſcorbutica*, *& Infrigidans*; *Spiritus Antiparalyticus*, & *Diureticus*; *Tinctura Thoracica*, & *Dulcifica*; quorum *vires* adjutrices, *plures* ſunt experti.

QUÆ-

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

QUÆSTIO VIII.

Quibus anni Tempeſtatibus Hydropotia *celebretur?*

Menſibus *Calidiſſimis* Aquas *frigidas* Minerales bibi ſolitas notum ſatis, felicius autem *Temperatis*, idq; *diluculo*, priuſquam radii *Solis* Terram nimis aperuerint, aut aquam ipſam *diutius* verberaverint, quo medicatæ aquæ Virtus *plurimum* minuitur. *Thermalis* autem Aqua *calida* quùm ſit, non iiſdem ſolum; ſed menſibus etiam frigidioribus bibenda, imo *frigidiſſimis*, quibus maxima virtute pollet Aqua, & ſpiritus *acidos* plures poſſidet, quos frigus uniendo conſtringit, & evaporare non ſinit. *Thermarum* aqua, iſtis temporibus, cum gallis, colorem exhibet magis purpureum, fortior eſt, & diutius in vigore manet, quam æſtate. Diuretica etiam magis, meſenterium, Sanguinem, & renes melius repurgat, & caute ſecundum artis regulas uſurpata, effectus magnos edit, & majores promittit. *Frenchius* de aqua medicata *Knaresburgenſi*: *Obſervavi aquam hanc Spadanam ſpiritibus Mineralibus hyeme magis impregnatam, eo quod Terra conſtricta ſpirituum perſpirationem omnino prohibeat*; *Pluvia autem Tempeſtate dilutam & Tenuem; quod Scatebrarum venas aqua pluvia ingrediatur, & intra Terræ viſcera ſubſidens, cum ſcatebrarum aqua commiſceatur. Aqua etiam æſtate fortior eſt mane quam meridie, quia noctis frigiditas Terram conſtringit, quam ſolis calor aperire conſuevit. Valeant itaq;*, inquit, *Morellus* de *Balneis* Patavinis, *qui Tempore hyemis aquas Thermarum nolint exhibere, exiſtimantes eas Brumali tempore aliquid virtutis acquiſitæ dimittere, quùm tamen eo ſint Tempore perfectiores, omnibuſq;*

Spadacr. Ebor. c. 7. p. 69.

Apud Bauhinum *de Baln.* Boll. *l.* 2. *c.* 9.

qua-

qualitatibus potentiores. Frigus enim ambiens non ſinit aquas ita diffiare, & ſpiritus exhalare, unde perfectior illarum actio redditur. Quare ex parte aquarum hyems videtur magis opportuna quam aliud Tempus. Idem ex parte ægrotantis eſt, quandoquidem Virtus eſt fortior ad ſuſtinendam tantam aquæ copiam, nec aer frigidus debet hanc aquarum adminiſtrationem impedire, quùm ad libitum noſtrum poſſit alterari. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

QUÆSTIO IX.

An annus Biſſextilis, *& dies* Caniculares *malignam aliquam influentiam* Thermis *impertiant?*

Cur ab anno *Biſſextili* metus aliquis oriatur, mirum; quum pars ſit Temporis primum ab *Auguſto Cæſare* ita diſpoſita, ideoq; *influentiam* nullam habere poteſt, nec ſecum *momenti* aliquid ferre, aut mutare *quicquam* præter Temporis rationem. Verum, quùm *Canem* ſtellam *fixam* olim cognoverint, *Biſſextilem* forſan, *Cometam* reputaverint, & motu ſuo à *quarto* ad *quartum Saturnum* referre, cujus influentiam *Generationi*, *Naturæ humanæ*, & *bono Corporis habitui*, præ cæteris Planetis, inimicam eſſe aſſerunt. Fixa autem Stella, & Cometa, ejuſdem prorſus efficaciæ exiſtunt; Thermas enim nec Canis mordet, nec Biſſextilis conturbat. Bene igitur concludit *Bauhinus*, Hiſt. Font. *Boll.* l. 2. c. 2. p. 119. *Falſa eſt omnino opinio dicens potum aquarum Thermalium non eſſe tutum anno Biſſextili.* Quod ad dies *Caniculares* ſpectat, profiteor me *Triginta* annorum ſpatio ex quo *Praxi medicæ* me primitùs addixi, *neq; Venæſectionem, purgationem, aut Balneationem ſolito magis luborioſam, multo minus periculoſam, nec ullo modo letha-* *Opinio* Savanarolæ *refutata.* *Ni E.*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

lem observasse. Adeo longe recedunt Tempora *nostra* ab istis *Hippocratis*, qui Timorem hunc *vanum* Orbi, & potissimum *Anglis*, primus incussit, scribendo solum, πρὸ κυνὸς, ὑπὸ κυνὸς, αἱ φαρμακεῖαι ἐργάδεαι. *Ante Canem, & sub Cane, purgationes difficiles.*

Sect. 4. Aph. 3.

QUÆSTIO X.

Quænam præmittenda sit, *Lavatio, an* Potatio?

Potationis usum *internum*, Externum illum *lavandi* melius præcedere dixi superius, eo quod Aquarum *Thermalium* Potatio, Corpus modo quodam *purgando* præparet ad Thermas intrandas. *Balneum* autem, Aquæ reliquias potentius dissipat, & evaporando consumit. Ita *Manus* quod aiunt, *Manum lavat*, & Hydropotiæ hoc modo *Balneatio* ministrat. *Bauhinus*: 'Mihi placet ut aqua prius purgandi Corporis 'gratia bibatur, vel sex, vel septem, vel decem, vel 'quindecim, vel pluribus diebus pro morbi conditio-'ne: deinde lavetur totidem, aut pluribus, & si 'morbus externa potissimum affligat, ut citra potio-'nem Balneum adhibeatur. Et *paulo post*: Ad sum-'mum vero, si cui potu & lavacro utendum sit, is 'per plures dies ante bibat, & postea lavet; non è 'contra. Ex potu enim Purgatio fere intelligitur, 'ex Balneo autem alteratio, rectificatioq; membro-'rum. At hoc inter prima Medicinæ instituta est, 'Purgari prius debere corpus, quam alterari & con-'fortari. Sed è *Vepretis*, in Viam *Regiam*, postquam *Ultimæ* Quæstioni *responsum* est redditum, nimirum

De Therm. Boll. l. 2. c. 6.

N. B.

L

QUÆ-

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

QUÆSTIO XI.

An Thermarum *Aqua ſit* potanda in *Lue Venerea?*

Circa hanc quæſtionem *Authores* qui de *Balneis* Naturalibus, & Aquis *Mineralibus* aliquid ſcripſerunt *digladiantur*, ut ex ſcriptis illorum intelligere licet. Nobis autem, in *hoc* Tractatu,

Nullius addictis jurare in verba Magiſtri,

Duorum contra-ſentientium opiniones aſſignemus, & *noſtra* tandem *claudemus rivos.* 'Sunt aliqui qui di- De Therm. c. 11.
'cunt aquas, inquit *Fallopius*, non eſſe exhibendas iis Fallopii *Opinio.*
'qui laborant morbo Venereo; quoniam, dicunt, pro-
'ritaretur magis morbus, incaleſceretq; præter mo- *N. B.*
'dum Hepar, & hæc eſt Communis Sententia.
'Ego vidi exhibitas iſtas aquas quamplurimis labo-
'rantibus eo morbo, & aliquibus fuiſſe proritatum,
'plurimos tamen vidi quibus profuerint. Colligo
'hoc dogma obeſſe in eo morbo incœpiſſe, cum non-
'dum eſſet inventa ratio morbi curandi per Lignum
'Indicum, & cum neſcirent medici curare, mitte-
'bant ægros ad Balnea, nihil aliud exhibentes quod
'poſſet morbum ſuperare. Ego ſum ejus ſententiæ, *N. B.*
'quod laborantibus eo morbo conveniat potus aqua-
'rum Thermalium, dummodo prius factæ fuerint
'magnæ purgationes, & requiſita præmiſſa, & re-
'ctè adminiſtrata. Nam vidi plurimos hac ratione
'fuiſſe ſanatos. Non utatur tamen qui eo morbo *N. B.*
'laborat his aquis medicatis per Inſeſſionem, ſed in
'potu tantum. *Bauhinus* autem de Therm. *Boll.* l. 3. Bauhini *Opinio*
'c. 69. Agnoſco ingenue ſingularem Dei benigni- *oppoſita.*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

'tatem in acidulis, ad multos morbos utilibus præ-
'sertim vero ad viscerum intemperiem, Ventriculi
'dyscrasiam frigidam inæqualem, Hepatis intempe-
'riem calidam, quæ Capiti Vaporibus demandatis ad
'Catarrhos occasionem præbet: arenulas & calcu-
'lum renum: lienis affectus: febres erraticas: va-
'sorum obstructiones: Retentricis Virtutis imbecillita-
'tem, indeq; pendentes morbos: in *Lue* autem *Venerea*
N. B. 'tantum abest ut id præstent, ut contraria facultate
'præditæ sint, &c. *Item, verbis ultimis*, Alterum
'vero est cur Gallici Thermas caveant, eo quod at-
'testante experientia, actu humidæ sunt: ex quo
'apparet specificum remedium hujus luis siccitati, sive
Authoris *opinio.* 'per se, sive per accidens, ascribendum esse. Jam vero ut sententiam *Nostram* proponam. Cum Thermarum *intus* sumptarum vires omnino in *alvo solvenda* aut *Urina cienda* occupatæ non sint, sed *partim* sudoribus Eliciendis, *partim* Ptyalismo promovendo, quæ corpus *exiccant* inserviunt, ut *alibi* in hoc tractatu probatum dedimus, cur è remediorum *antivenereorum* numero amoveatur penitus *Hydropotia*, Nobis non constat, præsertim si animo reputemus particulas non *cathartic*as modo, sed *alterativas* etiam cum aqua commiscери, quæ *Venenatam* luis naturam non *evacuando* solum, sed *obtundendo* debilitant.

Ad fiduciam in potandis *Thermarum* aquis *majorem* creandam, *Notandum* porrò, *Aquas has in potum plusquam centum annis retro actis, admissas fuisse.* Scripsit enim *Jonesius*, Anno Dom. MDLXXII, apud quem hæc leguntur.

I.

Regulæ tres de potandis Thermarum *Aquis* Superiori *Sæculo.*

Circa horam Unam ab orto Sole Aqua est bibenda, à Scaturigine, Corpore bene purgato prius, & sex horarum spatio à repurgato Balneo.

II.

II. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Tantum Thermalis Aquæ ſumatur intus, quanto Ventriculus non opprimitur.

III.

Hauſtâ Thermarum Aquâ, in aere Temperato potanti ambulandum.

Quibus apparet, & *præparationem* Corporis, & Thermalis aquæ *puritatem* Veteribus illis curæ fuiſſe, quod nihilo tamen minus *poſteris* incumbit. *Pericula* enim & *beneficia* majora aut *minora* à *Thermalium* Aquarum uſu *directo*, aut *indirecto*, certiſſime proveniunt.

Quod uſus *internus* poſtea in *deſuetudinem* abierit, rationem meliorem *Temporum protervia*, aſſignare vix poſſum, cui methodus in potandis Aquis *aptæ* defectus, & naturæ *Thermalium* Aquarum veræ *ignorantia*, non parum contribuant. Hactenus de Aquâ Thermarum *Potabili*; verum Nos *Eugenii Philandri* παρρησία hic interpellat. *Ratio* deſuetudinis.

Ad Aquas *medicatas* frigidas in *Anglia*

Παρρησία.

Vos Ebeſham, Northall, Acton, Tunbrigia, Stretham,
Aſtrop, Sene, Dulwich, *cedite* Bathoniæ!
Parnaſſum *ſuperas licet* Iſlingtonia, *Thermis*
Si collata * Triceps *vis Tua, laudis inops.*
Et rutulans Hoxten *nuper fulgore* Cometa!
Bathoniæ *aſpectu Stella* miſella *lates.*
Solis aquis, *præcor, vultus opponite* Veſtros,
Obruitur radiis Veſtra pupilla *ſuis.*

* *Tres fontes* Iſlingtoniæ.

An-

De *Virtutibus* Thermarum *Barbon.*

Anglorum *Baiæ prælucent* omnibus, *inter*
Lumina, *ſic ſplendens* Luna, *minora, micat.*
Thermarum *Famuli!* Dominum *cognoſcite Veſtrum,*
Quilibet in Calidas *officioſus* Aquas.

Injectiones in Uterum, Vrethram, Anum.

Uſum *internum* partim occupant *Injectiones.* Immittuntur enim Aquæ Thermarum in *Uterum, ductus Urinarios,* & *Anum,* ad *Sanandas* Excoriationes, & imbecillas partes *corroborandas,* fovendaſq; In affectibus ſiquidem *Uterinis,* causâ frigidâ oriundis, *ſummè* proficuæ. Verum de *Virtutibus* , ab *Interno* Thermarum, & earundem etiam *Salis* uſu, provenientibus, in ſequenti *Capite* plura. Tantum addo quod in *Uterum* injiciantur ad *Uterinas* partes calefaciendas, exiccandas, & abſtergendas; in *Vrethram,* & ductus *Urinarios,* ad exiccandum ſanandum, & abſtergendum Ulcera, & Excoriationes qualeſcunq; mitigandas ſanandaſq;: in *Anum,* ob cauſas conſimiles, & præcipue in *paralyſi* , ſive reſolutione *Sphincteris* , & ad muſculos *Ani* imbecilles, & *reſolutos* ; in lapſu *fundamenti* dicto, ſive *Inteſtini recti* prolapſu extra anum.

Injiciuntur *Thermales* aquæ aut *per ſe* , aut *cum* medicamentis appropriatis ex judicio medici miſtæ, quibus *vehiculi* cujuſdam, aut *baſis* optimæ vices præſtant. Pro *decoctionibus* autem & *Infuſionibus* purgantibus *menſtruum* aptum, & omnium forſan *utiliſſimum* evadunt, & poſt operationes *Catharticas* Thermæ potæ, *Carnis* brodium, *ſerum* quodvis, aut liquorem *poſſeticum,* longe ſuperant. In *Cereviſiis* medicatis, *brodiis* , *Julapiis, Emulſionibus,* & pluribus *medicamentorum* formulis *utiles* ſunt. Verum hæc peritorum *medicorum* praxi reinquo.

Vapor

Vapor etiam *Thermarum*, in *pulmonum* præcipue, & *oculorum* affectibus, uſui eſſe poſſit; ut in Capite de *Uſu* Thermarum *externo*, quò *oculorum* affectus ſpectant proprie, dictum eſt ſuperius. Ad internarum quoq; *Hæmorrhoidum* dolorem *mitigandum*, intra *anum* receptus *Vapor* plurimum valet.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Vaporis Uſus.

CAP.

CAP. XIV.

De Thermarum *Virtutibus*; hic *de* Usu *Earundem* interno; *sive de* Thermalis *aquæ* potæ, & Salis *inde extracti* Virtutibus.

Capitis Summarium.

Ad Morbos & Symptomata, *in quibus* Thermarum Sal, & Aqua Pota *prodesse solent, transitio.* Jordenus *non novit Sal* Alcali *in Thermis. Morborum & Symptomatum* enumeratio. *Ductuum* Chyliferorum & Urinariorum *descriptio. An* Thermales *aquæ cum* Sanguine *misceantur. De potandis* Thermarum *aquis Judicium* Jordeni. *Thermarum* Salis *conficiendi* modus. *Aquarum medicatarum* Salsarum, & Nitrosarum *vires.* Alexipharmacum *contra malignitatem*, & Venenum *Calami* Gulielmi Simpsonii.

UT *Thermalis* aqua, & Sal *Alcalino-nitrosus* in de extractus, & in eadem dissolvendus, *Potu* & *Lotu* feliciter usurpanda laude sua non fraudentur, utq; *rite*, & more debito, in usum veniant, sine Vana eorundem expectatione, quæ *nemini* Jure meritò expectare licet; Morborum quorundam *Catalogum* hîc exhibere par est, in quibus *Usui* esse possunt, & *proficuè* usurpari. Et sane, quum hæc *longe* ante Caput XV. de *Effectis* scripta fuerint, *Theoriæ* ἐυχὰν, *praxis* confirmavit, ideoq; ad particularium mor-

Catalogus *Morborum.*

morborum *hiſtorias*, in praxi medica *poſtea* obſervatas, hinc & inde *Lectorem* remitto. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Et *primo* quidem in omnibus morbis & ſymptomatis, quæ *Refrigerationem*, *abſterſionem*, *penetrationem*, & *Evacuationem mitem* exigunt, non parum adjumenti *Thermarum* Aquæ potoribus acceſſurum exiſtimo; ſub quorum *Vexillo* mala *multa* militant. *In genere.*

Priuſquam autem ad Virtutes *Salis* particulariter procedam, annotare placet *Edvardum Jordenum*, qui Balnea *Bituminoſa* eſſe à *prædominio* minus recte ſtatuerat, purgantem etiam & evacuantem *Thermarum* naturam, ob ignorantiam Salis *Alcali* in Thermis, *minimè* agnoviſſe, quæ tamen viſa eſt ſuo tempore *Ductoribus* Balneorum innotuiſſe. *Balnearum Ductores*, inquit, *Thermalem aquam Sale miſtam Hoſpitibus ſolent ad purgandum propinare, fidem in iiſdem, quantum poſſunt, creantes*, purgantem qualitatem Thermis noſtris ineſſe, *quum ſatis liqueat quod Salis eadem & fontanæ aquæ quantitas idem perficiet. Balnea Noſtra vires veras quæ laudes merentur ſatis multas habent, adeo ut fictitiis ſuſpitionibus ad commendandum opus non ſit.* Bitumen & Nitrum in iiſdem contenta ad *alterativum* remedium non tamen *Evacuativum* ſufficiunt. Verum hoc inter ſagacis *aliter* iſtius viri *errores* & παροράματα numerari debet. Nam, nitrum per *alvum* evacuare, & per *Urinas* Cap. V. ſuperius probatum, & Capite XVIII. *Tractatus* ſui ab *eodem* conceſſum; & Sal *Alcali* qui in Thermis, ex ejuſdem mente, *prædominium* obtinuit, remedium, *eodem* etiam *conſitente*, evacuativum conſtituit; quod Ductores forſan obſervantes, communem ſalem cum Thermarum aquis, ad augendas vires ſolebant commiſcere. Addo Nitrum impurum, virtute Alcali, alvum *De Baln. Nat. & Aq. Min. c. 16.* *Vid. Cap. 4.*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.* C. 9. p. 68.

commovere. Miror interim quomodo *hæc verba* rerum *Mineralium* callentiſſimo Viro excidere poterant: ‘At vero aquæ Catharticæ infrequentiores ſunt, niſi ‘ratione ponderis, & iſto modo aqua quælibet purgare poſſit; & aquæ noſtræ Thermales *iſthoc modo* purgant (*non Virtute* Salis in iiſdem naturaliter exiſtentis) qui ſtimulationem quandam iiſdem communicat. Hanc aquam communiter Ductores ‘Noſtri illis, apud quos conſilium eorundem locum ‘obtinuit, ſolent in potum præſcribere, an vero ‘morbis conveniant, necne, neſcientes plane, parum curant, neq; incommoda, & nocumenta, quæ ‘ſæpe numero in quibuſdam (non paucis) male affectis inde exurgunt morantur quicquam. Hoc autem *Creperæ* etiam tunc temporis *Thermalium* aquarum *potationis* luci tribuendum exiſtimo.

Speciatim ad morbos Ventriculi.

A *Ventriculo* itaq; auſpicandum, eo quod pars ſit, in quam *Thermalis* aqua primo admittitur; emolumentum etiam quod eidem *inde* accedit, in *Totum* Corpus diſtribuitur. *Ventriculus* enim ad quamlibet partem neceſſarius exiſtit, ſine quo labaſcit totum, & *gradatim* perit. Ad munus hocce *magis* apta videtur *Thermarum* aqua intus ſumpta ob *amaram* Nitri naturam, de qua vide *plura* Cap. V. ubi de hac re plenius diſſerui; unde *amarulenta* fere omnia *Stomachica* obſervantur; & *Decoctum amarum*, *Tinctura ſacra*, &c. in *Ventriculi Hepatis*, & *Lienis* affectibus uſui magno eſſe ſolent.

Receptaculum itaq; hoc Utile, ab Impuritatibus in *fundi*, aut *plicaturis* remanentibus *hydropotia* mundificat, & ad Cibum *melius* recipiendum, & retinendum, unde pendet *Micro-coſmus*, diſponit, quo *chylus* redditur ad nutriendum *aptior*, ſanguis *purior*, & Spiritus *agiles* magis & lucidiores, quibus *ſenſus* & *mo-*

tas, quasi *rotis* & *machinis* circumvolvuntur. Vid. Cap. XV. N. 29. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Emolumentum proximum est, quod *Thermalis* aqua pota *appetitum* excitet, & Cibum *magis* gratum Potoribus reddit. Hoc *universi* fatentur, qui eandem *potant*, & quicquid *Tunicarum* internarum fibras, & filamenta sensationis organa, viscositate nimia oblinit, abstergendo *partim* efficitur; *partim* qualitate Esurina in Sale nidulante, cibi appetitum provocante, quem *Famem* vocamus, immediata partibus applicatione memoratâ Superius. *Esurinâ* hæc qualitate *Thermalis* Aqua *Communem* superat, quam *Hippocrates* ob mixturam Salis minorem *Voracem* dixit. Abluendo enim *Ventriculum*, & abstergendo sordes moderate, *appetitum* acuit, magnis autem & *diuturnis* potationibus, abluto penitùs Ventriculi fermento, *appetitus* dejicitur, ut *Bonosis* quibusdam & *Tricongiis* notissimum, qui *minus* edaces esse observantur. Hæc autem *Vorax* Thermarum aquæ natura, mistura majori Salis *efficacior* evadit. *Ad* appetitum *excitandum valet.* Τὸ ὕδωρ βορβόρον *Hipp.*

Sitim etiam potenter restinguit, quæ *molesta* esse solet, & liquoribus *intus* sumptis interdum *ægre* sedata. *Thermarum* autem aqua infrigidando, & humectando, remedium optimum reperitur, nec quidem *magna*, quorundam experientia, quantitate pota. Vid. Cap. XV. N. XXX. *Restinguit* sitim.

Prodesse solet in *Cardialgia*, acribus, & biliosis humoribus, *Nervos*, & *Membranas* Stomachi, sive orificii Ventriculi *superioris*, ob *Cordis* Viciniam & Sympathiam, antiquitùs *Cor* nuncupati, oriunda; *Thermalis* autem aqua pulveris insipidi, *oculorum cancrorum* & *corallii* æmuli, in eadem contenti *virtute* præcipuè, humores feros *acrimoniæ* participes, *Ad* Cardialgiam.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

alterat, abluit, & *demùm* evacuat, ita ut ceſſet Symptoma, & *indolentia* inſequatur.

Infarctus.

Tranſitu etiam è Ventriculo *immediate* (iſta enim via *Minerales* aquas *partim* pertranſire reor) *obſtructiones* circa ejuſdem vaſa, ad eundem aut *omentum* pertinentia, à Vena *Porta* derivata, & apud *Anatomicos* Nominibus vaſorum *Gaſtricorum*, *Epiploicorum*, & *Gaſtro-Epiploicorum* nota, referat, quæ quicquid ab Arteria *Cæliaca* tranſmittitur, ad *Hepar* indeq; per Venam *Cavam* ad *Cor*, lege ſanguinis *circuitus*, apud *omnes* fere jam *recepti*, traducunt.

In Fluxibus Diarrhæa, Dyſenteria, Urina Cruenta.

Porrò, adjumenti multum præſtant *Thermarum* Aqua & Sal in *Fluxibus*, cum aut ſine ſanguine, *Diarrhæa*, *Dyſenteria*, & Urina *Cruenta*. Ob naturam ſiquidem abſtergentem, & Evacuantem leniter indolem, *acrimoniam* demulcent, *pungentes* particulas everrunt, & per portam *Eſquilinam*, cum fæcibus amandant. Sin autem medicamenta *adſtringentia* requirantur, Curatio *facilius* & citius ſuccedet, ſi *Thermalis* aqua in modum *potionis*, aut etiam *clyſteris*, prius uſurpetur, quod *aliis* medicamentis *viam* ſternat.

Colica.

Succurrit etiam *Colicæ*, ob rationem *ſuprà* memoratam & *Calorem* etiam, viſceribus familiarem, & *flatibus* inimicum; adeo ut qui de Aqua hac *Thermali* bibunt, *ructus* & *flatus* aliis multo frequentius emittentes, levamen *magnum* inde ſe accepiſſe teſtentur. Al. *Trallianus* in hoc affectu exhibuit *Thermales* aquas in potu, *tum* ut evacuet, *tum* etiam ut caleſaciat, & tales uſurpavit aquas in eodem dolore *Avicenna*, l. 3. Fen. 16.

Ad calorem *dictum* Hepatis.

Opitulatur quoq; morbo, quem vulgo ſed impriè vocant *Calorem Hepatis*, quando facies *rubicunda* eſt,

est, *pustulosa*, corpusq; papulis *biliosis* scatet & affligitur; Sedem vero habet in *Sanguine*, quem *Thermarum* aqua temperat, & ad gradum *Naturali*, & *Balsamicæ* compositionis suæ *primæ* Temperiei respondentem, reducit. Vid. Cap. XV. N. 60. De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Hepatis etiam *Lienis*, & Vesicæ *felleæ* infarctus aperit, ideoq; in flatu *Hypochondriaco*, quousq; *Lienis* vitio oriundus sit, *Scorbuto*, Morbo *Ictherico*, & Obstructionibus *mesenterii*, unde *plurimum* Emolumenti Corpori accedit, si *Thermalis* aqua Transitum suum *liberius* perfecerit; cum ibidem sit ut plurimum *Sentina* Corporis, quæ *hoc modo* repurgatur, ut Cænosa Canalia apud *Bristolium*, Diluvio *Davidico*; Stato *enim* Tempore, Festo nimirum S. *Davidis*, singulis annis, Civitatis vicina loca fluvius *Avon* inundat, & sæces una secum abducit, quod vulgo dicitur *Diluvium Davidicum*. Vid. Cap. XV N. 98. *Vitia* Hepatis, *&c.*

Prodest etiam *moderate* prius, dein *pleniori* quantitate sumpta, contra *renum* sabulum, *arenam* etiam aut *phlegma*, aliaq; illos, aut *Vreteres* obturantia, quos *mundat* optimè, & *accretiones* prævenit, quæ in *Tophos* & lapillos *postea* solent desinere, adeo ut contra calculum *prophylactica* sit Thermalis aqua, & *nuper* concretum aut *concrescentem* resolvat. Vid. Cap. XV. N. 26. Renum.

Probatum etiam in *Diabete* remedium, quem *stitis* comitatur, quam *nitri* ope potenter restinguit, *laxatas* partes virtute *ferri* leniter constringit & moderatè pota aqua, ne *Urinæ* fluxus *nimius* promoveatur, effectus magnos edit, quemadmodum Vir *Illustrissimus* haud ita pridem expertus est, qui postea *Thermarum* aquam potandi, & *lac*, eodem die, sugendi pessimo medici cujusdam *extranei* consilio, post *magna* beneficia abs usu Thermalis aquæ *solo* recepta, & *publico* grati *In* Diabete.

Robertus *nuper* Baro Brooke.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

grati animi teſtimonio agnita, magno Bonorum Civium *Bathonienſium* luctu, è vivis *apud locum* ipſum XIII. die *Februarii* A. D. 1676. fuerat ereptus. Cl. etiam *Williſius* Epiſtola ad me data, *Thermas intus ſumptas Diabeten admirabiliter ſanare* affirmat; & Hydropotiam *probatum in Diabete remedium* appellat. Hinc eſt quod *Briſtolienſis* aqua *Tepida* cum Thermis *Bathonienſibus* quoad *Salia* & *Ferri* etiam participationem conveniens, *eundem* etiam morbum curare ſoleat, ut *Capite* XVII. dicendum reſtat. Porro, *Ricardus Morton*, Med. D. Reg. *Coll.* Medicorum *Londinenſium* Socius, & practicus *ibidem* celebris, *Tabem a Diabete, ſeu nimio Urinæ fluxu, provenientem potatione longa Bathonienſium, Iſlingtonenſium, aut cujuſcunq; alterius aquæ Mineralis chalybeatæ, curandam eſſe monet.* De qua re plura ſcripſi *Capite* XVII. de Thermis *Briſtolienſibus.*

Phthiſiol. l. 1. *c.* 8

Ad Hydropem & Podagram.

Ad *Hydropem* etiam, ut medicamentum purgans, & diureticum, bibere non erit abſurdum, (aquâ ut ut in corpore *copioſe* nimis prius exiſtente) modo *Thermalis* aqua cito evacuetur. Salſos enim humores *Thermarum* aquæ ſecum *unà* educunt & eliminant; & Virtute *Salis*, corpus *nimis* humidum *exiccant.* Idem etiam de *Podagra* dicendum. *Baccius* de aquis *Salſis* naturaliter. *Artuum extuberationes inhibent, inflationes, & ædemata diſcutiunt, ejuſmodi podagricis, & Juncturarum affectibus medentur: informem exiccant hydropiſim*; quod tam de *interno* quam *externo* Thermarum uſu intelligendum videtur. Vide Cap. XIV. N. 16.

Ad alborum fluxum & Conceptionem.

In fluore etiam *albo* muliebri *abſtergendo* & *corroborando* adjumentum præſtat, & quod *conſequenter* ſuccedit, ad *concipiendum* præparat. Adeo ut in quibuſdam *Sterilitatis* generibus, vix ullum *magis* efficax re-

remedium inveniatur. *Plinius* dicit *Aquarum aliquas ſterilitatem fœminarum abolere, & conceptus ipſis repreſentare, ſicut Sinueſſanas in Campania, Theſpiarum fontis in Bœotia, Elati fluminis in Arcadia; qui effectus ſignificant ejuſmodi aquas eſſe Nitroſas. Etenim hæ vulvam, quoniam eam abſtergunt, conceptioni faciunt habilem*, inquit *Georgius Agricola*; & paulo poſt *Nitroſæ vulvam ad concipiendum aptam faciunt.* Vid. Cap. XV. N. 50. & Cap. X. in *Virtutibus* Balnei *Crucis*: In *alborum* autem *fluore*, quam in *Sterilitate* multo cautius uſurpandæ. Utile etiam ut *Nutrices*, quæ infantibus *mammas* ſuas præbent, de *Sero* cum Thermarum aqua parato bibant. Nam ab epoto *Thermali* Sero lac ad *mammas* liberiùs profluere *lactantes* quædam fœminæ obſervarunt.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

De *Nat. eorum, &c. l.* 2.

Prodeſſe etiam *experientia* compertum eſt, in ſanguinis *impuritatibus*, *impetigine*, *Elephantiaſi*, *cutaneis morbis* quibuſcunq; & ad *Lumbricos*. Vid. Cap. XV. N. 17, 27, & 36.

In vitiis ſanguinis.

In morbis Capitis *minus* forſan utilis; de iiſdem tamen *Agricola*, ubi de Aquis Nitroſis: *Capita Succis frigidis, qui mentem obtundunt, repleta, exiccantes & roborantes, eandem mentem denuo acuere, & ſanitati reſtituere poſſunt. Fallopius* de Thermis, c. 11. *Multi medici aquas Thermales exhibent in potu ad affectus Capitis, & videmus Caput juvari; quod non fit per ſe, ſed per accidens, hoc eſt per conſenſum ventriculi, quia remoto Ventriculi affectu removetur & capitis læſio. Si vapores qui elevantur à potu aquæ ſint Sulphurei, & caput ſit frigidum, juvabunt per ſe: ſed ſi aqueæ, oberunt valde.* Rulandus: *Capitis morbis ſuccurrunt aquæ Nitroſæ, Salſæ, Dulces.* Ulterius tantùm adjungam, quod de *Nitroſis* Aquis tradidit *Athanaſius Kircherus*; Illas viz. *Cachexiam corrigere, al-*

In morbis Capitis *minus utiles.*

De Nitroſarum *Aquarum virtutibus opinio* Kircheri.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

alvum ducere, Nervoſi generis morbis ſuccurrere, illiſq; qui defluentibus humoribus in Pulmones obnoxii ſunt, opitulari; Impetiginem, & morbos cutaneos ſanare; Sonitum aurium, ſi iiſdem Aqua inſtilletur, demere; & ut verbo ſe expediat, Qualitatem abſtergentem ſummam Nitrum aquis impertire concludit, prout majore, aut minore quantitate, eaſdem ingreditur.

Ubi *Notandum*, quum *Nitroſas* aquas in *defluxionibus in Pulmones, eoſq; etiam tabida diatheſi imbecilles redditos, ut in extenuatis, & attritis*, commendet *Kircherus*, facile eſt determinare, *cuinam Mineralium* beneficium iſtud *Chirurgo* Noſtrati *Celeberrimo* creandi, palmam tribuere, qui *Thermalem* aquam potando, corpore extenuato, & voce *rauca*, dimiſſi, vocem *claram*, habitum corporis & pulmonum *optimum*, in majorem *Thermalium* aquarum famam recuperavit. Vid. Cap. XV. N. 28, 53, & 54.

D. Ric. Wiſeman, *nuper Serviens Chirurgus* Regius.

Ductuum Urinariorum *deſcriptio.*

In *illorum* autem gratiam qui *Aquæ-ductus* ab ore ad *Vreteres*, & *Veſicam* ſcire deſiderant, unde de Aquarum *Thermalium* utilitate, & operandi *Sphæra* Judicandum melius, de hac re quædam, *Coronidis* vice, ex *Medicis* meis *Exercitationibus* prælo paratis, breviter ſubnectam.

Exerc. Medico-phyſic. *Dec. Ex.* VI.

Potus itaq; *Communis*, aut *Mineralis* Aqua, in *Ventriculum* per *Gulam* deſcendens, (nam de *Trachæa* nihil hic dicam) illinc tranſit, aut *immediate* per *Venas* ad *Ventriculum* ipſum, *Omentum*, &c. ſpectantes, aut *mediate* per orificium ejuſdem *inferius*, Pylorum *dictum*, in *Inteſtina*, unde maximam partem per *Venas lacteas* meſentericas, ad Glandulas *lumbares* Cl. *Bartholino* adſcriptas, *partim* forte per venas *Meſaraicas* decurrens, ad *Hepar* deducitur. A *Glandulis*, aut receptaculo, materiam potulentam ad *renes*, & *Vreteres*

teres rectè deferri *quidam* affirmant, verum quum *hæc* opinio, haud extra *omnem* Controverſiæ aleam ponatur, ut *alibi* notavimus, de *ejuſdem* veritate audeo nihil *hic* ſtatuere, tantum addo, partem *majorem*, à chyli *receptaculo*, aut *glanduliis*, per venas *lacteas Thoracicas*, in dextrum *Cordis* Ventriculum, via *regia*, exonerari, inde per *pulmones* in *ſiniſtrum*, tum in *Aortam*, ac demum motu ſanguinis Circulari, in Arterias *Emulgentes* deferri, & ad *renes* amandari, ubi ob *renum* fabricam *colando* ſero accommodam, Serum à *Sanguine* ſeparatur, & per *Vreteres* in veſicam delabitur, unde per *Vrethram* iterum in conſpectum prodit, ubi aquam jam relictam velim, ut *nulli* uſui inſervientem, donec *matulam* recuperaverit, & *Medicaſtrum*, aut vatem aliquem *triobolarem* invenerit. De *breviori* tranſitus Urinæ via à nobis *alibi* eſt dictum, & *Jo. Comerford*, M.D. *Hibernus* libello ſuo de *aquis Mineralibus Wexfordienſibus*, de aquarum tranſitu menti *noſtræ* conformis, erudite diſſeruit, ubi *Medicatæ* iſtius aquæ *virtutes* & operandi modos, *ingeniosè* admodùm explicavit.

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Exerc. de poculent. tranſitu ad Renes, *MS.*

Sed de his plura in *Exercitatione* de *Poculentorum Tranſitu ad Renes*, quæ inter *Novem* alias, quas, *Deo* dante, publici Juris *aliquando* faciam, *ſextum* locum occupat, unde *problema* hoc Ingenioſis proponendum deſumam, *viz. An Aquæ Minerales, pulſu nihilo magis celeriùs citato, via Regia memorata poſſint Sanguine commiſceri?* Pulſus enim intra *quadrantem* horæ *octingentos*, in Carpo proprio numeravi ſiccus; epotis autem Thermalis aquæ libris *quatuor*, intra horæ ſpatium *trecentos* ſupra *tres* mille, ſive pulſus ſolum *viginti quinq*; Ultra *octingentos*, pro ſingulis horæ *quadrantibus* inveni, quod numero forſan *haud* exacte poſito aſſignari poſſit. Craſtino vero die, *duplica-*

Problema Ingenioſis *propoſitum.*

De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

ta Aquæ quantitate, & potis libris *octo*; intra *Semihoræ* ſpatium ab incœpta operatione per *ſeceſſum*, & *Urinam*, pulſus *mille* & *ſeptingentos* tantum obſervavi. Die *tertio* hauſtis libris *ſex*, duabus horis elapſis, & finitis omnibus per alvum evacuationibus, *copioſe* etiam & *limpidè* fluente lympha, intra *idem* temporis ſpatium, *mille* & *ſexcentos* pulſus numeravi; pulſibus nihilo *magis* Thermalis aquæ *acceſſione* auctis, quam quum aquas *Siccus* non potaveram. Jam vero intra horæ *unius* dimidium aquæ *libram unam ſemis* eminxeram. An vero hoc Doctiſſimi *Entii* opinioni favet, quæ *Urinæ* materiam affirmat per *nervos*, ad *renes* deferri, an viam *aliam* breviorem eſſe arguere videatur, impræſentiarum *determinare* haud libet.

Animadv. in Thuſt. *Diat. de reſp. uſ. pr. p. 62.*

Interim clariſſimi *Jordeni* de Potandis aquis Thermalibus Judicium ſubjungo. *Internum Uſum Thermalium Aquarum*, inquit, *pro meritis me laudare non poſſe doleo, eo quod Aquam quam jam habemus, impuram eſſe, nec ut è ſcatebris ebullit, ſed Balnei aquæ commiſtam ſuſpicor. Si hoc non eſſet, apud me dubium non eſt, quin ſumantur interne, ad calefaciendum, exiccandum, mollificandum, diſcutiendum, glutinandum, diſſolvendum, obſtructiones reſerandas, renes & veſicam abſtergendum, in doloribus Colicis, Matricis, paſſione hyſterica, & Sterilitate cauſa frigida oriunda, &c. virtute Nitri humores craſſos incidunt, attenuant, & per Urinas deturbant; Sulphuris vero exiccant, reſolvunt, emolliunt, attrahunt, & in affectibus Uterinis humoribus frigidis & flatulentis originem debentibus utiles præcipue.*

De Baln. Nat. & Aq. Miner. c. 16. p. 150, 151.

Scrupulus autem de *Impuritate* aquarum Thermalium dubitantium animis *nunc* eximitur, de quo *tunc* temporis ſe ſollicitum habuit *Optumus* ille Senex. Antlia enim *Regalis* Balnei ſicca, Anno 1661, poſtea ere-

erecta, ex ipſis *Scaturiginibus* aquam exhaurit; Antlia etiam altera *Minor* & levior in Balneo Regio, ſupra Ciſternam *Regalem* Scatebram contegentem, *jam* apparet, & potandis Aquis *Thermalibus* deſtinatur, conſilio viri conſultiſſimi D. *Alexandri Fraiſer*, Equitis Aurati, & Medici *Regii* quondam primarii, Anno Domini MDCLXXIV. Adeo ut *Thermarum* aqua jam *puriſſima* habeatur, & ad uſum internum, *Jordeni* etiam Judicio, valde accommoda. Antlia hæc bibentibus *in* Balneo Aquam *puram* ſuppeditat; ut alia dicta *Sicca* bibentibus in *Sicco*.

De Virtutibus Thermarum Bathon.

Quùm autem *ſæpius* in præcedentibus *Salis* cujuſdam *Thermarum* facta fuerit mentio, *Sal* iſte *hoc* modo conficitur.

Thermarum Salis conficiendi modus.

Recipe, *Thermalium Aquarum quantum vis; evaporetur ad Siccitatem; Calcinentur Coutenta; fiat inde, in Communi aqua, lixivium purum; evaporetur Vitreis organis ad Cuticulam; in loco ſtigido, duodecim horarum ſpatio, reponatur, & Sal æquivocus, ex Communis Salis cubis, & Nitri Stiriis conflatus, apparebit, quem Alcaliſato, aut Alcalino-Nitroſum Thermarum Salem purum indigito.*

Notandum vero Mineralia *impura* in ſuccis, aut *Venis* ſuis naturalibus, majorem *Eſurini* Salis proportionem in ſe continere, nativos ſpiritus *plures*, & aciditatem *majorem* præbere; quam quum *ignis* vi *liquata* exiſtunt; ideoq; virtutes efficaces *plures* penetrantes *ante* calcinationem aquis communicant, de qua re vide *French.* Spadacr. Ebor. c. 6. in fine, p. 65. *Aciditatem* etiam ignem deſtruere, *hinc* apparet, quod *purum* Sal lac *non* coagulet, ut *Obſ.* LXXXIII. in *Centuria* relatum. In

De *Virtutibus* Thermarum *Balbon.*

Corporibus itaq; ſuccis *acidis* abundantibus, & ad ſanguinem *dulcorandum*, uſui magno eſſe ſolet, ſi aquis *Thermalibus* commiſceatur. Quumq; Ingenioſi apud *Gallos* Philoſophi aſſerant, *Bitumina & Sulphura cum aqua miſceri ut Salia, incapacia omnino & inhabilia exiſtere:* de Bitumine concedo, *Sulphur* autem Fermentationis vi *adeo* comminuitur, Salis *Alcali*, & *Nitri* mixtura *ita* diſſolvitur, ut in aquis ſtatum *fluidum* obtineat, & cum *Salis* particulis *arctè* unitum, *idem* plane corpus una conſtituat; quapropter *Thermarum* ſalem non modo *Alcalino-Nitroſum*, ſed *Salino-Sulphureum* ſalem etiam, ubiq; indigitavimus. *Sulphur* autem & *aciditatem* ejus, *Ignis* conſumit.

Exam. aq. Min. Ciall. p. 114.

Quandoquidem verò *Salem* Thermarum prædictum, ex Communi *Sale* & Nitro conflatum dixerim, quædam, ex probatis autoribus, ad aquarum medicatarum tali *Sale* infectarum uſum ſalubrem, tam *internum*, quam *externum* ſpectantia, placet annectere: *Reperiuntur*, inquit *Joannes Bauhinus, Celebres fontes & Thermæ, Salis & Nitri participes. Fallopius* in hunc ſenſum: *Aqua quæ habet in ſe ſuccos ſalis, ſi aſſumatur in potum, detergit, roboratq; valde Ventriculum, & evacuat abundantiam humoris putuitoſi, diſcutit etiam, nec lædit ullum viſcus.* Et Alibi: *Aquæ medicatæ aptæ ad potum ſunt præcipue Nitroſæ atq; Salſæ: quia præterquam quod calefaciunt, expurgant etiam, ſiccant, & roborant: & laudantur etiam ab Antiquis. Nam* Antyllus & Aetius *exhibebant in affectibus corporis interioribus; Imo dicunt quod applicatæ etiam extrinſecus, faciant ad fugandos morbos intrinſecus.* Georgius Morellus: *Prima aqua Virginis eſt temperata, quia modica ſalſedo attemperat frigiditatem & humiditatem*

Hiſt. Font. Boll. *l.* 1. *c.* 9.

De Therm. c. 9.

c. 11.

De Aq. *Med.* Patavinis.

tem aquæ. *Idcirco utimur illa in potu tantum, ut attemperemus Jecoris, Ventriculi, Cæterarumq; Corporis partium fervorem.* De *Virtutibus* Thermarum *Bathon.*

Ex viribus quas *Dioſcorides* tribuit *Sali*, ſatis conſtat aquas *Salſas*, non exiſtimandas ineptas medicinæ. *Salis*, inquit, *natura communiter perquam utilis eſt, adſtringit, abſtergit, expurgat, diſſipat, reprimit, extenuat, & cruſtas inducit, ſed hoc intereſt, quod alius alio ſit præſtantior. Quin & à putredine vindicat. Admiſcetur medicamentis pſoras abſtergentibus, excreſcentia in oculis reprimit, & pterygia conſumit, Cæteraſq; Carnis exuberationes tollit Clyſteribus infunditur: diſcutit laſſitudines ex oleo illitus. Contra Hydropicorum tumores auxiliatur, &c.* L. 5. c. 126. Salis *vires.*

Quibus addo verba *Jacobi Theodori Tabernæmontani*, quæ tam de ipſo *Sale*, quam ejus *Spiritu* affirmari poſſunt. *Salſæ quæ tantum ſpiritualem habet Salem h. e. animam & ſpiritum, internus quam externus Uſus ſalubrior efficaciorq;, calefacit, diſcutit, aperit, conſumit, ſiccat, abſtergit, roborat: refrigerato, & pituitoſo Ventriculo ſubvenit: Concoctionem adjuvat: Uterum frigidum calefacit, roborat: menſes movet, fluorem muliebrem ſiſtit: obſtructiones tollit renum, Veſicæ: Urinam cit: calculos, arenas pellit: tenue, aqueum, frigidumq; ſemen virile corrigit: flatus Ventris diſcutit: tollit Ventris Dolores, colicum, iliacum: alvum movet, & craſſam viſcidam contumacem pituitam incidit, & per alvum educit.* *Theſaur. Aquar. l. 2. c. 1.*

Ex dictis apparet *momentum* argumenti quod affert *Simpſonius*, quo *internum* Thermarum harum *Uſum* demoliri nititur, viz. *quid Antimoniale, Arſenicale, aut forſan Bituminoſum quoddam Sulphur, Pyritæ, vel Marchaſitæ Sulphur iiſdem affine, in ſe contineant, quod ad potandum omnino ineptas, imo tuto non po-* *Zymol. Phyſic. p. 12. & 14. ragr. in fine.*

De *Virtutibus* Thermarum Bathon.

potandas reddit. Verum ſi in aquarum medicatarum *ſeptentrionalium* ac *Auſtralium* natura ſit *æqualiter* verſatus, quicquid de *iiſdem* etiam tradit, poſſit merito in *dubium* vocari. Nam præterquam quod *Antimonium*, & præſertim *Arſenicum*, niſi *Venenati* ſaltem *maligni* hominis conjecturâ, *hic* locum non habent, neq; (quicquid de *Sulphure* dicendum) compoſitionem aquæ omnino ingreditur, & *Sulphur*, fermentationis vi, adeo comminuitur, ut cum aquis *Thermalibus* intimiùs miſtum, cum *Sale* ipſo, in fluido aquarum ſtatu, corpus *Unum* conſtituat. Mutavit poſtea mentem, & *paragraphum* alium, hujus loco, ſubſtituit, in quo *eandem* rem paulo *mitiùs* expreſſit, quod ſolertis *alias* Viri, *malevolentiæ*, aut *ignorantiæ* potius, quam *Virtutibus* accenſeo.

CAP.

CAP. XV.

De Thermarum *Effectis*; *Ubi*, De *Thermarum* Mantello, & *Morborum quorundam*, Thermarum *ope præcipuè Sanatorum*, *HISTORIIS.*

TAmetsi Sagacibus quibusdam *Naturæ* mystis Aquarum Mineralium, aut *Thermarum* Cognitio à *Priori*, quæ *difficillima* esse solet, gratissima sit: attamen *certissima* earundem ex *quorundam* mente, cognoscendarum ratio, certe *maxima* ægrotis præcipuaq; confidentia, ab *Effectis*, accedit. *Solamen* enim *Miseris Socios habuisse doloris*, & morbis *afflicti*, aut ab iisdem *recuperati*, ægritudines suas *comparare* amant, & *unde* acceptum fuit, aut accipi possit remedium, solent inquirere. At vero quum *Effectorum Catalogus*, à nemine, quod sciam, hactenus sit confectus, quod *maxime* dolendum, & in *Thermarum* naturam inquirenti lucis *multum* fæneraret, *Historias* pauciores multo communicabo, quam à *Balneis* annorum Centuriis, adeo pluribus *retro* celebratis, *notis* saltem, expectare fas sit. Sciat igitur qui hoc *mihi* vitio *forsan* vortat, *ut* hac in re qui ante *Nos* fuerunt defecerunt, (*Mapletio* solum *Observationes*, & *Consultationes* scriptis mandante, quæ tamen *quorundam* incuria, magnam etiam partem *perierunt*) sic qui succedunt, ut *defectum* hunc abunde suppleant, me rogatos velle, quibus fructus *laborum* suorum *uberrimos* opto spondeoq;; & si Medicorum

Certissima Mineralium *Aquarum cognoscendarum ratio.*

Su-

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

Supremi preſcriptis ore, (dixit enim *Fiat Balneum*, ut Nos præſcribimus) hoc modo *fiat Juſtitia*, ruiturum Cœlum *minimè*, ſed expertus ipſe *ſuccurſurum* promitto. Interim, nihilo magis *Aquis Solis* in opprobrium cedit, quam *ipſi Soli*, qui dies & annos, curſu ſuo *perenni*, indeſinenter metitur, curante parum, an aliquis ſit, *necne*, qui eoſdem dinumerat. Miſſis itaq; *Hiſtoriis* incertis & frivolis, *nonnullas* experientia *propria* confirmatas proponam; *priores* autem quaſdam à fide dignis ſcriptas, & *relatas*, memoriam meam longe ſuperare *lubens* profiteor. Priuſquam autem ad *Hiſtorias* procedam, de *Thermarum Mantelo* quædam præmittam.

De Thermarum Mantello *dicto.*

Mantele *Balnei*

Ad Thermarum *Effecta* potius quam *Virtutes* pertinet *Symptoma* Balneantibus haud rarò conſeſtim ſuperveniens, quod Balnei *Mantelum*, aut *Mantellum*, indigitari ſolet. Iiſdem ſiquidem qui *Thermarum*

Quid.

Uſui ſe *primò* addicunt evenire conſuevit, ut *Rubedo quædam cum aſperitate Cutis, ſcabiem referente, ſtatim appareat in juncturis artuum, manuum Carpis, Trunco Corporis, præſertim vero Tibiis & pedibus conſpicua; quæ ejuſdem Balnei Uſu brevi diſparet.* Ductores *novos* præcipuè inſeſtare ſolet, & eandem cutis *rubedinem* Hoſpites ad *Bathoniam* advenientes *primò*, intra Triduum ab adventu, ſi utantur Balneo, ſæpenumero experiuntur, adeò ut in Commune Verbum tranſiit, *Niſi tribus vicibus utaris Balneo Scabie tentaberis.* Balneum autem Haſtæ *Achilleæ* more, & *Vulnus* facere, & *ſanare* obſervatur. Nam *primâ* aut *ſecundâ* vice apparet *Mantele*, *tertiâ* aut *quartâ*,

Proverbium *apud Thermas.*

quarta, vaneſcit. *Antliæ* etiam aquâ perfuſæ partes dolentes, remedium accipiunt. De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

Symptoma hoc Thermis *omnibus* commune, *ab illuvie ſanguinis, & mala ejuſdem diatheſi*, oriri videtur, quæ in *Cachecticis*, *Scorbuticis*, & *impuris* corporibus quibuſcunq; à calore Balnei evocata, in *ſuperficie* corporis ſubito efflureſcit, eodem *fere* modo, ac *Rubeolæ*, *Morbilli*, & *Variolæ*, calore febris *præternaturali* motæ, *macularum*, aut *puſtularum* formâ cutim diſtinguunt. Ex hoc *Phænomeno* Vires Thermarum à *Centro* ducentes ad *Circumferentiam* arguere licet. Cauſa *Symptomatis.*

Notandum *humorem* è puſtulis prurientibus vi quadam inter ſcalpendum ruptis erumpentem *Salſum* eſſe, & *Thermalis* aquæ Communis aut *Antliatæ* applicatione dolores eatos ægerrime ferendos. *Balneorum* autem, & *Antliarum* uſu, neglectum *aliter* malum, confeſtim evaneſcit, (licet *Unguento albo*, & *Emplaſticis* quibuſdam aliis *quidam* utuntur) & interdum in *eodem* Balneante *recurrere* obſervater. A Balneo *Temperato* excitari ſolet à *Calido* diſſipari; quod Thermarum vim *moventem*, & *removentem* deprædicat. *Humor* Salſus.

Simile quiddam in *Mugni*, aut *Magni*, (quem *Divorum* Catalogo *quidam* inſcribunt) puteo frigido *Eborocenſi* prope *Knaresborough* obſervavit Chemiæ *juxta* ad rei medicæ peritus *Joannes French*, M. D. in quo *plumbi* aut *Stanni* effluvia fermentationem quandam efficiunt, adeo ut quando aqua poros Coporis penetraverit, inter humores levem aliquam *fermentationem* procurat, & ex conſequenti, in corporis habitu *calorem* excitat, unâq; calorem naturalem evocat exteriùs. 'Hoc apparet, *inquit*, ſi hanc 'aquam ad Balneandum aut Lavandum intrando quiſ- Spadacr. *Eb.* c. 17.

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

'piam uſurpaverit, & per quadrantis horæ ſpatium, aut amplius paulo, in eadem permanſerit, ab 'exitu ſtatim, toto corpore Rubedine affecto, per'calidus evadet, itàq; diu manebit, tametſi in aere 'frigido perambulaverit, imo tametſi veſtimenta 'prius exuta nondum induat. Cur autem eædem particulæ *fermentationem*, & conſequenter *calorem*, in aqua frigida *non* exuſcitant haud declarat; *probabile* tamen *frigiditatem* aquæ corporis habitui exterius applicatæ, calorem *internum* naturalem intendere, & *febriculam* intra Corpus, propter *antiperiſtaſin* à frigore ortam, accendere. In aqua autem *frigida* ex ſe *nihil* tale evenire poteſt. Ità in *Terram* jacenti non *frigus*, ut aiunt, *intro ſuſcipitur*, ſed *obſtructis* poris, & *impedita* tranſpiratione, ob fermentationem in *ſanguine* excitatam, *Febris* oboritur. In *Thermis* autem aqua intra corpus per *poros* cutis & *venas capillares* admitti videtur.

Exulceratio *Cutis.*

In Balneis *calidioribus* lavantibus, non *Rubedo* ſolum, ſed *Exulcerationes* etiam ſuperveniunt, quod *Salis* & *Nitri* in iiſdem *acrimoniæ nimiæ* tribuendum exiſtimo. Harum ab eodem Balneo *Sanationem*, Balneandi terminum *metamve* quidam poſuerunt. *Savanarola* apud Bauhin. *Hiſt. Font.* Boll. *l.* 2. *c.* 4. : 'Sunt autem, qui tunc à Balneis abſti'nendum eſſe doceant, quando Cutis ex faculrate 'illarum, nimirum ex Sale, ulcerata, rurſus conſa'nuerit: quanquam inveniantur, qui bis aut ter ex'ulcerentur, convaleſcantq;. Alii vero ne ſemel 'quidem; ſed materia in his paulatim per meatus 'digeritur, quod indubie pro corporis habitu, ſive 'raro, ſive denſo, ſive mediocri, accidit. *Item paulo poſt*: Non eſt facultati aut laudi Balnearum quarumcunq; Cutis eroſio Exulceratioq; tribuenda, ſed 'potius acrimoniæ Salis & Nitri quæ in iiſdem continentur.

'tinentur. *Cauſam eodem loco refert* Bauhinus: 'Ego 'ſane obſervavi noſtros Germanos ſolere plerumq; ab 'uſu Balneorum etiam dulcium aquarum, incidere in 'eruptiones, rubores, Exulcerationeſve Cutis, idq; 'crebrius aliis nationibus: Cauſas eſſe puto jam ab 'Andernaco aſſignatas, moram diuturniorem in iis; 'quod non rite repurgentur; quod multum bibant & 'comedant dum lavant. De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

Quod Symptoma hoc interdum ſoleat *recurrere*, id moræ in Balneo longiori imputandum conſtat, quum tameh *diuturnior* paulo ejuſdem Balnei (ut dixi) *Uſus* rubores omnes & excoriationes tandem *ſanat*. Idem medicus quoad *Balneorum* uſus admirabilis. *In mirabili Balneo* Bollenſi *obſervavi quibuſdam cutim* non *exulcerari*, *aliis* cito & aliquoties *erumpere*. *Exiſtimaverim illos qui ſudant facile*, minus *eruptionibus obnoxios: nec vero præcipuam cauſam attribuerim eruptionis*, Mineralibus vim ſuam imprimentibus aquis medicatis: *quamvis non dubitem etiam* juvare, & augere. *Quicquid ſit*, diuturna experientia conſtat, eos qui exeunt ex Balneo, cum prodire volunt eruptiones, vel cum prodiere, aut ulcerationes in totum non ſunt curatæ, ſæpe in graves incidere morbos: *id quod ipſemet etiam in* meipſo *obſervavi in Uſu Balnei acidularum* S. Petri *in valle* Gresbachianâ. *Cùm enim ob* ulcus renis, *aliquando* bibiſſem *acidum fontem* copioſe, *mane* jejuno ventriculo, ac ante *Cænam*, & *pro quotidiano potu*, *bene* prius *repurgato Corpore*, *tum per* Cathartica, *tum etiam per* aquæ potum, & Sudores, *volui quoq; experiri* lavacrum: *quod cum tardius incœpiſſem*, & tanto *tempore non poſſem ferre lavationem*, quanto *perferebat Il. meus* PRINCEPS (*qui* feliciter *eas aquas bibit* inter cibos *loco potus*, *aſcenditq; balneando ad* XII. horas *cum incœpiſſet ab hora* Cauſa *Recurſus*

De Effectis Thermarum Bathon.

ra semis, & *ita paulatim iterum descendisset*) *atq E.C. absolvisset balneum, rite curatus ab* Exulceratione : *Ego qui incipiebam nonnihil* Exulcerari *nolui remanere in Balneo, sed* eum *sequi* (*licet* ILLE *pro suâ summâ clementiâ vellet* me *remanere*) *incidi in* gravem *morbum.* Consilium igitur meum est, ut post eruptionem balneent adhuc, sed non diu maneant in lavacro, nisi cogantur, & sæpe vidi coactos, ob ardorem & pruritum : Continuent autem per paucos dies Balneum, paulatim desistendo, donec in totum curata Cutis suo nitori restituatur. *Ita idem Balneum,* Hastæ *more modo memoratæ,* Vulnus opemq; tulit. *Sed ad* Historias.

Usus Balnei diutinus *tollit.*

CENTURIA PRIMA.

I.

D. Humphredi Lloyd, *in dolore ischiadico historia.*

Dominus *Humphredus Lloyd* Eques Auratus, Vir Doctissimus, & *Cambro-Britannus* ictu Equi dolore *ischiadico* pertinaci laborans, *Thermarum* harum usu per *septimanam* sanatus erat, ipso *Teste* his verbis: *Alia Belgarum Urbs, Ptolomæo Aquæ Calidæ ; Antonino Aquæ Solis ; Britannis Caer Baddon ; & Anglis* Bathe *dicitur ; Balneis Aquarum Calidarum Saluberrimis clara ; cujus rei Ego certissimus Testis esse possum. Nam quùm ex ictu Equi Mediolano in Italia, excepto, dolore ischiadico, duodecim continuis mensibus laborarem, diversisq; doctissimorum Medicorum Consiliis non convalescerem, his Balneis, cum tantum sex diebus Usus essem, sanitati pristinæ restitutus sum.* Fragm. Descript. *Brit.* p. 16.

II.

II.

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

Altera *longior* eſt, verum quia *gratum* animum ſapit, & *pium*, ut in Tabella *Regalis* Balnei parieti idiomate *Anglicano*, affixâ reperi, inſerendam duxi, & in *Latium* transferendam.

SOLI TRIN-UNI DEO GLORIA.

Ricardi Roe, *Clerici in macie, & Paralyſi Univerſali; uſu Balnei* Regii.

'Cùm Ego *Ricardus Roe*, Divini verbi prædicator, 'Warwici, non morbo ſolum periculoſiſſimo laboravi'ram, qui Carnoſas partes adeo conſumpſerat, ut vix 'aliud præter oſſa & pellem ſupereſſe videretur, & ad 'iſtum infirmitatis gradum M E perduxerat, ut ſep'timanis pluribus ſuccedentibus, qui me viderunt mo'riturum putarunt, & expiraturum illico; ſed eodem 'etiam tempore Univerſali Paralyſi correptus, omnino 'claudicarem, adeo ut tota hyeme, Anni 1629, & 'Veris inſequentis partem magnam, manibus, pedibus, 'membriſq; aliis immotis decumberem; ad cujus re'medium meipſum ad Regale Balneum huc applicui, 'ubi, ætate non obſtante, (annum enim ultra quinqua'geſimum primum numeraveram) & corporis Vale'tudine infirma maxime, nec omnium judicio, Ther'marum calori ferendo pari, viſum erat *D E O*, qui 'pro ejuſdem clementia olim me ſepulchro eripuerat, 'non tantum maceratum corpuſculum ad Balneum 'ſuſtinendum quotidie invigorare, ſed Benedictionem 'adeo miram adjungere, ut ejuſdem ope, motum & 'ſenſum in ſingulis membris omnino recuperaveram, 'in illorum admirationem, qui infirmitatis præceden'tis meæ conſcii, meminerunt. Pro quo unà cum 'omnibus aliis beneficiis, à Domino in me collatis, 'me devinctum fateor ad Tribuendum, & Tribuere 'cupio ex animo, gratias omnes, & Laudes quas

'poſ-

De *Effectu* Thermarum *Bathon.*

'possum maximas, magno ejusdem & Magnifico 'Nomini, toto Vitæ meæ spatio quod insequitur. 'Majestatem ejus humiliter implorans, ut ad idem 'aliquali modo perficiendum habilem me & idoneum 'efficeret. Cumq; in hoc loco Beneficium adeo 'magnum sim expertus, Gratitudinis quoddam minu-'tilum testimonium manu mea subscriptum, in grati-'arum actarum memoriam perpetuam, etiam hic re-'linquere in Votis habui, pro summâ illâ Benedictio-'ne, quâ hic dignatus est Dominus Servum suam mi-'sellum, & minime dignum *Ricardum Roe.*

III.

A Tabellâ hac *votivâ* gratissimâ & *piâ*, in *Thermarum* famam, & *aliorum* solatium linguâ *Vernacula*, publice exposita, ad historiam *alteram* communicatam transeo.

Operatii *cujusdam, in morbo* simili, *usu* ejusdem *Balnei*, & Thermarum Spumæ.

Circa *annum Domini* MDCXL, in *Argenti-fodinis* quibusdam *Cambro-Britannicis*, melioris notæ *Operarius*, aurâ quadam *Venenatâ*, & *pestiferâ*, quæ vicinas herbas, & adjacentia vireta *enecare* solet, tanquam *malo* quodam *genio* aut *sydere* afflatus, in *Totius* corporis *Paralysin* ex improviso incidit, quæ artuum *omnium* motum statim aboluit. *Bathoniam* recuperandæ salutis gratia confestim *rheda* advectus, & *Veterani* Medici, D. D. *Samuelis Bavii*, tunc temporis *celeberrimi*, consilio, in Balneum *Regium* immersus; in ipso Balneo, *Thermarum Spumâ*, Emplastri more, quotidie obductus; mensis *unius*, & paulo amplius spatio, incedere, & parumper ambulare incœpit; spatio autem prædicto *ter* numerato, *ita* convaluit, ut *sine* baculi adjumento incederet *strenue*, & Equo etiam *ferociori* vectus, domum tandem *unâ* tempestate, *sanus* revertebatur. Hoc relatum habui à *Gulielmo Purlewent*, Vetera-

nani *Doctoris* famulo *Veterano* jam vivente, qui *operarium* novit, & attendere solebat.

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

IV.

Domina *Pine*, propè *Barneſtaple*, in Comitatu *Devon*, Univerſali *Paralyſi* correcta, manente ſenſu, A.D. 1658. ad *Bathoniam* advenit, & *ſex* hebdomadis Thermis *Regiis* & *Reginenſibus* uſa in *tantum* convaluit, ut ſibimetipſi Cibum *ibidem* ſubminiſtrare poterat; hyeme autem *rure* conſumpta, ubi vires *ſenſim* recuperavit, III *Maii Thermas* repetiit in meliorem *multo* ſtatum redacta, & annis *quibuſdam* inſequentibus *Aquis Calidis* aſſueta. *Sanitati priſtinæ reſtituta eſt.* Hæc habui ab *oculato* Teſte.

Dominæ Pine, *in* Paralyſi Univerſali, *Balneorum* Regis, *&* Reginæ *uſu.*

V.

GULIELMUS HOWARD, Vice-Comes *Stafford* Paralyſi *Univerſali* laborans Balnei *Regalis* Uſu in *omnibus* artubus *motum*, & *ſenſum* recuperavit, in *ætate provectâ.* Balneavit etiam *Brumali tempeſtate* privatim, *Thermali* aquâ, in idonea vaſcula, à *Regio* deductâ, *Anno Domini* MDCLXVII.

Vice-Comitis Stafford, *in* eodem *morbo* ibidem.

VI.

Benjaminus Baberus, Civitatis *Bathonienſis* Senator, dolore *iſchiadico* correptus, poſtquam *Regali* Balneo uſus fuiſſet; & *ictuum* ex ejuſdem Antlia irruentis aquæ *decem* & *octo millia* ſuſtinuiſſet, brevi *convaluit*, Anno Domini MDCLXV. ex ejuſdem relatione 13 *Feb.* MDCLXXIX.

Ben. Baberi, *in* dolore iſchiadico, *uſu* ejuſdem *Balnei.*

VII.

Honoratiſſimus Dominus *EDVARDUS BRABAZON*, Comes de *Meath*, in regno *Hiberniæ*, & *Comitiſſa* ejus,

Comitis de Meath, *&* Comitiſſæ.

in

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

flatu hypochondriaco, & *artuum imbecillitate* laborantes, usu Balneorum *Regis* & *Reginensis*, *Embrochationis* ope, & Thermarum *potatione*, levamen acceperunt, *Anno Domini* MDCLXX. Nobilissimus autem *Comis* ex *Hiberniâ* in *Angliam*, Bathoniam *iterùm* meditans, trajiciens, *Sanitatis* simul ac *vitæ* jacturam passus est naufragio *titulo* & *hæreditate* filio relictis *Primogenito*; quo etiam mortuo, Dominus *EDVARDVS BRABAZON* filius *Secundus* iisdem potitur.

VIII.

Dominæ Noel, *&* filii; *aqua* pota *Balnei* Calidi.

'Illustris Domina, Domina *Noel*, membris capta, '& mihi à D. D. *Gualtero Needham* commendata, mi'hi dixit, tam seipsam, quam filiam ejus olim moti'bus convulsivis correptum, & crure paralytico jam 'infirmum, ab Aquarum Balnei Calidi Meraca pota'tione, ex me præscripta, alvos laxas, & bis quotidie 'secessum petentes, sortitam fuisse. VI *Aug.* MDCLXIX. *Mapletius.*

IX.

Avunculæ ejusdem Dominæ, in prolapsu uteri, usu Balnei Crucis.

'Avuncula ejusdem Dominæ eodem mihi narravit, 'die, se prima in Thermas Crucis immersione, μητρο'πρόπτωσιν quæ annos octodecim perdurasset, sensisse 'correctam, uterumq; in sedem propriam repulsum, 'in quâ posteà permansit. *Mapletius.*

X.

Dominæ El. Spencer, Arthriticæ, *aqua* pota *Balnei* Reginensis.

'Nobilis Domina *Elizabetha Spencer*, Arthritica, 'Aquam ex Antlia Balnei Reginalis haustam bis singu'lis diebus Epotam, per lotii meatus transfluere, & 'in matulam libere exonerari asseruit 16 Aug. MDCLXIX.

XI.

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

XI.

Nobilis *Domina*, domina *Porter* Cornubienſis *dextri lateris paralyſi* correpta, quæ *Scorbuto* originem ſuam acceptam retulit, & *Hemiplegia Scorbutica* propriè ſit dicenda, poſt debitam *totius* præparationem, & labis iſtius Sanguini, & viſceribus impactæ, *medicamentis* quibuſdam per *duas* ſeptimanas ſumptas, emendationem, *ante* ingreſſum in *Thermas*, *Reginenſis* præcipue, & interdum *Regis* Balnei uſu, *tribus* ſolum ſeptimanis, *omnino convaluit*, & *ſanitati priſtinæ reſtituta fuit* 22. *Maii*, *Anno Domini* MDCLXX.

Dominæ Porter *in* Hemiplegia dextra Scorbutica, *uſu* Reginenſis *Balnei &* Regii.

XII.

Joannes Harvey Civitatis *hujus* haud ita pridem *Sculptor* peritiſſimus, *Siniſtri lateris Hemiplegia*, & *Stuporibus in artubus* ita afflictus, ut *unius* digiti manus lævæ ſummitate forte abſciſſa, dolorem *non* perceperit; Pede etiam *adeò* ſenſu privato, ut *nudo terram calcans*, & *cum baculo obrepens*, *crepidam ſe amiſiſſe non cognoverat*; uſu *Crucis* Balnei, etiam *hyeme*, *motum* & *ſenſum* in *omnibus* membris recuperavit, 14. *Novemb.* MDCLXXI.

Jo. Harvey *Bathonienſis in* Hemiplegia Siniſtra, *uſu* Crucis *Balnei* Hyeme.

XIII.

Honoratiſſimus *dominus*, Vice Comitum *Primus*, Dominus *LEICESTER D'EVEREUX*, Vice-Comes *Hereford*, ab *Equi* inter venandum *Vulpem* lapſu, *contuſione* læborans, quæ *dextri* Brachii *motum elevationis* abſtulerat, Balneorum *Regis*, & *Reginenſis*, *Antliarum* etiam, uſu, in *iiſdem* Balneis, *motum priſtinum recuperavit*, *Anno Dom.* MDCLXXII. Peritus *quidam* operator Humeri Os *luxatum*, mora

Vice-Comitis Hereford *in* Contuſione Brachii, *uſu Balneorum* Regis & Reginæ.

De Effectis Thermarum Batben.

sua apud *Thermas*, restituit, quod *Thermarum* usus posteà confirmavit.

XIV.

Dominæ Harvey *in* Cachexia, *usu Balnei* Crucis.

Generosa *domina*, Domina *Constantia Harvey*, *Cachexia* & *Malo corporis habitu laborans diu*, Crucis *Balnei* usu præcipue, & *Thermalium Aquarum* etiam *Potatione*, feliciter *convaluit*, 10. *Aug. Anno Dom.* MDCLXXIII. Nuperrime autem *hanc dominam Grenovici revisens* gratias egit, & se valentem *optimè*, & a multis annis *sanam*, corona *amicorum* circumstante, exhibuit, 11. *Junii*, *Anno Dom.* MDCLXXXVI.

XV.

Joannes Revet *Londinensis in* Hemiplegia, *usu Balnei* Regalis.

Joannes Revet Londinensis *Serenissimi* & *Clementissimi nuper* Regis *CAROLI Secundi* ærarius, *Hemiplegiâ* laborans, *Regalis* Balnei usu *convaluit*. Testatum fecit literis *annulo æreo majori*, in gratam rei memoriam a se donato, & ad *Regalis* Balnei in *Reginensis* introitum, appenso, inscriptis, *hunc* in modum.

DEO GRATIAS.

Ego JOANNES REVET *Ærarius Regius, annos natus quinquaginta sex, mense Julio jam instante, Anno* 1674, *in hoc loco, vera Paralysi, in uno latere, a Capite ad Calcem, olim correptus, sanatus fui.*

XVI.

Gulielmi Coo *Arm. in* Paralysi, *usu* Crucis *Balnei.*

Gulielmus Coo de *Grandford* in agro *Northamptoniensi* Armiger, *multum* & *longo* tempore, *Paralyticus*, usu *Crucis* Balnei *convaluit*, ob quod *plumbeæ* crepidini,

Anathematis more, circa *ejuſdem* Balnei *Crucem*, ſive *Columnam mediam*, literas *has* inſcriptas curavit: De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

Vota mea Solvo Omnipotenti Thermarum DEO, Gulielmus Coo, de Grandford, in Comitatu Northamptonienſi Armiger, Ætatis meæ LXIII. MDCLXXV.

XVII.

Mercator quidam *Londinenſis* Anno Ætatis LXX, *Podagra* laborans & eadem *ita* afflictus ut per ſex Septimanas a lecto ſurgere *non* poterat, nec ſine *aliorum* ope, eundem intrare *grallis* etiam uſus, menſibus *Compluſculis*, Crucis *Balneo*, cum *validis fricationibus*, *tribus* Balneandi Tempeſtatibus fretus, in *tantum* convaluit, ut baculo ſolum, quo uſus eſt communiter, innixus, *ambulet fortiter*, *pedeſq;* ac *manus flexiles* & *indolentes* poſſideat. *Cbirographum* manu propriâ *ſenex* optimus gratus ſignavit, 5 die *Aug.* MDCLXXVI. R. P. *Mercatoris Londinenſis in Arthritide, uſu Balnei Crucis.*

XVIII.

Domina *E. T. Londinenſis*, eruptioribus in Cute vexata, *Crucis* Balnei uſu præcipue, *interno*, *externoq;* ſanata *Bathoniæ*, 10 *Julii* MDCLXXVI. *Sana* manſit poſt *decennium* Londini *Anno* MDCLXXXVI. *E. T. In* Cutis morbo *uſu Balnei* Crucis.

XIX.

Benjaminus Adams, Servus *Gulielmi Allen* de *Smithfield* apud *Londinenſes*, *iſchiadico dolore* correptus, & *Regalis* Balnei *duabus* tempeſtatibus *immediate* ſuccedentibus, uſui aſſuetus, *Sanitatem recuperavit*, 7 die *Auguſti* MDCLXXVI. *B. Adams in dolore iſchiadico uſu Balnei Regis.*

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

XX.

In Capitis Achoribus, *uſu* Crucis *Balnei* & Antliæ ſiccæ Longi.

Nobilis domina, inter *Trinobantes*, *Achoribus quibuſdam in capite manantibus* diu afflicta, una cum *Salſa* materia inter Suturam *Lambdoideam*, & *Collum*, in *occipite* erumpente, Balneo *Crucis*, & *Antlia ſicca Longi Balnei*, vulgo *Calidi*, *quinq*; hebdomadarum ſpatio, uſa, ab hac ægritudine *Sana* erat facta, 16 *Aug.* MDCLXXVI.

XXI.

D. Alexand. Cuningham Mil. & Bar. *in* paralyſi, *uſu Balnei* Regalis.

Prænobilis dominus, Dominus *Alexander Cuninghamius*, de *Corſhell*, in Diviſione, dicta *Shira*, de *Aire*, in Regno *Scotiæ*, *Miles*, & *Baronettus*, affectu *Paralytico* afflictus, in *Artubus* præcipue, *quinq*; Septimanarum ſpatio in Balneum *Regium* immerſus, *Sanitati reſtitutus eſt.* Artus (*brachia* & *Pedes*) *Stupefacti*, & ſenſu *fere* privati, a periculoſis ſymptomatis *immunes* exiſtunt, 20 *Aug.* MDCLXXVI.

XXII.

Matt. Bennet *in* Hemiplegiâ dextrâ, & Spaſmis Symptomatieis, *uſu Balnei dicti* Calidi.

Matthias Bennet, de *Clifton* in agro *Warwicenſi*, Calceator, *dextri lateris Hemiplegia* correptus, *cum ſpaſmis magnis*, & *multis*, *muſculorum oris*, *Brachiorum*, & *partium aliorum*, *præſertim vero digitorum Siniſtræ manus*, poſt *duodecim* dierum Balneationem, *una* Tempeſtate, & *trium* Septimanarum, *altera*, Balnei dicti *Calidi* ope *convaluit*, 23. *Maii* MDCLXXVII.

Notandum *Spaſmos* hos ab *inanitione*, ob ſpirituum animalium, in paralyſi, *imbecillitatem*, & *defectum*, ortos, & *Symptomaticos*, ſanata *paralyſi*, evanuiſſe; *Spaſmos* autem & motus *Convulſivos eſſentiales*, Balnei hujus uſu *irritari*, dictum eſt *alibi*.

XXIII.

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

XXIII.

Robertus Forder, de *Eaſton* prope *Ventam Belgarum*, in agro Patrio *Hantonienſi*, *dolore Iſchiadico* afflictus, uſu Balneorum *Regis*, & *Reginalis*, duabus Tempeſtatibus, *convaluit*, 8 *Junii* MDCLXXVII.

Rob. Forder, Hantonienſis, *in* dolore Iſchiadico, *uſu Balneorum* Regis & Reginæ.

XXIV.

Margareta Fiſher de *Nehinſhea*, in Comitatu de *Cork* in Regno *Hiberniæ*, annos nata *duodecim*, utriuſq; Cruris *paralyſi* laborans, & *Siniſtri* pedis contractionibus, *Crucis* Balneo, *octo* Septimanis uſa, *convaluit*, 15. *Aug.* MDCLXXVII.

M. Fiſher Hiberna *in* Cruris utriuſq; paralyſi, *uſu Balnei* Crucis.

XXV.

Joannes Robertſon de *Nooke*, in Paræcia de *Cletar*, in Comitatu *Cumbrienſi*, ſub *forma* Pauperis *Bathoniæ* Commoratus, *cum Paralyſi univerſali, unius anni ſpatio laboraverat*, quæ *manuum* & *pedum* uſum *omnem* abſtulerat, & ad *iſtum* infirmitatis gradum ſe reduxerat, ut *quatuor* menſium ſpatio, in lecto, *ſine* aliorum ope, ſe movere *non* poterat; *Balneo Calido tribus menſibus uſus quotidie*, & *uno menſe Regali*, *optime convaluit*, 11 *Septemb.* MDCLXXVII. Hic, *brennio* poſt, *Londini* me invenit, gratias egit, & in ædibus *Humaniſſimi*, & Doctiſſimi Amici, *Nicolai Carter* M. D. & Coll. *Lond.* Medicorum *Regalis* nupèr *Socii*, *Sanum* ſe ſiſtebat Coram.

J. Robertſon *Cumbrienſis* Pauper, *in* paralyſi univerſali, *uſu Balnei* Calidi & Regalis.

XXVI.

Magnæ ſpei Adoleſcens, *Ricardus Sancto-Legerus* filius *Nobilis* militum *Tribuni* de *Howards-Hill*, in Comitatu de *Cork* in Regno *Hiberniæ*, annos natus *quatuordecim*, *paralyſi in utroq; Crure correptus præcipue*, quo

D. Ricardi Sancto-Legeri Hiberni, *in* utriuſq; Cruris paralyſi, *uſu Balnei* Regis

De Effectis Thermarum Bathon.

ſpatio *unius* anni laboraverat; *tribus* hebdomadis *Regali* Balneo, & interdum *Reginenſi* utens, *Convaluit*. *Primo* ad *Thermas* adventu, motus in artubus inferioribus *penitus* defecit, & *duo* priores articuli *omnium* digitorum *utriuſq;* manus *ſenſu* caruerunt. Uſum autem *Balnei* poſt Convaleſcentiam Continavit, & *decem* hebdomadis hic tranſactis *Strenue* diſceſſit, 18 *Septemb.* M DC LXXVII.

XXVII.

Thomas Brookes *in* Renum & Veſicæ *morbis*, & dorſi *dolore gravativo diciturno*, Regalis *Balnei aqua* potu *ex* Antlia ſiccâ.

Thomas Brookes Londinenſis, Sexagenarius, Capite & *inde* Nervorum origine *male* affecta, *Membrorum imbecillitate*, nec non *Sedecim* annos dolore *renum* & *dorſi* gravativo laborans, Anno MDCLXXIX. *Bathoniam* inviſit, ubi remediis quibuſdam *præparantibus* præmiſſis, *Thermalem* aquam Balnei *Regis* ex *Antlia ſiccâ* eructatam debita methodo, & ordine *me ſuadente* potans, *Pollinis* cujuſdam quantitatem ſatis magnam excrevit, quod in fundo *matulæ* ſubſidens, urina ad *Siccitatem* evaporata, *octo* pilulas, ad inſtar globulorum Bombardæ *minoris* conſtituebat, *Saxeæ* duritiei, & coloris; *domi* autem redux, ejuſdem *Sabuloſæ* materiæ puriſſimam *Similam* Simulantis *tantundem* emiſit, quantum ad *quinquaginta quatuor* globulos, æqualis cum *prioribus* magnitudinis ſine *cujuſcunq;* alterius admiſtione conficiendum ſuffecit. *Tota* hæc materia Similaginea tractu temporis *haud ita longo* excreta, globulum lapideum *Sex* Unciarum pondo potuiſſet conſtituere, quâ evacuatâ, dolor *gravativus* poſteà ceſſavit, *Patiens* vero *Dominus* malorum *Iliade* affectus confectuſq; Elapſo tandem *anni* ſpatio, aut *circiter*, cum morte *vitam* commutavit. *NOTANDUM* lapillos duritiem plane *marmoream* æmulaſſe; Pavimento ſiquidem allíſi in manus *Solidi* revertebantur, *illorum*

illorum ad morem quibus pueri in *luſibus* communiter utuntur & *Marmoreos* vocitare ſolent. Materiam *hanc* lapideam intra corporis meatus *internos* genitam hærentemq; *Thermalium* aquarum uſu evacuatam ſuiſſe, & non ab aqua ipſa Communicatam, *inde* patet, quod Sabuloſæ materiæ *pondere* remoto, *diuturnus dolor gravativus* ceſſaverit, neq; in ullo *alio* Thermarum potore *tale* quippiam *anteà* obſervaveram. Sed hac de re in Capite XII. *de induſtria* diſſerui. Vide etiam *infrà* N. LIV. ubi *Simile poſteà* obſervatum. Globulos *hos* lapideos *Decimo* die *Junii* MDCLXXXVII. deliquii *nihil* paſſos, in *eodem* duritiei ſtatu permanentes conſpexi, ac *Septem* annis retro lapſis *poſt* excretionem pollinis obſervaveram. De Effectis Thermarum Bathon.

XXVIII.

Anno Domini MDCLXXXI. *Jacob. Hall* Miles Gregarius ex *Hibernia* profectus, non ſine *horrendis tremoribus* movere *vix* poterat, adeo quidem *violentis*, ut *Civitatis* muro vicinus, cum *vitæ* periculo per *Crenam* in muro, in præcipitium *fere* inciderat, aſſantium quorundam ope a *certa morte* liberatus, artus etiam crebris contractionibus *involuntarie* movebantur. Tremoribus *his* mirandis, *octodecim* menſium ſpatio in *Hibernia* afflictus, *anno* prædicto, ſpe remedii, *Bathoniam* ſe contulit, & *Longo* Balneo, vulgo dicto *calido*, ſex *Septimanas* ſe addixit; *primo* menſe ab Ingreſſu, *baculum* abjecit; *anno* vero *Succedente*, eruptionibus in Cute *fædiſſimis* laborans, *eodem* Balneo *iterum* uſus, ab *iiſdem* etiam, menſis *unius* ſpatio, *ulterius* Tremulus, *ſanus* evaſit. Balnei autem *uſu diuturno*, roboratis Nervis, faceſſerunt *poſteà* Tremores, Jacob. Hall *Hibernus in* Horrendis. Tremoribus, & cutis defædationibus, *uſu Balnei* Longi.

De Effectis Thermarum Bathon.

res, & *Anno* MDCLXXXIII. *Bathoniæ* Tremulus *ſanus* intererat, & affectum prædictorum *curam* deprædicavit *publice.*

XXIX.

P. Bonamicus *Sarnienſis* Sub-Decanus *in* Paralyſi Scorbutica, *Thermarum* omnium *præter* Calidum, *uſu.*

Petrus Bonamicus Sarnienſis ejuſdem Inſulæ *Subdecanus*, tribus *abhinc* annis *Colica* laborans, materia *Poſtea* in Nervos tranſlata evaſit *Paralyticus*, Acceſſit etiam μίασμα *Scorbuticum*, quo maſſa *Sanguinea* contaminatur, & *Spiritus animales* languidi fiunt, & imbecilles; cutis etiam *maculis*, & *Puſtuloſis eruptionibus* ſæpius fædabatur, *digiti* contracti, *pedes* vacillantes, & * caro muſculoſa *interna* pollicis *dextræ*, manus *valdé* Subſidebat; Quinimò

* *Vide* N. LVI.

Pallor in ore ſedet, macies in Corpore toto.

Primus Temperatarum *Thermarum* uſus *moderatus*, menſis Circiter *unius* ſpatio, magnum Valetudinis *incrementum* attulit, iiſdem uſus *Secundò*, alterâ putà Balneandi Tempeſtate, *majus* adhuc beneficium ſenſit. Poſt *quatuor* demùm annorum intervallum, valetudinis *confirmandæ* gratiâ *Bathoniam* repetens *Tertiò*, rediit habitu *ferè* athlelico, *euſareo* corpore, & membris *toroſis*, tantum artuum *extremitates*, & præſertim pedum *metatarſi* imbecilles, cætera *ſanus*. Viſcera etiam *interna*, quantum *tactu*, aut *conjecturâ* aſſequi poſſum, labe *nullâ* contaminata, & partium prædictarum *imbecillitatem* deme, *omnia* vegeta, & robuſta poſſidens. Balneis autem *Reginenſi* & *Regio* uſus eſt *præcipuè*, Crucis vero *interdum*, & Aquam bibit *Antliæ Siccæ* Balnei *Regalis*. In *patriam* reverſus eſt menſe *Julio*, Anno MDCLXXXI.

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

Jacobus How *Londinensis in* flatu Hypochondriaco, *&* humorum acrimonia, *&* ferocia, *usu Balnei* Crucis, *&* Thermis Regiis *potis* Crucis, *&* Calidis.

XXX.

Jacobus How Generosus *Londinensis* præter propter Quadragenarius, *flatu hypochondriaco*, & consequenter, *mala ventriculi & Intestinorum diathesi* laborans, quâ cibus intro-sumptus, *ægrè* retentus, & qui remansit in *mali* moris succum conversus, unde *Anorexia*, *Atrophia*, & *habitus corporis emaciatus*, Tabem minitans, cum *magna* Virium *imbecillitate* successit. Accessit etiam Succorum *Pancreatici* & *Bilarii* fermentatio *indebita*, & efferveſcentia interdum *adeò* effera, ut humores *acres* & *flatulenti*, sursum deorsum impetum facientes, in *Intestinis* Tormina, in *Ventriculo Nauseam*, *Vomitum*, & *Inflationem* creaverint.

Post *varia* remedia *diversorum* Medicorum mense *Junio* Anni MDCLXXXI. *Bathoniam* se contulit, ubi usum Balnei *externum* ægre ferens, ad *internum*, meo consilio, se recepit, unde, *prima* vice, ob *rebellem*, & *pertinacem* humorum naturam. & *Pelidæ Stomachum*, multo *peiorem* se habuit, immo *mortem* cogitans, *funeris sui curam* mihi commendavit. Tractu autem Temporis, *minori* quantitate, *longioribus* intervallis, & *Jejuniis*, Thermali Aquâ Sumptâ, facesserunt *Vomitus*, & *Vomendi Conatus*, Intestima *corroborata*, & habitus *Eusarcus* rediit, adeò ut *nunc* Temporis appetitu satis *bono* fruens, *bis* aut *ter* de die edit, *benè* digerit, Chylum *bonum* distribuit, functiones *omnes*, & vitæ munia obit *feliciter*. Novembris autem mense *ejusdem* Anni, comesto quodam *ventriculo* ingrato, *vomitus* rediere, adhibitis autem *Tempestivè* Stomachicis, *Georgii How* M. D. & Coll. Med. *Lond.* Soc. *Nepotis*, consilio, *omninò* cessabant, ità ut etiamnum sanitate *integra*, & *prospera* valetudine potitus sit 23 *Novemb.* 1681. Ad *lavandum* versus *finem* usus est *Balneo Crucis*, & ad

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

bibendum Thermis *Regiis*, *Crucis*, & *Calidis* assuevit ad menses fere *tres*, *majusq;* beneficium diebus *postremis* quàm *primis*, se accepisse retulit, ut *Capite* 12. dictum superiùs.

XXXI.

K. C. Londinensis, *in* siti ingenti *aqua Balnei* Crucis *pota.*

K. C. Londinensis *Generosa*, prodigiosa *siti* diutius vexata, adeo ut (ex *ejusdem* relatione) *linguæ ejus palato fere adhærebat*, Doctoris *Fisher* Londinensis, aliorumq; *ibidem* medicorum præscriptis *frustrà* observatis, *Crucis* Balnei Aqua *Thermali*, ex *Antlia minori* in *Balneo* petita, librarum solum *quinque* quantitate ad summum, *Septimanarum totidem* spatio, *quotidie* Epota, *Anno Dom.* 1681. Remedio *isto* se a Symptomate prædicto *sanam* Londini ultro, mihi *aliter* ignota retulit 20. *Mar.* MDCLXXXIV.

XXXII.

Alexander *Comes* d' Eglintown *Scotus*, *in* Contusione, *usu Balnei* Crucis, prima vice; *altera vero*, Reginæ, & Regis.

Nobilissimus Dominus, *Dominus ALEXANDER, Comes D' EGLINTOW'N*, in Comitatu de *Aire*, in Balivo de *Cuningham*, &c. Dominus *Montgomerie*, in Regno *Scotiæ*, ab *equo*, inter venandum *Vulpem*, in cuniculos *improvisim* delabente, lapsus, & utriusq; manus & *Brachii* præsertim *dextri*, musculos & *tendines* comprimens, ut Brachiorum motum *valde* imminutum lapsus induxerat, ictu insuper *Bregmati* impacto, humero *dextro*, & *dextro* cubitui, digitorum etiam Tendines *adeo* rigidi, ut *nullo* modo flecti potuissent, aut *introrsum* moveri, *Stupefacti* quoq; digiti, & *ferè* insensiles; *Trium* Septimanarum spatio, in Thermas *Crucis* immersus, & *Embrochationem* ad ictus aquæ Antliatæ *Septingentos* supra *digitos* & *Carpum*, per dies *aliquot* continuos, *Centenis* etiam nonnullis *Capiti* inflictis, passus, in Balnei *Longi* Camera *eidem* usui

uſui aſſignata, motum *muſculorum*, & *Spirituum* animalium *priſtinum* recuperavit, quarto die *Aug.* 1682. Circa finem menſis *Auguſti* Anni MDCLXXXIV. *rediens* Nobiliſſimus *Comes* artuum *Curationem* confirmavit, & prædicavit *publicè*, Balneum *repetens* ob *Capitis* Medelam. Nuper autem *Belgarum Ventæ*, unà cum *Sereniſſima Majeſtate Regia CAROLI SECUNDI*, *accupio* detentus, & *accipitro* intentus nimis, ex equo *iterum* lapſus, Thermis *Reginenſibus*, & *Regiis*, Antliis etiam tam *ſiccis* quam *humidis*, per *octiduum*, non ſive Convaleſcendi ſpe, uſus, *domum* reverſurus eſt, ultimo die *Septemb.* Anno Domini 1684.

De Effectis Thermarum Bathon.

XXXIII.

Honorabilis *Dominus* & Fortiſſimus *ROBERTUS HOLMES Eques Auratus*, & *Vectenſis Inſulæ* Gubernator, in *doloribus Veteribus*, & *Contuſionibus*, bellorum, præſertim *Maritimorum*, tempore Contractis, *nihil*, æquè ac *Thermarum* uſum, *proficuum* invenit, unde iiſdem, *quotannis* ferè, ſolet aſſueſcere. Ob manum Dextram, *Chiragra* laborantem, *Thermis* interfuit, 20 *Sept.* MDCLXXXVIII.

D. Robertus Holmes *Eques Auratus in* Contuſionibus *uſu* omnium *Thermarum.*

XXXIV.

Immanuel Weſton de *Elſemore* in Comitatu *Salopienſi*, annos natus *quindecim*, Tinea & *laminoſis exuviis Capitis* laborans, ſpatio *quinq;* annorum, in *Leproſorum* Balneolum *vigeſies* immerſus, *ſine* Medicamentis, Balneando *ſolùm*, & *lavando* Caput, *Caput Sanum* exhibuit 14 *Jun.* MDCLXXXII. *Duo alii* quorum *nomina* ſunt *ignota* Regalis *Balnei* uſu & *Limi* ejuſdem applicatione, in *eodem* Capitis morbo *remedium* habuere.

Emanuel Weſton *Salopienſis in* Tinea Capitis *uſu Balnei* Leproſorum.

Duo *alii ignoti in* eodem *morbo uſu Thermarum* Regis, *&* Limi.

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

XXXV.

Marg. Garey *Scota in ulceribus humidis inveteratis usu Calidi & Leprosorum Balnei.*

Margareta Garey in Comitatu *Aberdenensi*, & parochia de *Aford*, in Regno *Scotiæ* clauda, *ulceribus humidis in ambobus genubus*, & *humero* etiam *Sinistro* scatentibus, spatio *trium* annorum, usu *Calidi* & *Leprosorum* Balnei, *Sanata* erat. Abjectis grallis *fortiter* incedit, & prædictas partes *siccas*, *carne* & *cute* naturaliter obductas exhibuit, 17 *Aug.* M DC LXXXII.

XXXVI.

Maria Eliot *Londinensis in mitiori specie* Elephantiasis a Nativitate; *usu* Regis & Reginæ *Balneorum.*

Maria Eliot, duodecim *annorum* puella *Joannis Eliot* Londinensis, Mercatorum scissorum *unius*, filia, *eruptionibus in Cute densis & fædissimis* laborans, cum *maculis roseis* primo, *mox* laminosis & *albidis*, ad affectum dictum *Elephantiasin* proxime accedentibus, a *Nativitate* afflicta, Balneis *Regis* & *Reginæ*, *quatuordecim dierum* spatio *Anno* M DC LXXXII. usa, *Sana* Domum, rediit; *Vere* autem & *Autumno* succedentibus annis *recrudescente* parum Malo, puella *jam* verno tempore, *albissimam* cutem, sed *omnino sanam* in ædibus paternis ostendit, 6 *Maii* M DC LXXXVI.

NOTA.

In hoc morbo *Balneorum Sulphureorum* usum damnat *Willisius* Prax. Med. Sect. 3. c. 7. eo quod *Sanguinem Exagitando, & nimis calefaciendo ejus crasin dissolvant, & humores vitiosos copiosius isthoc modo ad cutim amandant. Et plurimos se novisse refert qui in impetigine a Balneis Bathonensibus redierunt Leprosi; alios, & præsertim Virginem prænobilem, qui se putarunt beneficium accepisse primo, mox vero in Statum multo pejorem lapsi in deterius vergebant.*

Verùm præterquam quod *Græcorum Lepram* haud recte forsan de *Impetigine* intelligat, quum de *Elephantiasi*,

De Effectis Thermarum Bathon.

tiasi, *Alpho*, aut *Vitiligine alba*, ſquammoſa, & aridâ Sermo noſter ſit factus, affirmamus *Balnea Bathonenſia* in hoc affectu fore *Valde* proficua, & Hiſtoriæ *hic* & *inde* memoratæ idem confirmant, præſertim ſi *interna* Thermalium aquarum uſus *Externum* præcedat, quod in D. *Ricardo Vernon*, bonæ ſpei adoleſcente in Centuria *Secunda* luculenter apparet. In *Impetigine* autem *verâ*, quam *TETTER* vocamus, aut *RINGWORME*, Balnea hæc, ab *minorem* acidi permixtionem externe uſurpata, *minus* valent. In *Lepræ* autem *utraq;* ſpecie apud nos *Siccâ*, viz. Et *Humidâ*, ſed in *Siccâ* magis, Balnea Noſtra *Bathonica*, quicquid in contrarium dixerit *Vir Clariſſimus*, convenire obſervantur. *Notandum* etiam morbum interdum *reverti* Solitum, certis præſertim anni Tempeſtatibus, ideoq; *una* Balneandi Tempeſtas, ad eradicandum morbum haud ſufficere conſueuit, ſed *duæ*, *tres*, aut *plures*, prout altas, aut breviores radices morbus egerit, quemadmodum in *Hiſtoria* præſenti, II. *Centuriæ* 2, aliiſq; manifeſtum fit. In *Pejus* itaq; ruere poſſunt poſt *primam* Tempeſtatem, quos *Secunda*, aut *Tertia*, ſanitati reſtituet.

XXXVII.

Jo. Coſens in motu a *Thermis* abolito, & iterum reſtituto, *uſu Balneorum* Regis, & Reginæ.

Johannes Coſens Hantonienſis quinquagenarius, Sereniſſimæ *nuper* Majeſtatis Regiæ *CAROLI* II. *Sclopetarum faber* peritiſſimus apud Londinenſes, in Platea Celebri vulgo dicta **The Strand**, ex adverſo Vici *Norfolcenſis*, habitu *Athletico* præditus, & *Plethora* laborans, *Stupore* & *motu* valde imminuto Artuum, Brachii præſertim *dexteri*, Subitaneo correptus, *tribus* aut *quatuor* vicibus in *Reginenſe* Balneum & *Regium* immerſus, medicamentis *nunquam* aſſuetus, & potionem purgantem *unicam* haurire deſiderans, in

motum

De Effectis Thermarum Bathon.

motum artuum omnium abolitum incidit, qui die *una*, aut *altero* illum *ita* affligebat, ut *nullo* modo Seipsum movere poterat, *Sentiebat* tamen. *Decem* vero dierum usu Balneorum *eorundem* ulterius continuato, præsertim vero *Regis*, & *Lotionis* cujusdam *extra* Balneum corroborantis applicatione, *motum pristinum recuperavit*, & domum *Sanus* rediit 12 *Septemb.* MDCLXXXII.

XXXVIII.

Devonienſis *quidam* Simile *paſſus, in* eodem *Balneo.*

Præcedenti *Hiſtoriæ*, licet *extra* annorum ſeriem, *ſimillimam* liceat annectere. *Devonienſes* quidam, melioris notæ *Cives*, Circa *annum* MDCLXXVI. *Bathoniam* ſe contulerunt, *partim* Thermarum viſendarum cauſâ, *partim* in unius è numero gratiam, qui *Claudus* evaſerat. Poſt *hujus* aut *illius* Septimanæ in Thermis Regiis moram, *Claudus* motum, magnam partem, recuperavit, *Sanus* vero Athleticus, qui primis viis ſæcibus *non* levatis, ut *Claudo* ſe præſtaret *Comitem*, quotidie, & *longiori* quam par erat ſpatio, *Thermis* utebatur, *Claudicabat*. Nocte *intempeſta*, ad ex improviſo *Claudum*, prius vero *Sanum* vocatus, morbi cauſam *Statim* explicui, & Medicamentis purgantibus & Corroborantibus *in lecto* adhibitis, ad gradum *iſtum* roboris infirmum *tandem* perduxi, ut Thermis illum *iterum* tuto Committi poſſe judicaverim. Iiſdem autem *Thermis decies* immerſus, motum *priſtinum* omnino pro tempore abolitum, *recuperavit*. *Thermarum* itaq; uſus (*haſtæ* inſtar à *Poetis* decantatæ.)

——*Quæ vulnera fecit*,
Solus Achilleo *tollere more poteſt.*

XXXIX.

De Effectu Thermarum Bathon.

XXXIX.

Joannes Pyke Exonienſis, *Calcaneorum dolore* per *Septennium* laborans, ut *ſine* magnis doloribus ſtare non poterat, *Sedebat* autem, & *jacebat* indolens, uſu Balnei *Calidi* quarta vice, & Scatebris Calidis *diutius* inſiſtens, ab *omni* dolore *immunis* evaſit, 14 *Octob.* MDCLXXXII.

Jo. Pyke *Exonienſis in* dolore calcaneorum, *uſu Balnei* Calidi.

XL.

Domina *Anna Lane* Banburienſis in Comitatu Oxonienſi Joſiæ Lane M. D. *ibidem* praxin exercentis *filia*, clauda *dextro latere*, & *duabus grallis uſa*, *Bathoniam* adiit. *Primò* anno Balneum *Crucis* tantum roboris incrementum attulit, ut grallam *unam* abjecerat. Anno *proximo*, & ita *ſucceſſive* duobus annis *Regio* uſa, grallam *alteram* dimiſit, & *ſine* grallis ambulat, ope *Baculi*, 14. *Junii* MDCLXXXIV. *Eandem* ſine baculo ambulantem vidi *Bathoniæ*, 28 *Junii* MDCLXXXVI.

D. Anna Land *Banburienſis in* dextri cruris imbecillitate; *uſu Balneorum* Crucis, & Regii, *quatuor* Balneandi *Tempeſtatibus.*

XLI.

Ingenuus Juvenis, *Franciſcus Laughton* Notinghamenſis, è parochia *Divi Marci*, *Bathoniam* inviſit 5 *Maii* Anno MDCLXXXIV. latere *dextro* Claudus, & *duobus* baculis uſus, vice *grallarum*, Tumore laborans *a ſummo pede ad inguen uſq;* anni *unius*, & *dimidii* ſpatio; *duobus* etiam *ulceribus* humidis afflictus, in Tibia *uno*, in fæmore *altero*, *Leproſorum* Balneo uſus, *duos* menſes, ulcera *exiccata*, Tumorem *Subſidentem* & *omnia* mala *Sublata* habuit, tantum *curvitas* quædam in *claudi* lateris tibia remanebat, 6 *Junii* 1684.

Fr. Laughton *Notinghamenſis*, claudus, *in* tumore pedis, & Ulceribus veteribus; *uſu Balnei* Leproſorum.

XLII.

Jure-Conſultus quidam *clarus*, contra *Medicorum* quorundam

J. Conſultus in Hydrope & Cachexia, *uſu Balnei* Crucis.

De Effectis Thermarum Bathon.

quorundam *Londinenſium* conſilium, *cum periculo vitæ* in itinere ſubeundo, *Bathoniam* adiens, *Tumoribus pedum*, *Hydrope*, & *cachexia*, miſere afflictus, Balnei *Crucis* uſu *trium* aut *quatuor* hebdomadarum ſpatio, non ſine *propriâ*, & Spectantium *omnium* admiratione, *Sanitatem*, magna ex parte, *recuperavit*. Ante abitum autem Teſtatus eſt, *loco publico*, menſe *Julio* 1684. *Sanum* fuiſſe.

XLIII.

Car. Child *Pharmacopola* Bathon. *in* Rheumatiſmi *Specie, uſu Balnei* Regalis.

Carolus Child Pharmacopola *Bathonienſis* humoribus quibuſdam *Acido-Salſis*, in Tibiæ *muſculos* & *tendines*, circa *metatarſum* præcipue, *Rheumatiſmi* more defluentibus cum dolore, *claudus*; Regalis Balnei uſu *decies* aut *duodecies* repetito, *Sanus* ambulat ultimo *Septemb.* Anno Domini M DC LXXXIV. *dolores* & *imbecillitas* ſolent recurrere, ſed *Regalis* Balnei uſu, *toties quoties*, tolluntur.

XLIV.

Edw. Shepheard *Bathonienſis in paralyſi Linguæ, uſu Epiſtomii Balnei Regis.*

Edvardus Shepheard Bathonienſis, Inteſtini operis faber, *paralyſi linguæ* in pueritiâ laborans, adeò ut vel *deglutire* vel *loqui* vix potis erat, *puerulorum* more, ad expiſcandos *Teruncios* in Balneum *Regale* ſe immergere ſolitus, ejuſdem Thermalis Aquæ *Epiſtomio*, diu noctuq; ſponte *tunc temporis* aquam reddenti os *altro* applicando, & *Thermalem* aquam ad *radicem* linguæ hoc modo *diu* excipiendo, *tandem* vocis & muſculorum uſum *priſtinum* in *ſolidum* recuperavit, ex *ejuſdem* relatione, voce *Strenua* & *laudabili*, 26 *Septemb.* M DC LXXXIV.

Gul. Perkins *Sen.* Londinenſis *in* eodem morbo, *uſu Balnei, & Aquæ* Regalis.

XLV.

Gulielmus Perkins Senior Londinenſis, *eodem* morbo laborans

laborans in ætate *provecta*, Thermarum *Regiarum* uſu, & *Thermali* aqua *Gargariſmatis* more uſurpata, *beneficium* ſenſit *Bathoniæ*, 20 *Octob.* M DC LXXXIV. *Biennio* autem a *Thermarum* uſu jam elapſo, verba *Articulatius* multò profert, & *multum* Commodi ſe a *Thermis* accepiſſe, *planè* teſtatus eſt 8 die *Mart.* M DC LXXXVI. De *Effectu* Thermarum *Bathon.*

XLVI.

Domina *Elizabetha Jordan*, Joannis *Jordan* de *Stiſford* in Comitatu *Eſſexiæ* Armigeri, Uxor, *Bathoniam* ſe contulit Anno Domini M DC LXXXIV. & in *Reginæ* Balneum *trium* Septimanarum ſpatio immerſa, *dextrum* brachium prius diu *imbecillum*, & naturali motu *privatum*, Sanum habuit. Retulit *Maritus* Londini 5 *Maii* M DC LXXXVI. *Colicâ*, & *inteſtinorum torminibus* poſteà vexata, obiit *Stiffordiæ*, 29 *Julii* A. D. M DC LXXXVI. *Domina* Jordan *in imbecillitate Brachii* dextri, *uſu Balnei* Reginæ.

XLVII.

Illuſtris Domina, Domina S. *Rheumatiſmo*, & *Arthriticis affectibus* diutius afflicta, Thermarum *Cruciatarum* ope *Levamen* obtinuit, A. D. M DC LXXXV. *Domina S. in* Rheumatiſmo *&* Arthritide *uſu Balnei* Crucis.

XLVIII.

Spectabilis, & Fortiſſimus Dominus, *Oliverus Nichlis*, *JACOBI* Secundi Militum Tribunus, quem alio nomine *Colonellum* vocamus, poſtquam annis quibuſdam ſuperioribus, ob *paralyſin*, & Nervoſarum partium infirmitatem, *Balneo Regali* feliciter aſſueverat, ab Aquæ *Regiæ* Antliatæ ad dies 21. potatione *Confirmationem* magnam ſe accepiſſe retulit, menſe *Octobri* 1685. Aquam etiam *Regalis* Balnei ex *Antlia Sicca* eructatam, potavit iterum Vir Strenuus, Ol. Nichlis *Militum Tribunus*, *in* Nervorum imbecillitate *uſu Balnei* Regalis, *& Thermalis Aquæ* Sæpius *potæ ſalicter.*

De Effectis Thermarum Bathon.

mense *Augusto* 1686. Forti huic ac Generoso Domino, ob Amorem, & Benevolentiam in *Thermas* laudes, & Gratiæ debentur plurimæ.

XLIX.

Joanna Lowther *Bristoliensis* dextro crure clauda a puerperio, usu Balneorum Regis & Reginæ.

Joanna Lowther Bristoliensis, annos nata 38, *dextro* latere post Puerperium *Clauda*, circa mensis *Maii* principium, Anno 1685, die 17 *Julii* proxime sequenti, *Bathoniam* adiit, & Balneorum *Regis & Reginensis* ope quotidianâ, spatio *sex* Septimanarum, & lotus aquæ Antliatæ *duodecies Centenos* super latus affectum passa, cùm adventu ad *Thermas* se movere non poterat sine ope, *Spretis*, & *suspensis grallis*, baculo, & dolore *omni* vacua, me præsente, *Sana* ambulavit, Domum læta reversura, 28 *Aug.* 1685.

L.

Generosa Wellensis in Paralysi, & prolis defectu usu Thermarum, duabus Tempestatibus.

Generosa quædam *Wellensis*, duos supra Triginta annos nata, *duodecim* annos nupta, & nondum imprægnata, *sinistri* lateris paralysi, ex improviso correpta, & post *Decem* mensium spatium, cujuscunq; generis remediis fatigata, tandem ad *Bathoniam*, *Miliariorum* quindecim, iter instituit, Anno Domini 1664, ubi præparantibus solitis rite præmissis, & remediis internis debite usurpatis, *prima* Balneandi Tempestate, *sex* hebdomadas præter propter in *Thermarum* usu consumpsit; *Hyeme* vero appropinquante, *Balneare* destitit; beneficium autem anni Elapsi sinientis, animum addidit, *Vere* insequenti, adventus maturrimi, ubi *vere*, & *æstate* etiam tota, *Bathoniæ* contritis, non solum *brachii*, *manus*, *linguæ*, & *Cruris* usum magnam partem recuperavit; verum etiam Septimanis haud ita pluribus elapsis, ad maritum reversa, & consortio ejus usa, *concepit*, & *octodecim* mensium

censum spatio interjecto, liberos *quinq;* peperit, & *Paralyseos* recidivam nunquam est passa, Testatus est *Bathonienſis* quidam medicus, qui, olim ægram, anno uno supra vicesimum post discessum à Thermis, *à Paralytico affectu sanam*, & numerosa prole Stipatam vidit, Anno 1685. *Transact. Philosoph.* N. 169.

De *Effectu* Thermarum *Bathon.* Ro. Pelrce, *M. D.*

LI.

E. G. filiola *R. G. Bathonienſis Tineâ* & laminosis *Capitis* exuviis, quales in *Squammosa* cute ab *Elephantiasi* provenire solent, *à Nativitate* laborans (quam recens natam, *febre*, & *intestinorum doloribus* conflictam fere, *meis Consiliis* ab instante morte liberatam, Parentes grati jam agnoscunt) *Regalis Balnei* usu, & *Limi* ejusdem applicatione, abraso prius capillitio raro, & Medicamentorum quorundam Externorum ope, *Sanum* Caput, & Capillitium *densum*, Puellarum cæterarum ab hoc morbo immunium instar, Exhibuit 5 *Novemb.* 1685.

E. G. Bathonienſis *in exuviis Capitis laminosis, usu Thermarum* Regiarum Limi, *& Medicamentorum externorum ope.*

LII.

Arthurus Sherſtone quondam de *Bromham* in agro Wiltonienſi, tunc vero *Bathonienſis*, Generosus, fere *Quinquagenarius*, confecto quodam brevioris spatii itinere, in *Rheumatiſmum* incidit, qui post dolores atroces universales, in cujuscunq; generis affectiones articulares, *Chiragram*, *Gonogram*, *Podagram*, particulatim terminavit. Periit etiam omnino *Artuum inferiorum* motus, adeò ut a lecto ad focum in *Sella* gestaretur. *Detracto* vice una, aut altera, ad majorem Solito quantitatem *Sanguine*, Medicamentis etiam internis, externisq; Studiose adhibitis, *inflammationes*, *Tumores*, qui in pedibus *œdematoſi* fuerunt, & quales *Hydropicorum* esse solent *omnino*; dolores

Arthurus Sherſtone *Senior, in* Rheumatiſmo; *usu Balnei* Regienſis *Hyems.*

De Effectis Thermarum Bathon.

quoq; *magnam partem* evanuerunt, *pedibus* etiam & *Tibiis* motu priſtino reſtituto. Quùm autem dolores *vagi* reſtiterint, & humores relicti, in Brachii *Dextri* & *Siniſtri* Nervos, Muſculos, & Tendines ita viciſſim conſederant, ut eorundem etiam motum *alternatim* fere penitus abſtulerant, Thermis *Reginenſibus* ægrotum in partibus inferioribus Satis validum, *Brumali* licet Tempeſtate Commiſi, quarum uſu moderato, *Brachiorum* uſus rediit, & doloribus mitigatis primo, tandem fugatis, æger *Convaluit*, quarto *Decemb.* 1685. A prædictis affectibus *Sanus* manſit *Bathoniæ 7 Sept.* 1688.

LIII.

Georgius Kelly *Londinenſis*, *in* malorum Iliade, *ope Thermalis Aquæ* Regalis *potæ, & Balnei* Longi.

Georgius Kelley Barbi-Tonſor *Londinenſis*, annos natus *Triginta duos*, ventriculo *male* affecto, *flatibus*, *Inteſtinorum*, & *Ventriculi Torminibus* ingentibus, *valde* excruciantibus, & *maxime* moleſtis, *diù* vexatus; laboravit etiam *febre Hectica*, *febre quotidiana Intermittente*, *habitu Corporis ad Tabem inclinante*; Thermalem Aquam *Regalem*, ex *Antlia Sicca* ibidem eructatam, à libris *tribus* ad *Octo* bibit ſpatio dierum *quatuordecim*. Finitis autem *duabus* Septimanis, Commodum inde *ſatis Evidens* percepit; *duabus* autem hebdomadis in potanda *Thermarum* Aqua ulterius Contritis, beneficium ſenſit *quotidie*. Menſis itaq; *unius* tempore *perfectum Sanitatis Statum obtinuit*, quo jam fruitur. Balneavit tandem *quater*, in *Longo* Balneo verſus finem menſis, *veſperi*, quum die præcedenti *Thermalis* aqua per *Alvum* & *Urinas*, libere tranſiiſſet. Ore proprio teſtatus eſt, curæ meæ commiſſus, 24 *Julii* 1686. Subſcripto nomine

Georgii Kelly.

LIV.

De Effectis Thermarum Bathon.

LIV.

Henricus Owen Londinensis, ad Insigne *Angeli* & *Coronæ*, in platea dicta Thread-needle-street, *Concoctione mala, flatibus, Urinæ Obstructione, & Torminibus Intestinorum* laborans, *Bathoniam se contulit Secundo* (vice *prima* in efficaci existente) Anno Domini 1686. ubi mansit spatio *sex* hebdomadarum. Bibit *Regalis* Balnei aquam Antliatam, per *unam* Septimanam, ad libras *tres*. Crucis Aquis immersus dies *quindecim*, Thermalem istius Balnei Aquam bibit ad libras *tres* quotidiè, durante spatio dierum *quindecim* memoratorum. *Apud locum ipsum* sensim convaluit, & post discessum a Thermis, *materiam multam Sabulosam & Turbidam, per tres menses, cum Urina eminxit.* Jam verò è *macilento habitu, Tabescenti*, & *deplorato* ferè prædito, *Eusarcus*; *Florente vultu*; *Concoctione*, & constitutione *bona* fruitur & laudabili; *Cætera*, excepto solum *Ischiadico dolore*, Sanus, in quo *levamen* etiam se accepisse fatetur. Ore proprio hæc dictavit, 8 die *Februarii* Anno Domini 1686. Vide N. 26. ubi *Simile* quiddam in D. *Thomâ Brookes* Notatum.

Henricus Owen *Londinensis*, Simili fere modo *affectus Thermarum* Regis & Crucis *aqua potâ; usu Balnei* Crucis.

LV.

Moses Levermore Chirurgus, *Colicâ* laborans, quæ postea se in *Paralysin* mutavit, *Regalis* & *Crucis* Balneorum, præsertim vero *Crucis*, usu, motum pristinum *recuperavit* 3 *Septemb.* 1686. Eundem *Sanum* vidi *Londini* 20 *Junii* 1688.

Moses Levermore *Nevisensis*, *in* Colico-Paralysi, *usu Balneorum* Regis & Crucis.

LVI.

Elias Pomeroy Devonien sis, Armiger, *eodem* morbo laborans, mensis *unius*, & Paulo amplius spatio in Thermas *Regias* immersus, *haud leve beneficium* inde acquisivit.

Elias Pomeroy *Devoniensis Ar. in* Simili *affectu, usu* Regiarum *Thermarum &* Antliæ Siccæ.

De Effectis Thermarum Balneo.

acquisivit. *Antliam* etiam *Siccam*, in manus debiles decidente Aqua, ad ictus *Sexcentos* sæpius substinuit, 4 *Septemb.* 1686. In utroq; ægro, Musculus ad *radicem* pollicis manus *dextræ* valde subsidebat, ut in *Petro Bonamico* Sarnensi observatum, N. 28.

LVII.

Jo. Trevor *Generosus in* Cerebro *ictu* Concusso, *usu Balnei* Crucis, *& Antliæ in Balneo.*

Joannes Trevor, Generosus, ictu quodam, *Bregmati, petroso ossi*, & *Temporali musculo* inflicto, quo cerebrum *valde* affectum, & Concussum videbatur, non sine *vitæ* periculo anteacto, & præsenti etiam Salutis & *memoriæ Noxa*, & dispendio, *Bathoniam* adiit ineunte *Augusto*, Anno Domini 1686. Post mensis *unius* moram & *Crucis* Balnei, & ejusdem *Antliæ* in Balneo, super caput & nucham etiam usum, *levamen* magnum invenit. & se in Statu Convalescentiæ fuisse tellatus est 3 *Septemb.* 1686. Hunc ad *multò* meliorem *postea* Sanitatis statum redactum vidi *Roffæ* 26. *Aprilis* 1688, quod *Thermis* tunc Temporis retulit acceptum.

LVIII.

Joannes Worley *Londinensis in affectione* Scorbutica; *Thermarum* Regiarum *aqua potâ, & usu* Balnei.

Joannes Worley Oenopola, ad *Taurini* Capitis Insigne in loco apud *Londinenses* Celebri, dicto Clare-Market, *Scorbuticâ affectione*, & malâ Sanguinis diathesi laborans, unde eruptiones in Cute moleculis *ab urticæ stimulis* provenientibus Simillimæ effloruerunt, quæ molestiam non levem illi creabant; Aquam Thermalem *Regiam* Antliatam *trium* Septimanarum spatio potans, ad libras ut plurimum *Septem*, & ad summum *Novem*, postquam *Septies* in Thermis *Regalibus* Balneasset, a molestis Symptomatis prædictis liber evasit; Ipso Teste, 4 *Septemb.* 1686.

LIX.

De Usu Thermarum Bathon.

LIX.

Nicolaus Trevanion Mercator Londinensis, circa Arces *Lusitanicas* præcipue occupatus, priscorum morum & Antiquæ probitatis Vir, in *Ætate provectiori* dolore *Ischiadico* correptus, qui *quatuor* mensium spatio ipsum *valde* excruciaverat, 19 *Augusti* 1686. spe remedii, *Bathoniam* invisit, & *tribus* tantum septimanis *Regali* Balneo usus, & *Antliæ* in eodem Balneo intra temporis spatium prædictum, ictus *ter millenos* circiter, super *Coxendices* Regionem sustinens, domi *sanus* rediit. Ità mansit, *sine dolore*, aut motus aliquo impedimento, 17 die *Januarii* 1686, quo tempore, ex ore *proprio*, in *propriis* ædibus, hæc accepi. Idem postea *sanus* in *Lusitaniam* trajecit A. D. 1688.

Nic. Trevanion *Londinensis in dolore* Ischiadico, *usu Balnei* Regis.

LX.

J. P. Mercator *Londinensis*, iisdem mercibus præcipue intentus, *doloribus veteribus* in Tibia, *Faciei rubedine*, & *pustulis* vexatus, mensibus *duobus* Thermalem aquam bibendo, dein Balneando *hilariter* contritis, *multum* commodi inde percepit, 10 die *Octob.* 1686. In confirmationem *Balneo* usus est, & *potavit Aquam* A. D. MDCXC.

J. P. *in* facei rubedine, & pustulis, *aqua Thermali* Regiâ *Potâ*; & *usu Balnei* Crucis *in* doloribus veteribus *Tibiæ*.

LXI.

Gulielmus Day de * *Vado profundo*, in agro Cantiano *Naupegus*, ob casum intra *Navim*, & duriorem *ibidem* decubitum, *dolore Ischiadico* graviter afflictus, qui illum *unius* Anni spatio, remediis omnibus non juvantibus, vexaverat, *Bathoniam* se contulit A. D. 1674, cum grallis, *sine quibus diu se movere non poterat*. Post *duarum* Septimanarum in Thermas *Regias*, & *Reginenses* immersionem & *Embrochationem sub Antlia*

* *Deptford.*

Gul. Day *in dolore* Ischiadico *usu Balneorum* Regis & Reginæ.

De Effectis Thermarum Bathon.

Anglia ad ictus haud ultra *quingentos* una Vice, *sine grallis Cœpit incedere*; & septimanis *quibusdam* aliis elapsis, suspensis grallis, *de morbo triumphavit*. Audivi gratum hominem *hodie* eadem *Londini* prædicantem; *robustum* etiam, & *strenue* ambulantem vidi post annos 12, a Sanatione *Bathoniæ*, 9 *Maii* 1687, præsente *Carolo Gery* Pharmacopola *Londinensi*.

LXII.

Car. Willoughby *M. D.* Podagricus *usu Balnei* Reginæ.

Carolus Willoughby M. D. Oxonienſis, & Practicus Celeberrimus *Dublinii* Hibernorum Metropoli, *Regi-nalis* Balnei usu in *Podagra*, levamen accepit. Paroxysmum etiam *stato* Tempore recurrentem, Balnei usus, *mensem unum* ulterius protrusit, & perspirationem *mire* promovendo insultus *mitiores* postea, & *Breviores* promittit. Testatus est 7 *Octob.* 1687, apud *Aquas Calidas*.

LXIII.

Dominus W. Londinensis *in* Paralysi universali *Balneorum* Regis & Reginæ *usu*.

Joannes W. Londinensis, universali *Paralysi* post *Rheumatismum*, & missionem Sanguinis *nimis* largam adeò afflictus, ut per *longum* Temporis tractum absq; grallis incedere non poterat, Thermarum *Bathonienſium Regiarum*, & *Reginalium* usu Anno 1680, & succedentibus quibusdam ita convaluit, ut a *pluribus* annis *sanus*, in gratam rei memoriam, *robustus* licet, *Thermis* assuescit. Hæc retulit *Londini* 2 Dec. 1687. *Idem* apud *Aquas Calidas* mecum *Sanus* ad fuit 10 *Aug.* 1688.

LXIV.

Corn. Dyer *in* Contracto poplite, *usu Balneorum* Regis & Reginæ.

Cornelius Dyer de *Headington* in Comitatu *Wiltonenſi* annos natus 17, *Contracto poplite sinistro* laborans spatio *quinq*; annorum, & diversorum remediorum

tædio

medio fatigatus, anno 1664, ad *Bathoniam* advenit, & *Regali* Balneo, & *Reginæ* uſus *ſex* tantum vicibus, *relaxatum poplitem* & *Corroboratum* habuit. Diebus autem 15 Elapſis, *perfectè* convaluit, & in *Sano* ſtatu ſe ad *hunc uſq; diem* manſiſſe Teſtatus eſt 25 *Junii* 1687. *Londini*, Ætatis anno 40.

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

LXV.

Generoſa *quædam* Hæmoptoe *graviter* laborans, & poſt diverſa remedia, *cum periculo Vitæ* Bathoniam adveniens, *Thermalium* aquarum *frigeſcentium* & *frigidarum* potatione, ſine uſu *Thermarum* externo, ad ſanitatem priſtinam reſtituta eſt; Teſte Ipſâ apud *Thermas* menſe *Julio* 1688.

Hæmoptoe *Thermalium aquarum* frigidarum potatione *Sanata.*

LXVI.

Gulielmus Headach de *Gillingham* in Comitatu *Dorſet* Calcearius, 22 annos natus, *artubus inferioribus Captus*, 25 die *Maii* A. D. 1687. ad *Bathoniam* ſe Contulit; tam *motu* quam *ſenſu* caruerunt partes affectæ, *poplites contracti*, & Tibias motus *Spaſmodici* ita vexarunt, ut ulterius Contractas tamdiu curvas tenuerunt, donec vi magnâ diſtentæ, *prolongatæ* fuerunt. *Tribus* Septimanis *Thermarum* ut plurimum *Regiarum*, unicâ autem vice *Reginenſium* uſu hic elapſis, ſine adjumento aliquo manifeſto diſceſſit, & poſt *octo* Hebdomadarum ſpatium *domi* tranſactum, *Robur artubus accedere ſenſim percepit.* Circa Divi *Michaelis* Feſtum Calceatorio operi, pro Conſuetudine, ſe accixit. Proximo verò anno (inſtante viz.) *Viginti* millium paſſuum iter *pedibus* ſuſcepit, nullâ aliâ coactus neceſſitate, quam ut *Thermas* olim *Beneficas iterum* inviſet, & jam *perfectè* Convaluit; quod ore proprio teſtatus eſt 23 die *Junii* 1688; quo Tempore Laudem

G. Headach *Calcearius in* Artuum inferiorum Paralyſi *uſu Balneorum* Regis & Reginæ.

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

dem DEO conceſſit, & *Thermis* honorem, ſuſpenſis grallis ſupra Thronum *Bladudi* in Thermarum *Regiarum*, & *Reginæ* interſtitio.

LXVII.

H. Ivy *A. M. aqua pota in* mole nimia.

Hugo Ivy Rector de *Foſcot* in Comitatu *Somerſet*, in Abdominis, & totius etiam corporis, *mole nimis auctâ*, Antliæ *Siccæ* aquam potavit, & *beneficium* agnovit exeunte *Auguſto*, 1688.

LXVIII.

J. Binmore *Exonienſis*, in Paralyſi & Hydrope *uſu* Reg. *Baln.* & Luti.

Joanna Binmore Exonienſis, ab Beneficium in *Rheumatiſmo* qui *Paralyſin* induxerat & *Hydropem*, ab *aqua pota*, & *Regalis* Balnei *Lutiq;* uſu acceptum, gratias egit publice 20. *Aug.* 1688.

LXIX.

Paralytica *uſu* ejuſdem *Balnei.*

Alia etiam *membris capta*, & in ædibus *Thomæ Parker* Bathonienſis Sellarii, *Paralytica*, ab *ejuſdem* Balnei uſu *Levamen*, eodem tempore grata agnovit.

LXX.

Generoſa *quædam in* fluore albo *uſu* Crucis *Balnei*, & *Thermarum* aqua pota *interdum.*

Generoſa quædam *Londinenſis*, ſub Medicorum Clariſſimorum *Londinenſium* cura, *fluore* tamen *alborum* interdiù noctuq; apud locum *graviter* vexata, *Crucis* Balneum meo conſilio, in remedium Petiit 27. *Julii* 1688, & intra menſis *unius* ſpatium, in *Thermas* modo memoratas placide immerſa, ſepoſitis Medicamentis quæ *Londino* ſecum apportaverat, poſt *tres* Balneandi vices ab adventu uſq; ad 24 *Auguſti*, quo hæc Scribo, de fluore iſto ſe *nihil* inaudiviſſe, & illo ipſo tempore ab eodem *immunem* eſſe, retulit 23 *Aug.* 1688. In hac *Nobili* ægra, *uterum & partes inſervientes, durioris partus laboribus imbecilles redditas*

Thermæ,

Thermæ Crucis *Corroborarunt*. Thermarum etiam istarum *aquam potavit* parciùs. De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

LXXI.

Elizabetha Booth Generosa *Clauda*, in Beneficii à *Thermarum Crucis* usu memoriam, ad *Crucem* Novam Marmoream *Drummondianam* ibidem baculum appendit, 3 *Sept.* 1688. D. Eliz. Booth *Clauda, usu B. Crucis.*

LXXII.

Domina *Noble*, Londinensis *Clauda* Balneo *Regio* ad plures dies usa *mæsta* discessit; brevi autem se *multum* commodi percepisse ultro rescripsit mense *Aug.* 88. Clauda *post discessum a* Thermis *juvamen percepit.*

LXXIII.

Clauda altera *Herefordiensis* apud locum, earundem *Thermarum* usu, balneandi tempestate *unicâ* convaluit eodem anno, & mense. Clauda *apud locum convaluit usu B.* Regis.

LXXIV.

Collins Wolrich Pharmacopola *Salopiensis*, crebris Vomitibus, ventriculi imbecillitate, mala concoctione, inappetentia, & intestinorum lubricitate *diù* vexatus, aqua ex Antlia *Regalis* Balnei pota *convaluit*, & gratias egit publice in Ecclesia D. D. *Petri* & *Pauli* 7 *Septembri* 1688. D. Wolrich *in Ventriculi & Intestinorum affectibus* aqua pota *B.* Regalis.

LXXV.

Robertus Harington Generosus, *diù* & *valdè* Hypochondriacus, in *Ventriculi*; & *Intestinorum tono, flatibus* & *Hypercatharsi* nimium laxato, ab usu *Regalis* B. externo, se *multum* commodi accepisse retulit 7 *Sept.* 1688. *Aquam potam* dixit *non competere*: Hæc inter *Observationes* anomalas. D. Rob. Harrington *Hypochondriacus usu B.* Regis.

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

LXXVI.

Fiſher Littleton *L. L. D. in Colica, aqua potæ B.* Regalis, *vere & autumno per* Biennium.

Fiſher Littleton L.L.D. apud Commune Doctorum Hoſpitium *Londini* Commorans, & Exercens, *Colica* plurimum vexatus, & *Clariſſimorum* Medicorum conſiliis fatigatus, in *articulo mortis*, ſpe remedii *Bathoniam* adivit; potavit aquas *Regias*, aptis Tempeſtatibus, ad *plures* dies, *Vere* præſertim & *Autumno*, per *biennium*. *Primo* anno Commodum percepit; *Secundo* verò tantum non convaluit. Teſtimonium exhibuit 24 *Sept.* 1688. In Confirmationem *potavit* aquas *Thermales* iterùm A. D. 1690.

Henricus Higdon *Londinenſis, in parte Corporis inferiore ſtupefacta uſu B.* Regis & Reginæ, *motu reſtituto poſt diſceſſum.*

LXXVII.

Henricus Higdon Londinenſis annos natus 16, *imbecillitate & Stupore a parte corporis media, ab umbilico deorſum* præcedenti menſe Decembri laborans, *contractis* etiam *artubus* inferioribus, motu *omnino* abolito ſed manente *ſenſu*, 6 *Maii* 1687, ad *Bathoniam* ſe contulit, & *Regis*, *Reginæq*; Balneis *duos* menſes uſus, *ſine* beneficio *mæſtus* diſceſſit; poſt *unius* autem Septimanæ *domi* ſpatium, in partibus *pridem* ſtupefactis, doloris *cujuſdam* facile ferendi ſenſum, *ob ſpiritus animales* pedetentim repentes, & curſitantes animadvertit, ex quo Tempore motus *indies* ſuccrevit, adeo ut intra *menſis* ſpatium, adjumenti alicujus levis ope, gradus *duos* aut *tres* promovere poterat; poſt *alium* menſem *plures* alios, ita ut, DEO *Benedicente*, circa *Chriſti* Natalitia *domi*, abſq; baculo ambulare poterat; & 21 *Aprilis* ambulavit foras, & jam baculo pro *more* ſolum, non ex *neceſſitate* utitur. Hæc ex ipſius ore habui *Bathoniæ* 24 *Sept.* 1688, quando Thermis *Regiis* in Confirmationem *iterum* uſus, gratias

gratias egit DEO *Thermarum* Creatori, à quo *Omne Bonum deſcendit*, & ſubſcripſit *Henricus Higdon.* De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

LXXVIII.

Ambroſius Gill de *Bradnitch* in Comitatu *Devon*, annos natus 42, *Membrorum omnium imbecillitate* 14, annos laborans, 13 autem Septimanas ante adventum ad *Thermas* ita imbecillus ut incedere non poterat, ad *Bathoniam* ſe contulit 10 *Sept.* 1688. Thermis *Regiis* & *Reginenſibus* uſus eſt dies 14; potavit aquas *parce* in Balneo, *liberius* in *Thermas* non immerſus, & 25 *Sept.* Sanus diſceſſit. Hæc habui a *Radulpho Fowler* Generoſo, qui toto tempore *Bathoniæ* ſecum interfuit, & *recuperatum* nuper ægrum diſcedentem vidit. Amb. Gill *Devonienſis in* totius Corporis imbecillitate *uſu B.* Regis & Reginæ.

LXXIX.

Thomas Bonny Londinenſis 15 annos natus, *Fiſtula in Cruris dextri* Tumefacti interna parte, ab inguine ad genu diu vexatus, menſe *Auguſto* Bathoniam adivit; in Thermas *Regis* & *Reginæ* immerſus (*potavit* etiam interdum aquas *Regias*) abſterſo Ulcere Sinuoſo, ejuſdem Orificium *fere* clauſum obtinuit, & *Tumor* remiſit. Adjumentum ſaſſus eſt primo *Octobris* 1688. *Idem* etiam *oſſiculum* a Tibia *ibidem* ſeparatum, *excluſum* habuit. Tho. Bonny *Londinenſis in* Fiſtula *uſu Balneorum* prædictorum.

LXXX.

Novem annorem *Londinenſis* Alter in externa ſiniſtri Cruris parte *Fiſtula* laborans Solamen magnum invenit 2 *Octob.* 1688. *Londinenſis* alter *in* Fiſtula *uſu eorundem Balneorum.*

LXXXI.

De Effectis Thermarum Bathon.

LXXXI.

Pauper Claudus *post discessum Convaluit usu B.* Regis, Reginæ & Leprosorum.

Pauper quidam *pedibus captus* anno 1684, ad *Thermas* quà potuit, advenit; usus est Balneis *Regis*, *Reginæ* & *Leprosorum*, ad *plures* Septimanas; *absq*; *beneficio discessit*; vere insequente *Sanus* rediit; gratias egit; & *perfecte* Convaluit. Testis *Thomas Parker* Sellarius *Bathonienſis* 12 *Octob.* 1688.

LXXXII.

Edv. Wyke *Westmonasterienſis*, *in* flatu hypochondriaco & Colica; *potu Aquæ* Balnei Regis.

Edvardus Wyke Generosus, è parochia D. *Margaretæ* Westmonasterii *flatu hypochondriaco* & *Colica laborans* 23 die *Julii* Salutis humanæ reparatæ anno 1688, ad *Thermas* advenit; doloribus & imbecillitate *ita* premebatur ut *incurvato Corpore* incedere cogeretur; *febre* etiam continua inflammatus, & ingente *Site* vexatus Thermarum *Regiarum* aquam per *Antliam* derivatione, *pro Tolerantia*, plures dies hausit, mense *uno* elapso *ulterius* processit, & *diutina* constantiq; Aquarum *Thermalium* potatione morborum & Symptomatum prædictorum, *apud locum* remedium invenit. Ob hoc *beneficium* gratias egit Vir pius, publice in Ecclesia D. D. *Petri* & *Pauli*, DEO *Supremo* Morborum *Depulsori*, ac Medicorum *Archiatro*, & memoriam rei *gratus* petiit 22 *Sept.* 1688.

In hoc Generoso Notabile *Thermarum Aquam non Communi Secessus, Urinæve modo, sed per Sudores transisse; fuisseq; vice tantum unâ, aut alterâ, in Thermas immersum.*

LXXXIII.

Tho. Boniface *Londinenſis* Claudus; *usu Balneorum* Regis & Reginæ.

Thomas Boniface Londinensis, annos natus Quinquaginta circiter, *Paralysi*, & *artuum inferiorum imbecillitate* laborans, mense *Junio* cum grallis *Bathoniam* adivit;

vit; *Regis* & *Reginæ* Balneis *unius* menſis ſpatio uſus, *grallas dimiſit*, & ſine grallis quas *hic* ſuſpendit, *Lætus* diſceſſit, A. D. 1688. *Brevi* hic *poſtquam Balneo uti cæpit, ad ipſum Balneum indeq; retro ad Hoſpitium, abſq; ope, pedibus ambulavit.*

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

LXXXIV.

Edvardus Huddle de *Cheſham* in agro *Buckingha-mienſi* exeunte menſe *Auguſto* ad *Thermas* acceſſit; *univerſum Corpus Ulceribus ichoroſis ſcatebat*, & poſt impenſa magna & ingentes ſumptus in remedium, de-*ſperans* fere, tanquam ad *ſacram anchoram*, ad Ther-mas advenit, & *ſex* ſeptimanarum curriculo, Balneo *Regio*, & *Reginæ* uſus, potando etiam aquam in *Bal-neo* parcius, *ulcuſculis ſanatis*, Sanus diſceſſit, menſe *Septembri* 1688.

Edv. Huddle *Buckinghamien-ſis in* totius corporis ulce-ribus *uſu Bal-neorum* Regis & Reginæ.

LXXXV.

Anna Walker Herefordienſis anno 1682, ad *Batho-niam* iter plauſtro ſuſcepit, *artuum omnium motu abolito, adeò ut nec ſtare poterat, multo minus incedere, ſed puerulæ more, brachiis geſtaretur:* per totam æſtatem Thermis *Regiis* incaſſum uſa, *vere* ſuccedente rediit, & Solamen invenit; *autumno* autem inſequente iiſdem Thermis *iterum* uſa, *Convaluit.*

Anna Walker *Herefordienſis in* artuum om-nium motu abolito reſti-tuto *uſu Balnei* Regii tribus *Tempeſtatibus.*

LXXXVI.

Henricus Jones è *Batavia* ſine *brachii & manus dex-træ uſu* ad *Thermas* adveniens, & Thermis *Regiis* & *Reginæ* fretus, ad dies 14, eodem anno *Convaluit.*

Hen. Jones *in* brachii & manus dextræ defectu; *uſu* Regis & Re-inæ *Balneorum.*

LXXXVII.

Herefordienſis Quædam annos nata 40, & *tres* annos *Rheumatiſmo* laborans, adeo ut *toto tempore nec veſtire ſe*

Herefordienſis *quædam, uſu* eo-rundem *Balnea-orum, in* rheu-matiſmo.

De Effectu Thermarum Bathon.

ſe poterat, nec Sibimetipſi cibum ſubminiſtrare, manus etiam & pedes *tumefactos* habuit; anno 1683, ad *Bathoniam* ſe recepit, uſa eſt *Regis* & *Reginæ* Thermis ad *tres* Septimanas, & *Convaluit*. Finita *unica* ab adventu Septimana *veſtiebat* ſe, & *ſibi cibum præbuit*.

LXXXVIII.

Henricus Cutler *in* paralyſi univerſali, & Tremoribus involuntariis, *uſu Balneorum* eorundem.

Henricus Cutler de *Lampert* in Comitatu *Somerſet* faber ferrarius, *paralyſi univerſali*, & *Tremoribus*, Crurum præſertim, *involuntariis* diutius afflictus, *iiſdem* Thermis uſus eſt *eodem* anno *tres* menſes; *Sine beneficio aliquo inſigni diſceſſit*; octo autem Septimanis poſt abitum elapſis, *infirmis membris robur acceſſit*, & circa Feſtum D. *Michaelis* anni inſequentis, iter ad *Thermas* pedibus inſtituit, & in gratam rei agnitionem *Ductoribus* & *Sellariis* Omnibus *forcipes* in peto Sugendo utiles, *ſui Operis*, quos ſecum attulit, (& vidi) dono dedit.

LXXXIX.

Tabitha Tayler *in* poplitibus contractis, *uſu* eorundem *Balneorum*.

Tabitha Tayler, ex Hoſpitio *D. Thomæ* infrà Burgum dictum *Southwark* miſſa, anno 1684, ad *Bathoniam* acceſſit, *poplitibus ita contractis ut ſuper genua incederet cogeretur*, imo *manibus pedibuſq; greſſum promoveret*; in *Regis* & *Reginæ* Thermas *tres* menſes immerſa *ſtabat erecta*, & *ſine gralla*, aut *etiam baculo*, *Sana diſceſſit*.

XC.

Warwicenſis *juvenis*; *in* rheumatiſmo, *uſu Balneorum* prædictorum.

Warvicenſis quidam *Juvenis Univerſi corporis doloribus à Rheumatiſmo* vexatus anno 1684, Thermis *Regiis* & *Reginæ* uſus eſt ad *quatuor* menſes; Circa *Omnium Divorum* Feſtum doloribus *gravioribus* afflictus diſceſſit, *diu noctuq;* ita prementibus, ut Somnum & quietem fere *Omnem* abſtulerunt. Ad *Thermas* accedens

dens uſus eſt grallis; diſcedens, propter dolores Tener, illis uti non poterat. Idem vero circa Feſtum *Annuntiationis* inſequentis anni, *pedeſtri itinere Sanus rediit*, & ita remanſit. Hinc *Thermas validiores affectus pure Rheumaticos (Saltem pro tempore) exaſperare conſtat.* De *Effectu* Thermarum *Bathon.*

XCI.

Juvencula quædam *Dorothea Roſſington* prope *Londinum* exuviis laminoſis à *toto* corpore, *mane* pæſertim, in *lecto* decidentibus, quæ morbum dictum *Elephantiaſin* comitantur laborans, menſe *Julio* 1688. ad *Thermas* acceſſit, & in Thermas *Regias* & *Reginenſes* ſex tantum Septimanas immerſus domum *Sana* rediit, relicta ſolum circa digitos *prurigine*, quæ ad morbum præcedentem *nihil* attinuit. Dorothea Roſſington *in* Elephantiaſi; *uſu Balneorum* Regis & Reginæ.

XCII.

Gulielmus King de *Bromham* in Comitatu *Wiltonenſi*, intemperie *frigida*, & *Tremoribus continuis*, iſtis *febris intermittentis* haud diſſimilibus *diu* vexatus, & in *tanto* frigiditatis gradu poſitus, ut *Stragulis pluribus* ſuperimpoſitis calorem *vix* ſentiret, imo *inter duo lecta* interdum dormire conſuevit, ultimo die *Auguſti* A. D. 1688, ad *Bathoniam* advenit, & *Regis* & *Reginæ* Balneis ad dies 14 uſus, ab *Intemperie* & *Tremoribus* prædictis *Liber* evaſit. Abiit 13. *Sept.* 1688. Gul. King *in intemperie frigida, & tremoribus*; *uſu Balneorum prædictorum.*

XCIII.

Thomas Smart de *Bromham* in Comitatu *Wiltes*, Inteſtinorum Torminibus *ità graviter* afflictus, ut *erecto corpore nec incedere poterat, nec ſedere* (quietem enim non niſi ſuper *Inteſtini operis* Sellam *incurvato Corpore* Tho. Smart *in* Torminibus Inteſtinorum; *uſu* eorundem *Balneorum.*

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

pronus obtinuit) Septimanâ *unâ* ante Diem *Dominicam in Albis* ſive Feſtum *Pentecoſtes* 1688, ad *Thermas* ſe contulit, *Aquas* potavit, *Regis* & *Reginæ* Balneis uſus eſt, & *Convaluit*. De *hoc*, & *Decem* aliis præcedentibus Teſtatus fuit *Thomas Parker*, Sellarius *Bathonienſis* 13 die *Octobris*, A. D. 1688.

XCIV.

G. M. Arm. *in* doloribus veteribus; *uſu Balnei* Crucis.

G. M. Armiger in *doloribus veteribus* Balneum *Longum* proficuum invenit 20 *Auguſti* 1688.

XCV.

Generoſa Londinenſis *in affectione* Rheumatica, & Scorbuto; *uſu Balnei* Crucis.

Generoſa quædam *Londinenſis* affectione *Rheumatica*, & *Scorbuto* Laborans, menſis *unius* ſpatio Balneo *Crucis* eſt uſa, & ſe *adjutam* dixit 22 *Aug.* 1688.

XCVI.

Matrona Devonienſis *in* Rheumatiſmo *uſu* ejuſdem Balnei.

Matrona *Devonienſis* in *Rheumatiſmo inveterato*, uſu *Crucis* Balnei *beneficium* obtinuit 30 *Aug.* 1688.

XCVII.

R. Young *Prebendarius de* Windſore *in imbecillitate malleoli*; *uſu* ejuſdem *Balnei.*

Ricardus Young Prebendarius *Windeſorienſis* Thermarum *Crucis* uſu, & *Antliæ* ibidem ope, *imbecillis malleoli* confirmationem accepit menſe *Auguſto* 1688.

XCVIII.

Devonienſis *Miles in* Hepatis & veſicæ fellis *obſtructionibus*; *uſu* ejuſdem *Balnei.*

Militi Cuidam *Devonienſi* in *Hepatis*, & *Veſicæ felleæ* obſtructionibus, Aqua *Regalis* Balnei *Antliata*, ad dies 21 *pota*, profuit, 8 *Octob.* 1688.

XCIX.

Joſ Pleydall *Archi-D.* Ciceſtrenſis *uſu* ejuſdem *Balnei.*

Joſephus Pleydall Archidiaconus *Ciceſtrenſis*, in *affectibus Rheumaticis*, & ſtatu corporis *habitiore*, à

Cruciatarum

Cruciatarum Thermarum uſu *Beneficium* oblinuit, 4 *Oct.* 1688; *Ignotus* etiam ob *Beneficium* ad *Urinæ* ductus ſpectans in *potanda* Thermarum *aqua* acceptum *gratias* egit *publice* in Eccleſia D. D. *Petri* & *Pauli*, 14 *Octob.* 1688. *Archidiaconus* potavit aquas *mane*, & *veſperi* intravit Balneum.

De Effectu Thermarum Bathon.

Ignotus quidam potâ Thermarum Aquâ in Urina fæculenta.

C.

Ipſe Ego à longo itinere *Bathoniam* reverſus, & in *Dolorem Iſchiadicum* excruciantem valde *Statim* lapſus, *Regalis* Balnei uſu, *tribus* ſolum vicibus tentato, *Convalui*, 18 *Septemb.* 1675.

Autoris Beneficia à Thermis accepta in dolore Iſchiadico.

Quinetiam *Dextræ* manus carpus *caſu* debilis *Regalis* & *Reginenſis* Balnei uſu, & *Regalis* Balnei *Antliæ* ictubus Thermalis Aquæ decidentis *quingentis* percuſſus 14 die *Octob.* non ſine *DEI* Benedictione, *præſentaneam* opem ſenſit, & *robur* priſtinum *recuperavit*.

In dextri Carpi debilitate.

Addo, quod A. D. 1688, Calendis *Maii* apud *Durobrevem*, alias *Roffam*, *Cantii* Civitatem, & *Cathedralem* ædem ANGLIAE *vetuſtam*, in manus *dextræ*, & *dextri* Brachii uſum *abolitum*, dum rebus Navalibus in Claſſe Regia, Chatham intereſſem, à *Rheumatiſmo* incidens, Venæſectione & *Topicis* præmiſſis, uſum poſteà *Londini* recuperaverim; parti autem infirmæ *Crucis*, *Regis*, & *Reginæ* Balnea *robur* & *vires Bathoniæ* afflarunt; & *Regalis* Balnei *Antliæ* uſus, *manum* quâ hæc ſcribo, ad *ſanitatem* priſtinam eodem anno *reſtituit*.

In dextræ manus & Brachii imbecillitate.

Ob quæ, *aliaq*; *Beneficia* DEO *Vero*, *Archiatrorum Archiatro*, *Ægrotorum*, *Infirmorum*, *Claudicantium*, & *quibuſcunq*; *morbis laborantium Supremo Medico*, *Omnium*q; *qui in ejus ſinum Fidem*, & *Confidentiam ſuam Securi reponunt*, Conſervatori, & Vindici, *Laudes ſint* & *Gratiæ* in Sæculorum Sæcula.

Gratiarum actio pia Centuriam Claudens.

De Effectis Thermarum Bathon.

Centuria Secunda.

I.

D. Ric. Crumpe Eq; Aur. in Contusione usu Balnei Regis & Reginæ.

Dominus *Ricardus Crumpe* Eques Auratus & Aldermannus *Bristolienſis* doloribus *ægerrime* ferendis *miſere* afflictus, quos ex equo lapſus *olim* induxerat, quibus latus totum *lævum*, præſertim vero *Caput*, *Humerus*, & *Brachium*, valde contuſum; poſt *multorum* remediorum uſum *minus* efficacem, tandem ad Thermas *Bathonienſes*, ſpe remedii, ſe contulit A. D. 1676, ubi poſt *Regis* & *Reginæ* Balneorum uſum ad *tres* Septimanas; & *crebras* Antliationes, *parum* juvanimis *apud locum* invenit, ſed *biduo* ſolum *domi* elapſo, doloris *remiſſionem* ſenſit; qui poſt *tres* hebdomadas *omnino* evanuit, nec *rediit* unquam. Teſtimonium hoc exhibuit 2 die *Septembris* Anno ætæ Chriſtianæ 1689. *Bathoniæ*. Ità Teſtor

Ric. Crumpe.

II.

D. Ric. Vernon in Elephantiaſi uſu Balnei Regis & Reginæ.

Ricardus Vernon Georgii Rectoris de *Bourton* ſuper aquas in agro *Gloceſtrenſi* filius, annos natus 14, & *decem* annos mitiore *Elephantiaſis* ſpecie laborans, cum *maculis fuſcis*, & *ſquammis quibuſdam albis* cutim inſeſtantibus, *potavit* aquas Thermales ad dies *Septem*, dein *Reginenſi* Balneo & *Regio* uſus ad *tres* Septimanas, *omnino Convaluit*. Sumpſit etiam *Electuarii* ſanguinem depurantis *Moſchatæ nucis* quantitatem *mane* & *ſerò* ſuperbibendo *Thermalis* aquæ hauſtum minorem tam in *Balneo* quam in lecto. Teſtimonium exhibuerunt *Pater* & *Filius* 6 die *Junii* A. D. 1689. Addidit *Pater morbum circa hanc anni tempeſtatem quotannis recruduiſſe*; & inſequente *hyeme*, his

non

non obſtantibus *recruduiſſe* audivi, ideoq; ad ſanationis perfectionem *longiorem* apud *Thermas* moram requirit. Poſt *Octo* Hebdomadarum ſpatium *apud Thermas*, *ſanus* diſceſſit 19 *Junii* 1690. De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

III.

Henricus Clempſon de *Everſholt* in Comitatu *Bedfordiæ* Calcearius ad *Bathoniam* advenit die *Lunæ* poſt dominicam in *Albis* A. D. 1687, uſus eſt *tres* menſes Balneo *Calido* dicto, & interdum *Leproſorum*; & anno *proximè* ſuccedente tantum Balneo *Calido* ad *duos* menſes; annoq; domini 1689, *Maii* die 29, gratias egit DEO Thermarum ope à *Lepra alba ſicca cum multis Squammis*, quam *Elephantiaſim* vocamus *Confirmatam*, Sanum facienti, quæ *Sex* annorum ſpatio illum *miſerè* afflixerat. Hoc teſtatus eſt 8 *Julii* 1689. reverſurus *domum*. H. Clempſon *in* Elephantiaſi Confirmata *uſu B.* Calidi, & Leproſorum; *per aliquot temporis ſpatium*, tribus *annis* proxime *ſequentibus*.

IV.

Franciſcus Heckington de North Allerton in Comitatu *Eboracenſi*, annos 31 natus, 10 *Junii* anno Domini 1689, *Bathoniam* inviſit; laboravit *ingenti Tumore Albo* in *genu ſiniſtro à ſex menſibus* elapſis, uſus eſt Balneo *Calido*, & *Antlia* ejuſdem ad *quinq;* dies, & *convaluit* Dimiſſo autem *Tumore*, ſed manente *imbecillitate* à Balnei uſu *Confirmationem* expectat. Teſtimonium exhibuit 20 die *Junii*, A. D. 1689. Notandum, *Tumorem hunc* flatulentum *potius*, *quam* pituitoſum *fuiſſe*. Fr. Heckington *in* Tumore genu flatuoſo, *uſu B.* Calidi.

V.

Jacobus Ellesby vir Doctus & Pius *Vicarius* de *Chiſwick* ſuper *Thameſin*, in *laxo fibrarum tono*, *Ventriculi*, & *Inteſtinorum* imbecillitate, *Macie corporis*, & *magno* Ja. Ellesby *A. M. in* laxo fibrarum tono *&c.* Aquâ potâ *Balnei* Regalis.

De Effectis Thermarum Bathon.

no virium languore ex *aquis potis* Thermalibus *Bathoniæ multum* commodi percepit, & gratias egit *publicè* in Eccleſia Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ibidem menſe *Maio* A. D. 1690. *Autumno* ejuſdem anni potavit aquas *Secundò*, & ſanitatem *partam* Confirmavit. *Sanum* vidi *Londini* 12. *Nov.* 1690.

VI.

Jac. Haſtings *Bathonienſis in* Paralyſi univerſali *uſu Balneorum* Regis & Reginæ *ad* plures *menſes* & Brumali *etiam* Tempore

Ego *Jacobus Haſtings* ad Inſigne Rotæ *S. Catharinæ* infra Civitatem *Bathon* in Comitatu *Somerſetenſi* Teſtimonium exhibeo, quod Annis 1688, & 89, *Paralyſi univerſali*, & *ſumma imbecillitate* laborans, quæ 25 ſeptimanarum ſpatio me *Lecto* affixerant, uſu Balneorum *Regis* & *Reginæ* ad *plures* menſes, *apud locum* ſanatus fueram. *Thermis* etiam uſus fui prout opportuna ſe dederunt tempora, haud ſine commodo, *Brumali tempeſtate*. Hæc *manu* meâ *ſubſcriptâ* confirmata dedi 9 die *Julii* A. D. 1690.

Jac. Haſtings.

VII.

Fr. Molineux *Warvicenſis in* manus & Brachii *motu* abolito *eorundem Balneorum uſu.*

Dominus *Franciſcus Molineux* de *Stratford* ſuper *Avon* in agro *Warvicenſi* annos natus 45. Feſto *D. Joannis Baptiſtæ* A. D. 1690, *Bathoniam* inviſit, *cum ſiniſtræ manus & Brachii motu abolito* menſes *ſex*, uſu Balneorum *Regis* & *Reginæ* ſpatio *trium* Septimanarum motum & ſenſum *apud locum* omnino *recuperavit*. Lætè Subſcripſit Senex lepidus 14 die *Julii* 1690.

F. M.

VIII.

De *Effectis* Thermarum *Bathon.*

VIII.

Ego *Robertus Sheyler* in **Coffee-Polio** ſub Inſigne Capitis *Turcæ* infra *Civitatem Bathon* Teſtor me *dolore Iſchiadico* laborantem *Regalis* Balnei uſu *tribus* ſolum vicibus *perfecte* convaluiſſe. *Nomen* meum Subſcripſi in *veritatis* Teſtimonium 6 *Aug.* 1690.

Rob. Sheyler *Bathonienſis in* Dolore Iſchiadico, *uſu Balnei* Regis.

Robertus Sheyler.

IX.

Generoſa quædam ob Beneficium *Thermarum* uſu præſtitum DEO *Sanationum fonti*, gratias egit *publice* in Eccleſia *Apoſtolorum* Petri & Pauli *Bathoniæ* 6 die *Auguſti* 1690.

Generoſa *ob beneficium a* Thermarum *uſu.*

X.

Domina *Wogan* Londinenſis *Clauda* artuum inferiorum uſum recuperavit *domi* A. D. 1689, *Regis* & *Reginæ* Balneis aſſuevit, & *apud locum* beneficium *haud* percepit. Teſtata eſt *Londini* 4, *Novemb.* 1690.

D. Wogan *Londinenſis* Clauda; *uſum* Regis & Reginæ *Balnei.*

XI.

Gulielmus Dixie Generoſus, Domini *Beaumont* **Dixie** de **Market-Boſworth** in Comitatu *Leiceſtrenſi* Baronetti, filius, Rheumatiſmo *quinq;* menſium ſpatio miſerrime afflictus, & ad iſtum infirmitatis gradum redactus ut anno ætatis ſuæ 22, *ſine grallis* incedere non poterat, poſt *varia* remedia à *Medicis Celeberrimis Londini* incaſſum exhibita, ad *Bathoniam*, quaſi Deploratus, *mœſtus* acceſſit 23 *Auguſti* 1690; ubi poſt *Crucis* Balnei uſum ad menſes *duos*, & ſub *Antliæ* embrochationem ad vices 24, *apud locum* ſine ope ambulavit, & *perfecte Convaluit*; Ob quod gratias egit

G. Dixie *Generoſi in* Rheumatiſmo *uſu Balnei* Crucis.

De Effectu Thermarum Bathon.

egit DEO in Ecclesia *maxima* apud *Bathonienses* 19 die *Octob.* 1690, qui *gratiarum-actioni* publicæ destinatus erat per Totum ANGLIÆ Regnum.

Hæc ab *ipsius* ore habui 21 die *Octobris*, quando, *eâdem rhedâ* vectus, ad *Augustam* ANGLORUM *Metropolim*, hoc anno, *Secum* unà advenissem.

CAP.

CAP. XVI.

De Nocumentis *Thermarum*; *ſive*, Noxis *a Temerario* Thermarum *uſu provenientibus.*

Capitis Summarium.

Affectuum Natura *in quibus* Thermæ *non Conveniunt. Cl.* Mapletii *Obſervatio.* Thermarum *vires* peculiares, *& Officium* proprium. *Morbi in quibus* Thermarum *uſus* minus *convenit. Singulorum* Natura, ætiologia, & ratio *Noxæ, Uſus in* Paraſyſi Tremula. Autoris *Epiſtolæ pars ad D.* Joannem Wedderbourne, *Equitem Auratum, de* Scoto-Britanno *Nobili, in* Convulſione. *Sani à* Thermarum *uſu* minus *commodo evaſerunt* Claudi. Rheumatiſmo *laborans*, declinante *morbo corroboratus* hyeme. Paſſio Hyſtericæ Simillima *in* Viris *obſervata. Cl.* Mapletii *Virginis* Nobilis *paſſione* Hyſterica *laborantis Hiſteria.* Nobiliſſimæ Virginis *eodem morbo Correptæ Hiſtoria* Autoris. *Cl.* Williſii *pars Epiſtolæ ad* Autorem, *de eadem Virgine. Illuſtris Matronæ* Cambro-Britannæ lethalis *Noxa* Bathoniæ, *in* Motibus Convulſivis & Hyſtericis. *De* Tabe Anglica, & Nephritide, *quædam. Externorum morborum* Thermarum *ope ægrè Sanatorum* Inſtantiæ. *Quædam è* Mapletio. Antliæ *uſus, & præcipuè in* Capitis Embrochationibus, *caute adhibendus. Ex* Malâ *ejuſdem* adminiſtratione, *Noxæ. De* Thermarum *uſu in* Lue Venereâ.

HUC uſq; de *Beneficiis* quæ à *Thermarum* uſu *Externo, internoq;* expectari debent diſſeruimus quùm vero de *Thermis Bathonicis juſtum Tractatum* ſcribere

De Nocumentis Thermarum *Bathon.*

creveram, hic de Thermarum *Nocumentis* quædam ſubnectam.

Affectuum natura *in quibus Thermæ* non *conveniunt.*

Et quidem *affectus iſti quorum Cauſa Morbifica, in Humorum tenuitate, ferocia, aut motu inordinato conſiſtit, parum adjumenti à Thermarum uſu recipiunt.* Quum enim *Thermalis* Calor humores Corporis *fermentationis* ope, ignis *inſtar* culinaris, *fuſiles* reddat, quod *Tenue* eſt, *ferox*, aut *indebito* quodam *motu* præditum, Commotum, & in *Turgeſcentiam* actum, non prius per cutis *poros* eliminatur, quam *motu* effero, & *minus* ordinato præcipitatum, in Corporis partibus tam *internis*, quam *externis*, tragædias excitaverit. *Simile* obſervavit pridem *Clariſſimus* Mapletius: *Agitati* inquit, *Thermarum Calore, acres, ſalſiq; ſucci, nova fermentatione bullient, novam rabiem induent, novamq; Carnificinam (experientiâ quippe jam teſte nitimur) inteſtinorum Tunicis affigent*, &c. Eodem etiam referendum videtur quod Thermæ *catamenia ante præſtitutum tempus, non rarò provocent.* Fermento ſiquidem *Uterino*, (de quo poſteà in *paſſione hyſtericâ* plura) *Thermarum* fermento ſuperinducto, fermentorum *vis Unita fortior* evadit; Idem *Autor*, in Hiſtoria Patientis *ejuſdem* Dominæ; *Suppetias attulit, opinor, purgatio muliebris, eaq; Satis ordinata, niſi quod uſitata periodo paulo Citius, ipſam accelerarat accommodatus iſtos ad uſus Thermarum Calor.*

Reſp. ad Epiſt. D. Alexand. Fraſer, *in gratiam D.* Fairfax.

Ibid.

Thermarum Officium proprium.

Officium autem Thermarum *proprium* eſt, *Spiritus languidos* erigere, & fovere, pro laxato fibrarum tono, firmitatem *partibus reſtituere, & membris infirmis, ac imbecillibus robur priſtinum Conciliare.* At vero affectiones iſtæ, quæ *fermentum* quoddam in ſe comprehendunt, *hoc* fermento, ut dictum, addito exaſperatæ, *ferociores* evadunt, adèo ut humores turgidi, calore hoc *naturali* fuſi, *Cerebrum, nervoſas partes,*

tes, & *articulos*, hoc modo *vehementius* invadunt, unde *paroxyſmus* exoritur, ideoq; *morbis* iſtiuſmodi, aut *Symptomatibus* afflicti, in *Thermarum* uſu *Cautiores* eſſe debent. De Nocumento Thermarum Bathon.

Hujus generis inter morbos *internos*, ſunt *præcipue Sex*, *Convulſio*; *Morbus Articularis* (& qui eodem ſpectat *Rheumatiſmus*) *Affectio Hypochondriaca*; *paſſio Hyſterica*; *Tabes Anglica*; & *Nephritis*; de quibus *Omnibus* pauca ſubjungam. Morbi *in quibus Thermæ* minus *conveniunt* Sex.

Jam vero, cùm *Convulſio* acriori materiæ in *Nervoſo* genere hoſpitanti *originem* ſuam immediate debeat, à Calore *Thermarum* majori *minùs* tempeſtive, & *inordinate* uſurpato, levamen expectandum *non* eſt. Eodem itaq; modo, ac *major*, & *intemperantior* Caloris gradus materiam *acrem*, ac *Vellicantem* provocat, & irritat, *mitior* gradus, & *Tempeſtive* uſurpatus, *diſſipat*, mitigatq; Quemadmodum in Domino *Cockburno* Barone *Scoto-Britanno* evenit, qui *motibus Convulſivis* diutius vexatus, & medicorum Celeberrimorum *Scotò-Britannorum* D. *Joannis Wedderbourne*, Equitis Aurati, D. *Roberti Cuningham* Eq; Aur. & D. D. *Young* Conſiliis, ad *Thermas Anglicanas* amandatus, *immoderato*, & intempeſtivo nimis Thermarum *Regiarum* uſu, in *priſtini* morbi paroxyſmum incidit; *moderato* vero poſtea in eaſdem *Thermas* immerſione à paroxyſmis apud *Bathoniam* liber evaſit. De hoc Illuſtri Adoleſcente, in *Conſilio Epiſtolico*, ad Virum longe Clariſſimum, D. *Jo. Wedderbourne*, Equitem *Auratum*, & M. D. *Edinburgi* ſcripſi *Bathoniâ* 13 die *Julii* Anno Domini 1668, in hæc verba: *Morbi qui Adoleſcentem Egregium diù, & immaniter vexavit Hiſtoriam, accuratiſſimè delineatam, vidi, Medicorum Clariſſime! Eques Celeberrime, quumq; ad morbum decollandum multiplici remediorum apparatu medici doctiſſimi D. D. D. D. Cuninghamius, & Young, Tecum ſociis operis uſi fuiſſent, &c.* Convulſio.

De Nocumentis Thermarum Bathon.

Et Sane quùm iſtius morbi cauſa continens, quæcunq; ſit intra genus nervoſum contineri, extra omnem controverſiæ aleam poni videatur, quod Crebris, & haud ita facile æquiparandis contractionibus, non potuit non imbecillius reddi, unde Convulſio non raro in Paralyſin degenerat; ad Nervos corroborandos, & materiæ morbificæ reliquias diſcutiendas Thermarum Regiarum Temperatarum uſum, ſive Balnei Regis partis ab erumpentibus ſcatebris remotioris, moderatum conſului, &c. His peractis quamdiu moratus eſt *Bathoniæ*, à paroxyſmo *convulſivo* Baro noſter manſit *immunis*, poſtquam ex *intempeſtivo* uſu, & *immoderato*, etiam in ipſo *Balneo*, tantum non *Lethalem* contraxerat; quod *Literis* ad Cl. *Williſium* teſtatum dedi, qui *Adoleſcenti* Prænobili in Mandatis dederat, ut à *Thermis Calidiſſimas* abſtineret, priuſquam Curæ Noſtra Patiens *Nobilis* ſe Commiſit, qui tempore *haud ita longo* poſt *Convulſus* obiit. *Generoſus* etiam poſt Vinorum tenuiorum *Serotinum* potum *Regalis* Balnei ſcatebras *Calidiſſimas* mane inconſulto adiens, & in Balneo ſolito *diutius* manens, poſt egreſſum è *Thermis*, antequam lectum recuperavit, partibus omnibus *contractus*, & mire *convulſus*, opem Noſtram imploravit 11 die *Septembris* 1690. & *Sanus* evaſit.

Vid. plura in Epiſt. Medicin.

His adjungenda foret Hiſtoria Virginis *quondam* Prænobilis, Honoratiſſimorum Parentum ſpei Unicæ, *Illuſtriſſimi Comitis Wiltonienſis* poſtea Uxoris, quam motibus *Convulſivis* vexatam, quum *Thermas*, & *Aquarum potationem* cum periculo vitæ ſolum *tentaverat*, ab affectu Soporoſo Caroticove, *Lethargo* ſimillimo *lethali* ferme, conſiliis meis ſecundante DEO, recuperaveram. Verum quum Symptomata, ad *paſſionem* dictam *Hyſtericam* proprie ſpectent, de eadem *inferius* ſuo loco diſſeram.

Notandum

Notandum interim hoc in loco *Paralyſin* interdum *Convulſioni* adjunctam affectum iſtum Conſtituere, quem *Paralyſin Tremulam* vocitare ſolemus, in quo *Convulſivi* motus leves *perpetui* exiſtunt. In hoc affectu *complicato* diſtinguendum quinam affectus *alteri* prævaleat. Si *Convulſio*, Thermæ *minùs* conveniunt; ſi *Paralyſis*, utiliores evadent. Expectandum etiam an *Convulſio* tranſire, aut mutari poſſit in *Veram Paralyſin*, quæ in *puerili* & *juvenili* etiam ætate Sanationem à *Thermarum* uſu *non raro* admittit, ut & *Tremula Paralyſis interdum*, quemadmodum Capite 15. N. 26. videre licet. De *Nocumento* Thermarum *Bathon.* *Uſus in Paralyſi Tremula.*

In *Podagrâ*, (& *Affectu Rheumatico*) ingruente paroxyſmo, à *Thermis* abſtinendum Communi *omnium* Incolarum ore ſancitum eſt, *declinante* vero, aut *finito*, ad roborandos articulos *Thermæ* conducunt. Quum enim humores in paroxyſmo *in fluore* ſint, & *Thermarum* calor fluxum *promoveat*, inchoato jam, aut *appropinquante* paroxyſmo, à *Thermis* temperare prudentiſſimum eſt. Poſtea vero articulos *imbecilles* redditos, vi ſolita fotoria, *Thermæ* corroborant, & calore etiam *blando* fomenti more *majoris*, humorum reliquas diſſipando diſcutiunt. Vide quæ ex *Avicennâ* notavit *Bauhinus* in fine Capitis de *Lue Venerea*. Quam autem *periculoſæ* aleæ plena res ſit *humoribus in corpore ſcatentibus, ſine debita humorum evacuatione prævia, in Thermas immergi*, inde ſatis conſtat, quod *plures* noverim, qui *Thermas* ingredientes, *Cæterâ* ſani, in *artuum omnium motum abolitum* ex improviſo inciderunt, de quibus in *Hiſtoriis*, quæ *ſuperius* traduntur, *plures* occurrunt, & in Sclopetarum Fabro *Regio* & Devonienſi eminenter apparet. Novi autem Podagricum *Bathonienſem* qui *Tumore*, *Inflammatione*, & *dolore excruciante* admodum vexatus, *Reginenſis* Balnei *Morbus* Articularis. *D.* Ric. Gibbes.

De *Nocumentis* Thermarum *Bathon.*

Balnei parti *magis* Temperatæ, vulgo **The Parlour**, ſævientibus Cruciatibus, & remediis aliis *incaſſum* tentatis, ſe *ultro* commiſit, & à prædictis ſymptomatis excruciantibus *liber* evaſit. Ex ipſius *ore* hæc habui 21. *Aug.* 1688. *Hæmorrhoidum* etiam intumeſcentium *dolorem*, ſimili modo ac *Thermæ* ipſæ in *Podagra* ſedare Capite 10. retulimus.

Notandum quoq; Doctiſſimum Virum *Gulielmum Turnerum* M. D. ſcripſiſſe ſe *Thermarum* uſum in *Articulari morbo* mirum *inveniſſe*; quod ut *aliorum*, ita *Mileſii* cujuſdam *Hiſtrionis* exemplo confirmatum dedit, ut *ſupra*, cap. 10. verſus finem dictum fuit. Inter *Hiſtorias* etiam memoratas *ſuprà*, *Ricardi Pepys* Mercatoris *Londinenſis* Experientia, & *Teſtimonium*, quod manu Senis optimi Signatum habui, *idem* confirmat, & de articulorum *corroboratione* extra paroxyſmum, aut *finiente* illo Thermarum *Temperatarum* ope intelligendum eſt Et quidem quum *finito*, aut *finiente* ſaltem paroxyſmo *Mitiores* Thermæ in hoc morbo videantur *magis* proficuæ, *Podagricos* aut affectionibus *Rheumaticis* laborantes ante Paroxyſmi *declinationem* Thermis committere, *Nobis quidem eſt Religio*, unde hodie, 30. viz. *Novembris* Anno Domini 1685. D. *Arthurus Sherſton* Senior Bathonienſis Incola, *rheumatiſmo*, & *doloribus arthriticis* miſerè afflictus, & conſiliis meis, ab iiſdem *magnam partem* liberatus, ad dolores *mitigandos*, & humorum *reliquias diſcutiendas* Thermarum *Reginenſium* vires, *Brumali Tempeſtate*, me jubente, experturus eſt, quæ, poſt aptorum remediorum *alterius* generis uſum, laſſatis Membris *indolentiam* magnam, & *robur* inſigne, *afflatu* quodam, communicarunt. *Idem* anno 1688, quo hæc ſcribo ab illo tempore à prædicto affectu ſe *Sanum* agnoſcit.

Vid. Cap. 15. N. 52.

De

De *Flatu* vero *Hypochondriaco* impræſentiarum nihil aliud dico, quam quum *fermenti in Ventriculo vitium*, inter morbi hujus cauſas *primarias*; Nobis ſaltem videatur *præcipua*, unde Cruda *nimis*, & flatulenta materia *Sanguini* communicatur, & *Lien* forſan humoribus *Tartareis primo* obſtruentibus, *tandem ſchirroſis* poſtea abundet, corpore ipſo *utri* liquore *nondum* debite fermentato pleno, reddito *ſimillimo*, abs aquarum *harum* Thermalium fermento, *externe* communicato, morbum hunc *ſæviorem* exiſtere, mirum non eſt. Ita fermentum *pani*, & *Cereviſiæ*, eâ qua par eſt, *quantitate* additum, meliorem *utriq;* ſtatum conciliat; mole vero *plus juſtâ* commiſtum, in morbum *utriuſq;* & ægritudinem evadit. Novi autem *Hypochondriacum*, qui in *fibrarum Ventriculi* & *Inteſtinorum imbecillitate*, & *tono à flatuum diſtentione* & *hypercatharſi*, injuria affecto, ab *externo* Thermarum *uſu* levamen magnum accepit. Vid. Cap. 15. N. 75. De uſu *interno* ſuo loco dictum; jam vero, quum *eodem* ſpectant, ad *Germanum* fratrem *Affectionem Hyſtericam*, unde quid de *Flatu* etiam ſentiri debeat, intelligendum ſit, defendo.

De *Nocumentis* Thermarum *Bathon.*

Flatus Hypochondriacus.

Paſſio hæc *Hyſterica* dicta, *Fermento* cuidam *Uterino* vitiato, aut *abundanti* nimium, æque ac *alteri* in *Ventriculo* erranti Stomachico, *Flatus* dictus *Hypochondriacus* ortum ſuum, &] originem debere videntur; unde *fæmineo* generi non ſolùm tribuitur, ſed melliori etiam *utriuſq;* Sexus indoli communis eſſe ſolet. Quum enim Fermentum *Uterino* ſimile, aut in *Ventriculo*, aut in *aliis* quibuſcunq; cavitatibus natum, in *Viris* etiam latens, ſeſe exerit & è *potentia* ſua in *actum* producitur, affectionem *Conſimilem* creat, ut *Williſius* pridem obſervavit ab *hyſterica paſſione*, (in *viris* præſertim *delicatulis fæmineo* temperamento, *ruſiſq;*

Hyſterica paſſio.

De Nocumentis Thermarum Bathon.

ruſiſq; capillis, præditis) haud *multum* diverſam, ut in D. *Chriſtophoro Norton* Eboracenſi Armigero, olim me notaſſe meminerim, qui *Thermarum* vires *ſæpius* expertus, *parum* Juvaminis inde recepit ſed Paroxyſmorum ab *Hyſtericis* nihil abludentium recurſu, & ferociâ, *diutius* affligebatur. Balnei ſiquidem, ſive *Thermarum*, fermentum *innatum*, illud intra corpus ita exacerbavit, ut Leonem nictitantem *prius* expergefecerit, & malum unum *alteri* accumulatum dederit. *Balnei* etiam *calor* humores peccantes, & fermentum *uterinum* eodem *fere* modo, ac *rheda*, agitare ſolet, cujuſmodi vectionis motum Symptomata *Hyſterica*, tam inducere, quum intendere *ſtatim* apparebit. Ita Cereviſia *nondum* fermentata lagenis incluſa, & cum fæcibus agitata, *majorem* flatum, & diſtentionem producit. Quid autem de hac re ſenſerit Vir Doctiſſimus, *Joannes Maplet*, cujus Medici Clariſſimi Epiſtolas *Medicinales* publici juris facio, cujuſq; ſcripta *plura* Latina *Proſaica* & *Metrica*, *Hiſtorica*, *Philologica*, & *Medica*, Lucinam faventem expectantia, *penes me ſunt*, ex hac *ejuſdem* hiſtoria, *ſuo* more, id eſt, *accuratiſſime* delineata, quam è MSS. ejus γράμματος loco, huc tranſcripſi, videre licet. *Hiſtoria* autem manu ſua *nitidiſſima* exarata ſic ſe habet :

Cl. Mapetii *ſcripta* αγέκδοτα.

"Virgo Nobilis, *Anna Lee*, hyſtericè affecta,
"quum amicorum in gratiam, multorum dierum
"iter ad *Aquas Calidas* in eadem cum ipſis *rheda* ſuſ-
"ciperet, longe gravius inter tranſeundum, quam
"pro conſuetudine, ab *utero* laboravit; *Iſtiuſmodi*
"*vectionis motu*, *ſymptomata omnia præter opinionem*
"*intendente* Confecto itinere nihilo melius ſe ha-
"buit, adeo ut paroxyſmos depellere, *majorem* in
"ferociam concitatos, & *Crebrius* recurrentes, imo

&

"& *diutius* inſtantes, opus arduum invenirem, exe- De *Nocumentis* Thermarum *Bathon.*
"unte menſe *Auguſto* 1665. accerſitus. Neq;
"enim Communis cum *aliis* fuit horum Typus,
"quippe præter ventrem turgidum, ſuaq; auctum
"mole, ſubitaneæ motiones ſolebant *lacertos* concu-
"tere, *manuſq;* expanſas uno quaſi momento *con-*
"*trahere* & rurſum *laxatas* oculi nictu comprime-
"re; ut jactatione *convulſiva* partes iſtas fuiſſe
"*tortas* & *correptas* meritò fuerit cenſendum.

"*Genus* proinde *Nervoſum*, cum *Utero*, quoties
"iſte afficitur, in *conſenſum* trahi, ratum habui;
"quum præterea *oculorum* & *oris* Torturam in pa-
"roxyſmis *hyſtericis* irritatam, non ſemel ante
"vidiſſem: qui ſane paroxyſmi, *an motus non ſint*
"*verè convulſivi*, videtur diſquiſitione dignum.
"In hac autem ægra *libertas anhelitus* parum fuit
"reſtricta, ita ut *Tuſſiculam* æmularetur, ſed *Caput*
"mali immune ſemper, & quoad officia ſua ſin-
"gula *integrum* permanſit. In curatione *nihil* e-
"rat prætermiſſum, quod à *vulgari* ſuggeritur
"*praxi*; neq; *Catharſis*, neq; *Phebotomia*, nihil quod
"eſſet *admovendum*, nihil quod *ſumendum*, ſpeci-
"ficis quoq; ad opem conquiſitis. At ita *parum*
"promovimus, verum hac præparatione quaſi mu-
"nita *aptior* videbatur quæ *Thermis* inſideret. Sed
"quid ni *Thermæ* conducerent? *Novi equidem*
"*Paſſionibus Hyſtericis multo gravius hac Virgine*
"*afflictas*, *tametſi* alia *quædam forma correptas*,
"*quæ ex artis cautela*, *in Thermas immerſæ*, *aſci-*
"*verunt inde Sibi mirum levamen*, & *ſi minus*
"*primo anno*, *ſecundo tamen ad eas acceſſu*, *libe-*
"*ratæ abierint*, & *tales perſtiterint*. Noſtræ tan-
"dem huic ægræ ut *Thermas* experiretur *Autor*
"fui, ac de his quæ ſorte contingerent præmo-

De Nocumentis Thermarum Balneon.

" nui, *fore*, ſcilicet, ut *provocaretur paroxyſmus*, " cum in *Aquis* incaleſceret. Quod factum com- " perit, idq; etiam ſecunda vice, metu paſſionem " *Hyſtericam* æque ac ipſæ *Thermæ* accelerante. " Ideoq; perterrita, à *Balneatione* abſtinuit neq; " *Thermarum* vires poſteà exploravit. Atqui ta- " men ad diligentem in eas ingreſſum *ægram* ipſe " hortatus fuiſſem, niſi ita diſpoſitam conſuiſſem " quæ facile in *Hecticam* delaberetur. Hinc *Paſſio- nem* dictam *hyſtericam*, à *Thermis* provocari pla- ne conſtat; ea autem fuit Doctiſſimi *Mapletii* in Thermas benevolentia, ut illam judicii ſui acerrimi acutiſſimam aciem *hebetare* fere ſiverit.

Hoc autem de Thermis *Temperatis* Intelligen- dum. Nam de Thermis *Calidioribus* in Epiſtola alterâ ad Eruditiſſimum virum D. *Gualterum Needham* ſcripta: *In affectibus Convulſoriis & Hyſtericis à Balneis ferventioribus ſemper timui utpote quæ ſive vaporibus, ſive particulis ſpaſmodicis, irritamentum quoddam ſubminiſtraſſe ſemper obſer- vavi.* Et de prænobili Domina *Noel* eodem modo affecta, *ibidem* ita ſcribit: *Placuit deniq; Nobi- liſſimæ Dominæ Thermas Crueis cum* Regiis *permu- tare, me quoad vicem unicam permittente, non autem ſuadente, vel Conſulente; ſed multa ægritudine, & pluribus paroxyſmis illud Dominæ Experimentum ſte- tit.* Idem etiam *alibi* in *Epiſtolis* paſſim tradit, & in Nobili Dbmina *Twiſden* inſigniter apparuit, de qua vide *Obſervationes* Mapletii.

Clariſſimi hujus *Viri* Hiſtoriæ *alteram* adjungo, *Virginis* nimirum *Nobiliſſimæ*, in Convulſione *ſuperius* memoratæ, quæ ſic ſe habet. Domina *Marga- reta Coventry*, Illuſtriſſimi Herois, *Gulielmi* Baronis proles unica, Convulſionibus *Hyſtericis*, *Cerebri* etiam,

etiam, & *Nervoſi generis* affectibus ſpaſmodicis obnoxia, Cl. *Williſii* hortatu, anno 1674. ad *Thermas* acceſſit; pota autem *Crucis* Balnei aquæ tantum libra *una ſemis*, & eaſdem Thermas Temperatas *vix* ingreſſa, affectus *Convulſivi* priſtini redeuntes, inſtarunt adeo, ut tandem in affectum *Soporoſum* deſinerent, *Lethargo* ſimillimum. Juſſu *matris* amantiſſimæ, fœminarum optimæ, ad Cl. *Williſium* ſcripſi, ut de ejuſdem mente, mater mente pendula certior fiat, ad quam, ab *Humaniſſimo* illo Viro, mei amantiſſimo, ita fuit reſponſum: De Monumentis Thermarum Bathon.

"Doleo, *Vir Clariſſime*, infelicem Succeſſum quem "lectiſſima Domina M. C. nuper à *Balneatione*, & "potu aquarum Thermalium *vix* libatarum repe- "rit. Fuit illa jampridem *Cerebri* & *Nervoſi* ge- "neris affectibus obnoxia. Nam ſolebat interdum "*vertigine*, & levi ἀναισθησία corripi, cui *Stupores* in "artubus, & *ſpaſmi* leviores ſuccedebant, *&c.* "verum *infortunio* accidit, dum morbos *minores* "ſubigere nitebamur, Leonem *prius* dormientem "expergefieri. Vix enim tentare *Thermarum* uſum "cæperat, quin Sanguis & humores *commoti*, & in "turgeſcentiam acti, *Cerebrum* prius imbecillum "peterent, adeoq; Tenellulæ iſti noxam exitialem "minitarent. *Sed Deo Optimo gratias, qui Veſtram* "*in uſu Remediorum operam ita Secundavit, ut No-* "*biliſſima Patiens ab ipſis Orci faucibus recupera-* "*retur*, &c. Valde metuo Balneationem *denuo* "repetendam, ne cum *majori* impetu, idem malum "redeat; nec minus *Hydropotia*, *Probatum in Dia.* "*bete remedium*, hic ſuſpecta videtur; quippe ve- "rendum eſt, ne *Lympha* in Vaſa traducta, cum "à *Sanguine* imbecilli Subigi nequeat, rurſus *Cere* "*brum* petat, & vitioſos humores ſecum trahens,

De Nocumentis Thermarum Bathon.

" priorem crearet *Lethargi* tragædiam, &c. Vid. Epp. Medicinales. *A Balneatione*, & Aquarum etiam Thermalium *potu* ægrota Præn-obilis *omnino* abſtinuit, & remediis intermis externiſq; ex præſcripto noſtro debite paratis, ſalutem *priſtinam* Nobiliſſima Patiens, benedicente Deo, feliciſſimè recuperavit. Demum vero Illuſtriſſimo Domino *Wiltoniæ* Comiti feliciter nupta, nuperis annis, ut audio, magno amicorum luctu, vitam morte commutavit.

Thomæ Mathew *de* Caſtlemeniſſe.

Secus autem ac Prænobili *huic* ægræ accidit Illuſtri fœminæ, Fortiſſimi & Ingenioſi in *Glamorganenſi* comitatu, apud *Cambro-Britannos* Auſtraliores Armigeri Uxori, quæ motibus *Convulſivis*, & *Hyſtericis* tentata, & quoad Balneationem, & Thermalium etiam, *aliarumq;* aquarum potationem, à quibus non dico, *male* Tractata, *apud locum* ipſum Circa annum 1672. *intempeſtive* nimis obiit, poſtquam Clariſſimi Viri *Joannis Maplet*, & *meis* etiam conſiliis olim uſa, ſanitati priſtinæ Thermis *non* Juvantibus reſtituta fuiſſet.

Notandum vero, tametſi Thermarum *magis* ferventium calor *primo* ingreſſu paroxyſmos hyſtericos *excitare* ſoleat, *diuturno* tamen *eorundem* Thermarum *uſu* paroxyſmos iſtos interdum *miteſcere*, & tandem *deſinere*. Inſtantia *non* vulgaris habetur in Nobili Virgine Domina *Wyld*, de quâ *Mapletius* in Epiſtola ad D. D. *Fraſer*, de eadem. *Hinc igitur mutandi Thermas & pro Crucialis* Reginales, & Regias; *pro mitiſſimis* calentiores *ſubſtituendi Dominæ* Autor *fui*: *quanquam Calidiſſimas ſibi infeſtas antea offenderat, cum de earum viribus bis terve, explendi animi cauſa, periculum feciſſet. Ab iſto enim in calore exceſſu, agitatus, commotuſq; Uterus,*

rus, cujus elevati vapores ſuffocationem non ſemel peperere. Jam autem, per gradus potius, quam per ſaltum aſſurgens, Regineis, Regiiſq; *prout cæli aeriſq; mutationes ſubinde ſuadeant, ſe totam dat; neq; hactenus ſtrangulationem ullam, aut incommodi quicquam, iſtis ab Aquis percepit.* Ita *priores* inſeſſus Equi ullum *inſanum* fere, *frequens* vero equitatio, inſanum prius *Mitem* reddit. Hinc *ratio* apparet cur in Domina *Lee* prædicta *primo* in Thermas ingreſſu *Hiſterice* affecta *repetitum* Thermarum uſum, niſi in *Hecticam* prona fuiſſet; ſuaſiſſet *Mapletius.* Priores itaq; in *Thermas* ingreſſus paroxyſmos *Hyſtericos* ex hac inſtantia *excitare* ſolent, *Diuturnior* autem earundem *Thermarum* uſus *domare* conſuevit. De Nocumentis Thermarum Bathon.

Tabes *Auglica*, à *Pthiſi* Veterum diſtincta, eo quod nec pulmones *Ulcere* laborent, nec *ſputum Sanguinis*, Ulceris non rarò anteambulo, *unquam* obſervetur, (ſed in *penuria*, *languoreq; ſpirituum*, *totius corporis macie*, *rebelli Sanguinis dyſcraſia*, & *Succi nutritii depravatione longa*, *qua ab Atrophia diſtinguitur*, *conſiſtit*) juvamenti *parum* à Thermarum uſu recipit. Quùm enim *fortior* Thermarum Calor externus, peccantes humores, & ſuperfluos, *diſcutiat*, langueſcentes ſpiritus, & infirmos prius, *magis* proſternit, & *Percuſſoris* cujuſdam apud *Diogenem Laertium* memorati, * *Æſculapio* à *Cynico* in anathema ſuſpenſi, more, in *faciem procidentes*, *humi conterit*, & allidit, quum ſpiritus *è contra* erigi debeant, & invigorari. Contrarium quidem fateor, evenit in *Paralyſi*, verum quum *ſæpius* in ſpirituum influentium meatuum *obſtructione*, quam *languore* ſpirituum incolarum, ut in *Tabe*, cauſa ſit, Thermæ *obicem* removendo, opem præſtant. Infimum Tabes Anglica.

* *Cujus* Hiſtoria e *cujuſcunq; generis ſcriptoribus, a me quondam concinnata*, prælo *paratur.*

De *Nocumentis* Thermarum *Bathon.*

simum autem *Caloris* gradum & moram in Thermis *breviorem*, Tabidis quibusdam *robustioribus* soleo concedere, quæ *lactis* instar, aut *Aquæ Dulcis* Balnei, spiritus imbecilles fovendo, fermentum communicando, & humores intercutaneos *blande* discutiendo, spiritibus languentibus *vigorem* conciliant. Vide de hac Tabe *egregie* differentem *Theophilum de Garenciers*, libello inscripto *Angliæ* Flagellum. Idem etiam de *Hecticis* dicendum, quorum calorem in habitu corporis hospitantem Thermarum calor, *major* saltem, *vehementius* intendit.

Nephritis.

In *Nephritide* solenne semper fuit apud *Bathonienses* Medicos, ante ingressum in *Thermas*, unguentum, ut vocant, *Defensativum* Lumbis applicare, qualia sunt *Rosatum*, *Comitissæ*, *Infrigidans Galeni*, &c. ne *Thermarum* calor dolorem exacerbaret. Quosdam etiam Novi, Balnei Crucis Calore *leni*, & *blando*, qui in hoc affectu fomenti vicem gerit, in doloribus *levatos*; & ita quidem, ut se inde *adjutos* dixerint. *Potum* autem aquarum *Thermalium* in hoc morbo prodesse; *Lavationem* vero potius *obesse*, præsertim si in Thermas *Calidiores* diutius immergantnr, ut *experientiæ* consonum, constans fama est. In prædictis quidem affectibus *Universis*, & *singulis* Crucis Balnei usum *præ cæteris* commendo. In *Passione* autem *Hysterica*, affectione *Hypochondriaca*, & *Convulsione*, à primis in Thermas *calidiores* ingressibus, paroxysmos *oriri* certissimum est; utrum vero *diuturnior* earundem Thermarum *usus* paroxysmos dictos *minores*, & tandem *nullos* reddat, ut in Hystericis *Mapletius* modo observavit, ipsi viderint quibus in morbis *nuper* memoratis *Thermæ* sunt usui.

Hactenus

Hactenus de morbis *internis*. In *Externorum* genere unum adjungam, cui *parum* levaminis à *Thermis* accedit; is eſt *genu Tumor* quidam mollis & *Phlegmaticis*, quem ad Ἐμφυσηματα claſſem *Samuel Bavius* M. D. & Medicus haud ita pridem *Bathonienſis* Celeberrimus, referre ſolebat. *Rectius* autem ad Οἰδηματα tribum pertinet, & non à *flatibus*, quibus *Thermæ* ſunt remedio, ſed à *pituitâ viſcidâ* membranis, & Tendinibus tenaciter adhærente, quod Tumorem hunc a vera *Gonagra* diſterminat, ortus, ut in *Epiſtolis Medicinalibus*, in Medici cujuſdam Fratre, ad *Fratrem* Medicum, probatum dedi. Pituita ſiquidem viſcida à Calore *Thermarum* diſſipante Tenacior reddita, & *Pelidæ* ſtomocho graviori prædita, *Thermis* haud cedit, ſed ob calorem partes tenaciores diſſipantem diſcutientemq; *Contumax* multo magis & *rebellis* obſervatur. Falli itaq; hinc patet *Joannem Bauhinum*, qui Thermas *Bathonienſes* in hoc morbo commendat. *Oedema quidem, inquit, quod ex frigido conſtat, & contumaci adfluxu, per exiccantia & Calorifica plerumq; diſcutitur, quorum multa diximus, & peculiaria, Aponum Barbonium, Badenias in Auſtria, Bathonias in Anglia.* Idem Tumor *manum* etiam interdum occupat, adeo ut tam *Chiragra*, quam *Gonagra*, ab eadem plane radice progerminent. Huic etiam Tumori nec *Thermæ*, nec *Antliæ* opem aliquam inſignem præſtant, quarum adminiculo diu licet continuato, Tumor etiam contumax, ab *albedine*, & intumeſcentia ſua *molli* ſolet parum recedere, quemadmodum in *puella* hoc anno 1688. expertus ſum, qui manu *ſiniſtrâ* eodem laborans, poſt crebras *Balneationes*, & *Antliationes* plures, *nihil* aut *parum* levaminis inde accepit. Non nego tamen *Gonagram*

De *Nocumentis* Thermarum *Bathon.*

Tumor *genuum* ædematoſus *Thermis* ægre *cedit.*

Hiſt. Font. Boll *l.*3.*c.*63.

De Nocumentis Thermarum Bathon.

Gonagram flatu tenſam magis & *recentem* remedium inde recipere poſſe, ut Annus 1689. in *Franciſco Heckington* confirmatum dedit. Plura vellem, ſed *manum de Tabula.* Tantum addo Tumores *Calidos* Balneorum *Calidiorum* uſu multo magis *Phlegmaticis* augeri. *Regalis* & *Longi* ſiquidem Thermarum Calor *magis* intenſus, iſtiuſmodi tumores non tam *diſſipat*, quam *evocat*, ut 10. Capite notatum *Superiùs.* Obſervavit idem *Mapletius*

Quædam ex Epiſtolis *Cl.* Mapletii.

Epiſtolâ ad D. D. *Quatremain* pro Virgine Nobili Dominâ *Dyke* ſcripta Secundò A. D. 1668. *Obſervandum*, inquit, *in Thermas Calentes, & ſic vulgo appellatas, ingreſſæ Dominæ ſingularem Tumorem, quaſi ferrore evocatum extractumq; intra triduum contigiſſe. Imo, à Thermis iiſdem (quarum facultatem paucis duntaxat vicibus experiri libuit) & ab embrochis ex Antlia Calentiſſima, ſemper magis intumuiſte cum dolore adaucto partes affectus, mecum ægrotans ipſa animadvertit: è contra a Balneis Cruciatis, quæ genii ſunt Benignioris, Symptomata omnia ad mititiam deveniſſe.* Idem etiam inter *Incommoda, quæ quotidiana in Thermas immerſio* affert, *alvum pigram, dejectam appetentiam, ſitim ingentem, & Virium decreſcentiam*, alibi enumerat,

Ep. ad D. D. Bowles.

quibus omnibus *Thermalis* aqua intus ſumpta remedio eſte ſolet. Notandum inſuper, qui *Hydrargyreſin* aliquando paſſi ſunt, ſi *Mercurius* è corpore eliminatus *non* fuerit, magno ſui incommodo, ſe *Thermis* commiſſuros; Mercurii ſiquidem vires *diu* latentes, prefundiori tanquam è ſomno, *Thermarum* calor exuſcitat, & per totum corpus diffundit, ac

Domina F.

diſſeminat, ut in Illuſtriſſima Domina *eventus* ſatis *tragicus* aliquando confirmavit, de qua conſulendæ ſunt *Mapletii* Epiſtolæ, è quibus etiam inſtantiam proponam,

proponam, quâ ut *cautè* ſe in *Thermas* immergant *novitèr* gravidæ monentur. In Epiſtolâ enim ad D. D. *Bate* pro Nobili Dominâ, Domini *Gulielmi Baſſet* de *Claverton* propè *Bathoniam* Equitis Aurati Conjuge, ità ſcribit : *Fuerunt etiam inter alia permulta*, Thermæ *quoq; noſtræ* Bathonienſes *in Subſidium vocatæ, ſemel ſub* * alterius *Medici ductu, ſemel inſuper ſub meo. Prior autem Medicus, illuſtriori famæ ſuæ (illa namq; conſuevit audacem inſtillare genium) Conſiſus, Dominam fœtu quamvis intumeſcentem Balneo* Crucis *multos per dies Commiſit, ſtudioq; non intelligibili* abortum *ex profeſſo ſolicitavit : factus tandem voti tam incongrui Compos Dominam ab eo tempore* nunquam ingravidatam *alienæ temeritatis luentem pœnas reliquit.* Plura vide in *Epiſtolis Medicinalibus.*

De *Nocumentis* Thermarum *Bathon.*

R. Peirce *M. D.*

Error autem hujus Medici *Bathonienſis*, totius orbis Medicorum judicio, *Cenſurâ* dignus apparuit, quod prænobilem Dominam *in primis ingravidationis menſibus*, Thermis, quæ *Catamenia* provocare ſolent, diutiùs commiſerit. Thermæ autem *Temperatæ* menſibus *poſtremis* & paulo *ante* partum, uti ſolent incolæ, *moderatè* uſurpatæ *idem* non efficiunt, ſed ſanguinem circa *uterum* reddendo fluidiorem, *Lochiorum* fluxum liberiorem in *Puerperio* procurant. Eundem etiam *ad vivum* depinxit ejuſdem Doctiſſimi & *vere* Medici perelegans calamus, Epiſtolâ ad Eruditiſſimum virum D. D. *Gualterum Needham* M. D. *Londinenſem* jam in Vivis, in gratiam prænobilis Dominæ *Noel*, ejuſq; filii. *In filiolo ejus recidivæ ſiguis haud Eluceſcentibus*, alius *quidam Medicus Nobiliſſimæ Dominæ alicubi occurrit, qui* dictis & geſtibus *officioſis, benevolentiam ipſius aucupatus,*

De Nocumentis Thermarum Bathon.

patus, *in Conſiliis pro redintegrando filio Mihi aſſo-ciatur. Auditæ autem præſcriptorum ſeriei; ac me-thodo, cum ſuperaddendum nihil haberet, ſententiam ſuam Matri declaravit, veriſimile eſſe ab uſu tot inſignium præſidiorum habituram ipſam aliquando ſa-num filium. Hactenus candide. Poſtea in Conſultatio-nem pro Matre ipſâ adſcitus,* aliter *ſe geſſit, cujus* Doloſi *perfectam effigiem, mallem ego alloquiis potius depingere, quam calamo deſcriptam ad Te Tranſmittere.* Eventus fuit, Thermis *Crucis* cum *Regiis* vice *unica* permutatis, Mater *prius* Convulſiva, paroxyſmis *pluribus* affligebatur. Et cùm *Filium* in Thermas *Regias* ſecum deferri (ex Medici *nuper* memorati conſilio) *mater* voluerit, Is in *febrem* præcipitatus, atq; etiam in *Catarrhum*, ab ambientis frigore, poſt *Embrochationem* ſub Antlia *Regia* & ſudores immenſos oriundum, dies aliquot *male ſe habuit*; quod quæ de uſu *Thermarum* in *Convulſivis motibus* dicta ſunt, *ulterius* confirmat, in quibus *Thermæ Calidiores diutius, imo interdum una tantum vice uſurpatæ, nunquam non incommodum attulere.* Quæ vero de Gregario milite *Hiberno* in Capite de Effectis *ſupra* occurrunt, de *Paralyſi Tremulâ*, potius quam de *Motibus Convulſivis* intelligenda ſunt. *Quando enim motus Convulſivi minuuntur, aut pe-nitus deſiſtunt, Paralyſeos Curatio Thermarum Calidi-arum uſu felicius ſuccedit*, ut ſuperius in hoc *Capite*, ubi de *Convulſione* ſermo factus eſt, luculentius apparet. Hæc de Thermarum *Nocumentis*, inter alia ejuſdem indolis non pauca, *aliter* quam in *Praxi* Medica, niſi *poſt fata*, neutiquam revelan-da, quæ in publicum *Eruditorum* Commodum, *impræſentiarum* nobis Communicare placuit. Qui-bus addo *Capitis Embrochationem* Caute & non

ſine

sine magno judicio adhibendam esse, ne humores peccantes, *Antliatæ* aquæ impetu & calore, ex hoc monticulo, in planitiem subjacentem *minus* commodè præcipitati, *Paralyses*, motuum *imminutiones*, imo motum interdum *omninò* abolitum, in artubus, & partibus quibusdam aliis intermediis, producant. *In* Ἐμβροχαῖς *Corsenæ Balnei, plurimi salutem quærunt*, inquit Bauhinus, *capite calido Siccoq; & destillationibus salsis calidisq; affecti; quibus tantum abest ut prosint, ut mirum in modum obsint, & graviter noceant.* Hujus rei instantia haud vulgaris est *Robertus Masonus* LL.D. qui ad præcavendam *Apoplexiam* Antlia in Balneo perfusus, statim ab egressu *vitam* morte commutavit, unde *Mens*, ut in Epitaphio Mapletius, *tandem corpore soluta, purior velut è Balneo ad Cognatos spiritus evolavit.* Epitaphium vide in *Antiquitatibus* Bathonicis de *Ecclesiâ*, Capite Tertio. Noxam etiam in puerulo *Tineâ* Capitis laborante Obs. 24. memorat *Mapletius*, cui *Antliæ irrigationes & Calaplasmatum applicationes, nimis frequenter, & sine intermissione puerili ætati debitâ, capiti applicatæ, humorem noxium resolvendo, deorsum pellendo, & quam par erat festinantius transferendo, & præcipitando, linguæ* paralysin, (*a qua remediorum quorundam ope postea sanus evasit*) *brevi dederunt.* Alios novi, qui ab Antliæ usu *male* administrato, & oppilantibus humoribus artubus præcipuè inferioribus tenaciter impactis, ad *mortis usq; diem* imbecilles, & remediis cujuscunq; generis *incassum* adhibitis, omni motu destituti manserunt, quemadmodum evenit in *Ægroto* Capite 15. N.26. qui *Capite* laborans, & *contra* consilium meum *Antliarum* embrochationibus *immoderatis*, & minus tempestivis diutius assuetus, *obiit Paralyticus*, post-

De *Nocumennis* Thermarum *Bathon.*

Hist. Font. Boll. l. 2. c. 15.

Rob. Masonus *LL.D. moritur apud* Thermas.

De Nocumentis Thermarum Bathon.

quam *idem* illi fatum eventurum prædixeram. *Genereſa* etiam fœmina in *linguæ paralyſi* à capitis embrochationibus loquelam *injuria majori* affici, & diminutam ſenſit. Idem incommodum ab Antlia in *Trunci* aut artuum doloribus & tumoribus, ac in *Capitis* affectibus verendum non eſt, eo quod Nervi originem à *Cerebro* ſumentes, & venæ majores à *capite* deſcendentes humores utriuſq; noxios & ſuperfluos *inde* ſoleant facilius deducere. Et quidem quum *Antliatæ* aquæ Calor *magis* intenſus immediate verberando, nervoſas & membranoſas partes ſoleat *contrahere*, è re foret inter antliandum membrum affectum aliquantulum *ſubter aquas* tenere, ut decidentis aquæ Calor, mediante aqua in ſuperficie nonnihil *fractus*, dolenti membro optatum *commodum* abſq; *incommodo* affiget. Verum quum Capitis Antliatiõ *momenti* multum aut *periculi* in ſe contineat; ad tutiorem hac in re proceſſum Exercitati *Medici* judicium & *verba* hîc ſubjungam: Is eſt *Joannes Bauhinus*, qui ut omnia perfecit *egregie*, ità de hac re *perſpicue* è *Baccio* diſſeruit: 'Propria vero, inquit, innatæ ac infixæ capi-
'ti materiei diſcuſſio eſt ad *Ducciam*: hæc enim
'diſcutiendo ac exiccando ſtatim hæret, continu-
'am (ut dicunt) tollit cauſam ſimul, atq; affectæ
'particulæ *imbecillitatem* corroborat.

De Therm. Boll. l. 3. c. 12.

Loci tres.

'*Tribus* autem locis in Capite ſuſcipitur *Duccia*
'pro affectus ratione. Aut enim affectus eſt *toti*
'*Cerebro*, & *toti* Capiti communis, ut *Catarrhus*,
'*Cephalea*, *Lethargus*, *Stupor*, *Vertigo*, *Apoplexia*,
'*Epilepſia Memoria læſa*, *Mania*: tuncq; in *Breg-*
Bregma.
'*mate* ubi Suturæ ſe incruciant, & cranium rarius
'eſt ac tenuius, *Duccia* ſuſcipitur. Aut *certam* ali-
'quam occupat *partem*, ut *Catarrhus* ad *oculos*
'ad

'ad *Dentes*, ad *Aures*, *Surditas*, & *Hemicrania*; & 'tunc *pars* ipſa *affecta*, ubi commodè ſit, vel com- 'muniter *bregma* ipſum, ſubjicitur. Aut *caput* quidem 'ipſum origo eſt, cæterum affectus ad inferiores ex- 'tenditur partes, quales ſunt *affectuum nervorum* major 'pars tuncq; circa *occiput*, ubi Nervi incipiunt ad ſub- 'jecta membra deſcendere, ſuſcipienda eſt *Duccia*.

De Nocumentis Thermarum Bathon.

Pars affecta.

Occiput.

'In univerſum autem ad *Ducciæ* uſum habenda 'ante oculos ea *Archigenis* præceptio eſt, Autho- 're *Galeno*, 6. de Sa. Tu. *Quod Aquarum Calidarum 'ſponte manantium uſus noxius eſt Capitibus natura 'Calidis*; Quod nos declaramus experientia, viſos 'multos in *Balneis*, qui robuſti quum fuerint, & 'Capite natura *Calido*, aliquo tamen ex *frigidita- 'te* affectu Capitis laborantes, putà vel *Hemicra- 'nia*, vel *Surditate*, vel *debilitate viſcerum*, vel 'Vertigine, & ſimilibus, hos ad uſum *Ducciæ* 'Calidarum aquarum, *duo* noxarum præcipue ge- 'nera incurriſſe. Aliis caput incaluiſſe, ac vel 'inflammatione, vel *febre* fuiſſe correptum. Aliis '(quod *pejus* eſt, & frequentius) *vehemens* in capi- 'te *defluxio* oborta eſt, ſive in *Thoracem*, ſive in 'aliquam aliam *nobilem* partem, ac vel repente 'ſuffocatio ſupervenit, maxime non bene *priùs* 'præparatis & purgatis corporibus, vel aliquis *gra- 'vior* priore affectus incidit. Huc uſq; de *Ther- marum Noxis* tam in *Medicorum* Thermis *faventi- um* cautelam, quam *ægrorum* Thermis utentium *Commodum* viſum erat Nobis ad alia properanti- bus *impræſentiarum* diſſerere.

A. Baccii Experientia.

Noxarum genera duo.

Coronidis autem loco, ſubnectendum *reſtat*, cùm Thermarum uſum *externum* in *Lue Indicâ* Joneſius probaverit, ut *Capite* 10. dictum eſt *ſuperius*; morbum iſtum Thermas *exacerbare* potius, quam *lenire*

De uſu Thermarum in Lue Venereâ.

De Nocumentis Thermarum Bathon

lenire compertum. Quùm enim ex particulis *Venenatis*, *Pungentibus*, & *acribus*, quæ Nervosas partes, *membranosas*, & præcipue *periostium* infestare solent, constet, Thermæ præsertim *Calidiores* in hoc morbo haud secus ac fermentum *Stomachicum* & *Uterinum* in Passione *Hystericâ*, & affectione *Hypochondriacâ*, acriores particulas calore suo *ità* commovent, & in *choream* agunt, ut qui calore *lecti* exacerbari solent, intenso magis *Thermarum* calore *magis* moti, majorem multò creant molestiam, unde Thermarum usu *Cacodæmon* excitatur solum, non *comprimitur*; & *an morbus adsit*, dolores veteres renovati *luculenter* demonstrant. *Lue* itaq; *Venereâ* affectis, præsertim *inveteratâ* Lue laborantibus, *parum* levaminis inde expectandum, nisi forsan a Caloris gradu temperato, & sudoribus, cum dolore *magnis*, multoq; *minus* si *Hydrargyrosin* anteà passi fuissent, de quâ re vide Nobilissimæ Dominæ Historiam, inter *Epistolas* Mapletii 3. *Aug.* 1659. Generosum etiam quendam *novi*, qui, Clarissimorum medicorum consilio, in hoc morbo, ad Thermas *Londino* transmissus, & sub manibus in *pejus* ruens, a me brevi remandatus, diem suum *domi* obiit. Alios etiam Thermarum usu *vexatos*, neminem autem adhuc absq; medicamentis, *Sanatum* vidi. *Fallopius* etiam de Thermis *cap.* 11. ubi de *Lue Venereâ*: *Non utatur qui eo morbo laborat his aquis medicatis per Insessionem, sed in* potu *tantum.* De qua re plura *Cap.* 13. *Quæst.* 11. verum hic *imprimis* audiendus Cl. *Bauhinus*, qui de hac re verba faciens ita ait: *Summa hæc est.*

Hist. Adm. Font. Boll. *l.* 3. *c.* 69. *p.* 278.

I. Imprimis *operæpræcium est, ut morbus ipse sit medico & intus & in cute notus, qualis & quantus, an ferus, an benignus, & alicujus spei in Balneis*

Balneis miniſtrandis. Feroci nimirum, ac magno affectui omnino Balnea erunt incongrua. De Nocumentis Thermarum Bathen.

II. Deinde, *ut id remedium non tentetur per initia; cum non ita difficile ſit in fine, purgato viz. exacte corpore, ac fervore contagii intus extincto, ipſas ſaltem exteriores reliquias per Balneum abſumere.*

III. Tertiò, *ut ſive ad aliud eligendum ſit Balneum conſtet id experientia non eſſe Solitum nocere* Luę Venereâ *affectis.*

Et Tandem, *ut Balneum ipſum, ſeu jure* potuum, *ſeu Lavacri ineundum ſit, uſu conſtet eſſe* Mite, *& non adeo intemperatum. Tales videmus in Albulis prope Romam curari plurimos, vel eis alioqui uti innoxie, & tam* potibus, *quam lavacro; deniq; in aliis ſimilibus aquis non adeo ſulphuratis, nec Calidis. Contra, dum quidam ob aliam cauſam Stygianis uteretur Balneis, quæ ſunt admodum calidæ, immemor jam præteriti contagii, vetuſtos ſibi ex balneo conſcivit dolores.*

Verum ut *hæc* res lucem *majorem* recipiat, inſerenda hoc in loco quæ idem *Autor* in prædicti capitis *principio* annotavit, cujus verba propoſiti ſcopum attingentia heic ſubjungo. "De *Lue* autem *Venereâ* ut privata eſt ratio in ſuis cauſis, "& *calidis* & *frigidis*, & in tota curatione à "cæteris morbis, ita *privata* quoq; ratio in *Bal*"*neis* eſſe debet. Hæc *deteſtabilis* & *ſacra* lues, "etſi varias in proceſſu agat radices, *duas* tamen "videtur habere *primas* differentias: *Calidam* ſci"licet *intemperiem*, totâ formâ naturæ operibus "inimicam, & *humorum craſſitiem* pro materia. "Quapropter *Hepar* ut plurimum, veluti *prima*"*riam* quandam Naturæ arcem occupare ſolet. "Et exinde tanquam *Tyrannus* cunctam ſanguinis "maſſam

De *Nocumentis* Thermarum *Bathon.*

" maſſam exagitans diverſos, nec ſingulis *eoſdem* " tenore producit affectus: ſed pro *ſævitiâ* mor- " bi, pro humorum, quas invenit, *qualitate*, & " *quantitate*, pro *temperamento* patientis, & pro *ra-* " *tione*, ac loco partium, varios. *Ergo* ſi is *calidus* " affectus, & quædam *Hepatis* inflammatio eſt, " haud poteſt juvari a *Calido*, & *ſicco* naturaliter " Balneo. Si materia ut plurimum *phlegma* eſt craſ- " ſum, & contumax, *diffundere* balneum eſt peri- " culum, non *digerere*; obdurare, non *exiccare*; " noxios *Sudores* excitare. Quæ pericula varii *ſuc-* " *ceſſus* oſtenderunt ad balnea: quando noſtrorum " *veterum* tempeſtate vix dum comperta *tantæ* con- " tagionis ſævitia, qui ſe illis commiſerunt, *rari* " aliqui ſenſerint utilitatem, plæriq; verò, aut *in-* " *flammatione* alicujus particulæ, aut *doloribus* junctu- " *rarum*, aut *febribus* ſuerint correpti; imo cùm " viſi fuerint aliqui *in ipſis balneis miſeré periiſſe* in " eam *ſuſpicionem* poſuerunt balnea, in quoq; etiam " *alio* morbo curando, ut ea *perinde* toto cœlo " contraria, cæperint deteſtari. Quamobrem & " *Nos quoq; balnea naturalia pro curatione propria* " *Luis Venereæ deteſtamur.*

Quæſtio. " Verum hic Nobis *ulterius* quærendum eſt: *An* " *qui paſſi ſunt Luem Veneream prohibeantur ob jam* " *dicta pericula, in quoq; etiam morbo curando à* Balneis, " *quæ alioqui illi morbo potuiſſent eſſe proprium re-* " *medium.*

Solutio. " Ad quam quidem *Quæſtionem*, propter diverſa ex- " perimenta, quibus viſum eſt balnea *aliis* ob hoc *con-* " *tagium* nocuiſſe, aliis contrà, non tantùm non nocu- " iſſe, ſed ad *primariam* feciſſe intentionem, & ſimul " præteritæ *Luis Venereæ* reliquias percuraſſe; Idcirco " *duplici* utemur *diſtinctione*, & ex parte *Balnei*, & ex " parte

" parte *Baluei*, & ex parte *Contagii*. Quod *Balnei* De Nocumentis Thermarum Bathon.
" eſt, aut *Calidum* intelligas oportet balneum, aut
" *temperatum*, ſi *Calidum* exiſtat, omnia haud dubie
" balnea *calida* poſſunt *patientes*, vel *paſſos* jam *Lu-*
" *em Veneream*, ad id genus pericula reddere ob-
" noxios. Idcirco *Avicenna* (quod tamen *Seniorum*
" quoq; *Medicorum* fuit inſtitutum) ſimplicem quoq;
" *calidæ* aquæ qualitatem *Articulariis* noxiam tra-
" didit; quod (inquit) *is calor humores liquat, me-*
" *atus aperit, juncturas humefaciendo laxat, ac ido-*
" *neas eas efficit defluxionibus recipiendis.* Idipſum
" uſu venit in Balneis, quæ *naturali* caleſcunt
" *Sulphure*, & *verius* quo *magis* calida, & *pluri*
" Sulphure abundant, quòd acrius & ſiccare, &
" *colliquare* valent humores, iiſq; exagitatis, vel
" *febres* excitari periculum eſt, vel aliquas fieri,
" *defluxiones*. Plerumq; tamen *excitant* defluxiones,
" *tum* quia Balneorum id eſt *vitium* commune,
" *tum* quia nullum eſt Symptoma magis peculiare
" *Lui Venereæ*, quam defluxionibus conflictari, ac
" doloribus junctūrarum. Quodſi Balneum *tempera-*
" *tæ* caliditatis intelligas, haud mirum, nec defluxi-
" onem *id* excitare valebit, nec *incendere*, ſed
" uſum fore impunem ſperandum eſt, & forſan
" utilem *Luę Venerea* affectis: tum in *potibus*,
" unde *Hepatis* aduſtio refrigeretur: tum in *Bal-*
" *neis*, ſiccando ejus vitii relicta *ulcera*, atq; *impe-*
" *tigines*: maxime vero ſi ex *æquo* cum Balneo
" *ejus* quoq; contagionis *ratio* habeatur: num
" *calidæ admodum* ſit intemperiei ut in *principio*, & in
" *juvenibus* plerunq; fit: tum enim Balnei *omne*
" genus eis eſt incommodum: num potius ſic *mi-*
" *nus* calidæ intemperiei, vel quæ ſaltem vetuſtate
" *refrixerit*: tum enim Balnei uſum ſperabis *im-*

De Nocumentis Thermarum Balneum.



"punem, uti diximus; quin imo & *calidius* forſan "Balneum *inveterato* affectu tolerari poterit. Ad "uſum ergo; *ſive Lues* Venerea *ſit primariæ con-* "*ſiderationis in Balneis, ſive potius alterius morbi* "*conſequatur intentionem:* Summa *hæc eſt*, &c. & "quidem de *Thermarum* uſu in *Lue Venereâ* hoc "in loco, *hæc* dicta ſunto.

CAP.

CAP. XVI.

De Thermis Briſtolienſibus.

Capitis Summarium.

Thermarum Tepidarum Briſtolienſium *ſitus*. Briſtolium *Emporium* Anglorum *Nobile*. *Nundinæ* Briſtolienſes *Celebres*. *Thermæ Calidæ* ex ſe. *Examen* Thermalium *Aquarum*. Thermarum *Contenta*. Cententorum *quantitas*, & *proportio*. *Partes* Salinæ, & non *Salinæ*. *Thermarum* Principia. Uſus. Virtutes *ad mentem* Authoris. *Vires magnæ ad* Flatum Hyppchondriacum, Diabeten, & Febres Hecticas. *Ferrum continent* embrionatum. *Natura* Diabetis & *ſigna* diagnoſtica. *Vinum* Xerrinum *Briſtolienſe optimum*. Non *eſt cauſa* Diabetis. Claromontius *refutatus*. *Cautio pro Chirurgis* Briſtolienſibus, & *mulierculis* Clinicis. *Cl.* Mapletii, *Medici quondam* Briſtolienſis, *Epiſtola de* Thermarum *Effectis*. Vires, & *præcipuè ad* Ulcera renum, & Veſicæ, Calculum, *alioſq; morbos, ex ejuſdem Medici Doctiſſimi* Epiſtolis *aliis*. Tobiæ Venneri *M. D.* Bathonienſis *opinio de* Naturâ, & Viribus, *Tepidarum Aquarum* Briſtolienſium.

Quùm Capite *Nono* Tractatus hujus Aquæ Rupium D. *Vincentii* facta fuerat mentio, ut *Bathonienſibus* Vicinæ, decem quippe ſolum millia paſſuum diſtant, operæpretium duxi de illa, hoc *Aqua Rupis D. Vincentii.*

De Thermis Briſtolienſibus.

in loco, paulo *fuſius* diſſerere, quæ inter Thermas *Britannicas*, & Medicatas aquas *Angliæ* calentes celeberrimas locum habet haud immeritò.

Thermarum Briſtolienſium ſitus.

Sitæ ſunt *Thermæ* juxta *Briſtolium*, Urbem Celebrem, & Emporium *Anglorum* Nobile, *Navibus*, *Mercibus*, & *Mercatoribus* opulentis abundans, haud procul à Tractu Terræ Cambro-Britannicæ *Wallia* vocato, inter *cujus* incolas, & totius etiam *Angliæ* negotiatores Commercia intercedunt cum *Briſtolienſibus*, Nundinis præcipuè *duabus* magnis, circa D. *Pauli* converſionis diem, & *Jacobi* Apoſtoli Feſtum, Septimanæ *unius* ſpatio, *annuatim* celebratis; mille paſſus circiter extra Civitatem, ad *Gloceſtrienſis* agri confinia & *Amnis* marginem, in loco confragoſo, ad ingentium *Rupium* pedem, ubi, per Tubum *Metallinum* magnum, aqua medicata *Tepida* è Petra profluit, quæ *lapidibus* inter gemmas pretioſiſſimis *ſplendore* æmulis abundans, Divi *Vincentii* nomine appellatur, quem ſingulis æſtubus, *quatuor* aut *quinq;* horas, marina Salſedine tumens fluvius *Avon* inundat, adeò ut donec *refluxus* maris fuerit, aditus ad locum nullus pateat. *Briſtolienſis* Civitas opulenta & Magnifica, *Comitatum* integrum in ſe comprehendens, ad bonum *publicum* promovendum prompta, ad excludendum, acceſſu maris, *æſtuantem* fluvium, navavit operam, & aliquando illud *Civitatis* ſumptibus effectum iri audio, quo ad *Balneantis*, aut *Bibentis* placitum, Medicatæ aquæ Beneficium quocunq; tempore aut *peti* poſſit, aut apparari. Jam vero aqua iſta in *refluxu* maris, *interno* uſui, & applicationibus quibuſdam *Externis* ſolummodo inſervit. Aliter in *Balneum* Tepidum, aut Subtepidum, aqua Salutifera evaderet, ſi *area* ad Thermalem aquam

Briſtolia Emporium Anglorum Nobile; & Nundinæ.

Civitas Briſtolii opulenta & Magnifica.

aquam excipiendam accommoda comparari potuerat. *E gemmatâ* etiam Rupe profiliens Aqua, Gemmarum *maxime* pellucida, & *pretiosa* evadit. Sin autem in *Balneum Aquæ Dulcis* promoveri poterat (& *Cives* promotionem meditari subaudio) in morbis istis in quibus *infimus* caloris gradus *magis* requiritur *Thermas* has, *præ cæteris*, necessarias existimo; & in *Tabidis*, & *Hecticis* præcipue, quorum vires caloris gradus *Summus*, aut *Medius*, solet prosternere, laudes magnas, imo *primas*, mereri.

De Thermis *Bristolienſibus.*

Aqua medicata Rupis *gemmis præferenda.*

Aquam *hanc* Medicatam, calorem suum, qualem qualem *essentialiter* obtinuisse, & non à Thermis *Bathonien-sibus*, per modum *derivationis*, accepisse communicatum, probabile videtur, quod Fermentationis gradus *minor*, qui ob majoris aciditatis *defectum*, ultra *Teporem* non assurgit, in eadem appareat. Contenta etiam *nonnullla*, quæ in *Thermis* Bathonienſibus *non* observantur ἰδιοσυγκρασίαν, sive *peculiare* Thermarum *Temperamentum* arguunt. Aliter, longo isto Milliariorum *decem* itinere confecto, ex isto in Balneis *Bathonicis* exiguo Salis in aqua *Baistolienſi*, hoc supposito, remanentis *quiddam*, Sapore suo *salso*, & *calore* ab aquis Subterraneis, *undiq*; irruentibus longius ante spoliatum fore credere absurdum non est.

Thermæ *Calidæ* ex se.

Vid. Cap. 9. *in principio.*

Ab Ingenioso *quodam*, fateor, relatum habui se observasse fumum in fossa quadam juxta viam *Regiam* prope villam dictam *Dundry* in agro *Somersetenſi* haud procul à *Bristolià* versus Thermas *Bathonienſes*, qui Thermarum *Bathonienſium* Canalium odorem naribus refricuit, *Balneumq;* Aquarum Thermalium *ibidem* institui posse suspicari. Verum donec *ultra* suspitionis ambitum opinionem suam promoverit amicus *Observator*, & *Balneum*, sive Aquæ *actu* & *naturaliter*

Joanne Aubrey, R. S. S.

De Thermis Briſtolienſibus.

raliter calidæ quantitatem, iſtic, aut alibi inter utramq; Civitatem viderim, aut inventam certo ſando acceperim, Briſtolienſes Thermas peculiarem Teporis ſui cauſam in ſe continere non dubitabo.

Quoad principia Tepentis hujus Putei, ut vocatur vulgo, ſine quibus virtutes ejus haud poterant intelligi, de illis varii varia tradiderunt. Quod propriâ experientia compertum habeo, ſic ſe habet.

Contenta.

Poſtquam Congios Thermalis hujus aquæ duos evaporaveram quinq; Scupulos contentorum obſervavi. è quibus quatuor Terra erant rubicunda, ferrum referens calore, Subſtantia autem levis & friabilis, cum partibus quibuſdam lapidis Calcarii. Scrupulus alter, vitreis organis evaporato lixivio, Alumen referebat. Cum autem lapis Calcarius, præſertim præcipitatus, Alumen ſimulet, Aluminoſum eſſe certo concludere non poteram.

Ricardus Millechamp Pharmacopola Briſtolienſis.

Ad plenius inquirendum Ricardum Millechamp, Pharmacopolam Briſtolienſem peritum & Sedulum, Cadum unum ejuſdem Aquæ evaporare Curavi, quod factum primò in fornace, ad congios tres, aut quatuor; dein in Vitro Evaporatorio exiccavit, & contenta tranſmiſit, quæ Uncias paulo minus quinq; pendebant cum Semiſſe. Unciæ vero quatuor, Rubea & Ferruginea illa Terra ſupra memorata, aliud etiam, minori tamen quantitate, album.

Pars non Salina qualis.

Parte non Salina (ut à Salina diſtinguatur quæ Lixivium conſtituit) in Crucibulum injecta, & calcinata, Terram nihilo-magis duriorem evadere, ſed magis friabilem, & colorem ferrugineum amittere, & propius ad cæruleum accedere obſervavi; album vero aquâ mixtum, prima injectione Sibilum edidit, poſteà in partes ivit, aquam reddens albam, reſidentiam, calcis inſtar Vivæ, in vaſis fundo, reliquit; utraq; etiam ſubſtantia

ſubſtantia *alba* & *cærulea*, poſt infuſionem exiccata, *albidior* evaſit, & *calci* Simillima. De Thermis *Briſtolienſibus.*

Ferri itaq; minera *minor* cum ipſo *Calcario* lapide quo Tractus Terræ Circumjacentis abundat, miſceri videtur; unde *ferruginea* materia *Calcario* lapidi infixa, & ab eodem ſuperata, *Calcis* modo *alba* & *friabilis* evaſit. Addo me *Iſlingtonenſis* Aquæ *Londinum* prope meritò celeberrimæ Terram, manifeſto *ferrugineam*, inde mecum *Bathoniam* allatam, à *Briſtolienſi* illa, quæ *ferrum* retulit, diverſam *Parum*, aut diſtinctam obſervaſſe: Ferri vero mineram quam *Iſlingtonenſis* perfectam magis & *Adultam* dedit, *Briſtolienſis* aquâ *Crudiorem*, & quaſi in *cunis* exhibuit. In *Rupe* autem Terra, cui *quaſi-Adamantes* adhærent, *Ferri* Mineram ſpectantibus *perfectius* oſtendit. Ferrum *adeſt cum lapide* Calcario.

Partem *alteram* Salinam, in Lixivium imbibitam ad *Semi-libram* evaporavi, & in loco *frigido* ſeponens noctu, *ſtirias* longas & Tenues *mane* inveni, iſtis *Crucis* Balnei *Bathonienſis* valde Similes, quantitate *trium* drachmarum. Liquoris reſiduum evaporavi *ad Siccitatem*, & Unciam *unam* Salis *alterius* generis, obſervavi. Partem Salinam *non* Salina Superat longe, ad quam *quintam* circiter numerat, & vix hac ratione, grana *duodecim* videntur in *Congio* contineri. Iſta autem *Bathoniæ*, quadraginta *circiter* continet impura. Salinæ *partis* ad non *Salinam proportio.*

Ut de *Thermalis* hujus aquæ *Principiis* dicam breviter, *Ferro* illam conſtare puto; *Sale* etiam *Nitro-Sulphureo*, & *lapide Calcario*, proportione *ſuprà* aſſignata. Contenta etiam *Salina*, & *non* Salina, *dimidiam* prope quantitatem *Bathonienſis* æquant, ubi Salina *Tertiam* numerant, hic *quintam*. Principia.

Quod *parum* acidi, nec *multum* ferri Thermis inſit, *hinc* appareat, quod nec aqua calore fere *infra* Tepo-rem *Parum* acidi & ferri *in ſe Aqua Complectitur.*

De Thermis *Briſtolienſibus.*

rem prædita, aut *lixivium* ſalibus apparatum, neq; cum *gallis* colorem *purpureum* dant, nec *Lac* coagulant. Fermentatio etiam ob *aciditatis* juſtæ *defectum* adeo *languida* exiſtit, ut caloris gradum *aliqualem* difficulter producit. Sal generis *alterius* eſt *pure* alcaliſatus, & *ejuſdem* prorſus naturæ cum *Alcali* Bathonico. Ab hoc facultatem *mediocriter* purgantem, ut à *Nitro* virtutem *refrigerantem*, & penetrantem obtinuerunt; licet *Nitrum* etiam *impurum*, cum ſale *Alcali* miſtum, ventrem Commoveat.

Calcarius Lapis *probatur.*

Porrò *lapidem* hunc *Calcarium* fuiſſe ut Evidentius appareat, poſtquam partem *non* Salinam fortiſſimo igne calcinaveram, in ejuſdem Aqua *Sulphur* decoxi, quod in eadem *plene* Solutum, *aceto diſtillato*, *Spiritu Vitrioli*, & *Oleo* etiam *Tartari*, non ſine odore *fatido*, præcipitatum erat, quantitate *haud* exiguâ.

Thermarum vires *ad mentem* Autoris.

Thermæ igitur *Briſtolienſes* iiſdem cum *Bathonienſibus* Salibus, *minore* tamen proportione, imbutæ, omnino *eadem* cum *Bathonienſibus* Thermis perficere non poſſunt, *majore* tamen quantitate, & *Temporis* ſpatio potæ, effectus edunt à *Bathonienſibus* haud diſſimiles. Cùm vero *Ferrum* etiam ſuo modulo participent, in morbis ad quos *Tunbrigienſes* Acidulæ adhiberi ſolent, magno cum emolumento uſurpari poſſint. Quibus addo Cl. Virum *Edvardum Jordenum* Doctiſſimo libro de *Balneis naturalibus*, & *Aquis Mineralibus* à me jampridem edito cum *Appendice* A. D. 1678. Medicatam aquam *Briſtolienſem* Ferratis accenſuiſſe, & in eandem claſſem cum *Tunbrigienſibus* retuliſſe; quod Medicis quibuſdam *Noſtratibus* documento eſſe poſſit, qui *ferri* participationem ab aquis Medicatis *Briſtolienſibus* excludere Satagunt. Aquis Medicatis *chalybeatis*, aut *Ferratis* Tunbrigienſibus *plurimùm* attribuo, Solentq; apud me poſt *Salſarum* aquarum uſum imperari; nullus

Monitio ad Medicos.

Aquæ Iſlingtonenſis *&* Senenſis *Ferratæ.*

nullus tamen dubito, quin *Iſlingtonenſis* prope *Londinum*, *Senenſis* in agro *Wiltonienſi* (de quo poſteà) *Aſtropenſis* intra Comitatum *Oxonienſem*, aut *Briſtolienſis* aqua, ritè uſurpata, effectus non diſſimiles, & forſan iſtis *pares*, exhibebunt. Nam ut *Iſlingtonenſes* aquas, & *Senenſes* quæ majore proportione de *Ferro* participant, de quibus *alias*, jam mittamus, aciditas in aquis *Briſtolienſibus* qualis qualis, ad *ferrum*, aut more *chymico* loquentes, *Martis* vitriolum, pertinere videtur; quemadmodum in Thermis *Buxtonenſibus* obſervavit *Liſterus*. *Hi autem fontes*, inquit, *limpidiſſimi ſunt, vixq; ullum lutum demittunt, & atramentoſi, certe æſtate, non ſunt, & tamen Metallum aliquod, Ferrum puta, plane ſapiunt.* Quod vero *hyeme*, & Tempeſtate frigida, *atramentoſi* ſunt, id *ferro*, aut *vitriolo* Martis adſcribendum puto, quod *Solis* calor in *æſtate* diſſipat, & *vaporando* conſumit. Cum autem ferrum *crudius*, & minori etiam quantitate in Thermis *Briſtolienſibus* contineatur, *inde* procedit, quod *Briſtolienſes* Thermæ *nullo* tempore cum gallis atramentoſæ evadunt. Et licet *minima* Salis *Chalybis* pars, aut particula parabilis, *ingentem* communis aquæ quantitatem valeat inficere, ut præcedentes *Obſervationes* capite IX. memoratæ luce clarius evincunt; Terræ tamen *Ferrugineæ*, aut *Embryonati* ferri materia *cruda*, quæ, non à *Succo*, ut in mineralibus, ſed à *duriore*, Sabuloſâ interdum, interdum *Solida*, & ponderoſa magis materia in *Metallis*, incrementum ſumit, multo *major* proportio, nihil tale effectum reddet; Nam, *ferrum crudum, priuſquam ad metalli perfectionem pervenit ex quo chalybs conficitur, colorem purpureum medicatis aquis haud impertit.*

De Thermis *Briſtolienſibus.*

De Font. Med. Angl. exerc. pr. c. 4.

Vid. cap. 9.

Convenire igitur videtur Thermarum *Briſtolienſium* aqua pota, in *Ventriculi Inflationibus, Inteſtinorum*

Aquæ potæ Virtutes.

De Thermis Briſtolienſibus.

Torminibus, *Diarrhæa*, *Dyſenteria*, *Excoriationibus quibuſcunq;* *Stranguria*, *Renum* & *Veſicæ calculo*, ac *Ulceribus*, & præcipuè, quod Ferri mixturæ debetur, in *Diabete*, & *Flatu Hypochondriaco*, quod Reverendo admodùm, & Erudito Viro D. D. *Samueli Ward* Academiæ *Cantabrigienſis* Florentiſſimæ ornamento, & *Sidneiani* Collegii Magiſtro, olim notiſſimum, cum aquam *hanc* Thermalem Briſtolio *Cantabrigiam* in uſum proprium *magnis* ſumptibus advehendam curaverat.

T. Fuller S. T. D. Hiſt. Angl. Her. in agro Som.

Natura Diabetis.

De *Diabete* autem hic annotandum occurrit, quum in *laxato fibrarum tono*, & *partium internarum*, *ductuumq;* *imbecillitate* conſiſtere videatur, unde *continui* ut vocatur *ſolutio*, *interna paralyſis*, *partium quædam ad functiones mortificatio*, & tandem *mors*, inſequitur, aquæ *chalybeatæ* adſtringendi & corroborandi vi *infirmis* partibus Solamen magnum exhibent; & Thermæ *Bathonienſes*, quæ *externè* uſurpatæ, *paralyſi* ſunt remedio, *internè* ſumptæ, ob *eandem* rationem, *Diabeten* ſanant.

Quæ de Renum *vi attractrice* ſcripſerunt *Veteres*, nugæ ſunt, quorum mens ut aliquatenus intellecta ſit, ſi *moleſtum* non fuerit, *Commentarium* adjungam, quem in *Academia Oxonienſi* ſcripſi *Adoleſcens* admodum in Collegio *Wadhami*, in libellum *Theophili* περὶ ὕδρων, cui è MS. in Bibliothecâ *Bodleiana* celeberrimâ ſervato, priùs à *Federico Morello* Architypographo *Regio* manco edito, *integritatem* reſtitui, *verſione* etiam *Latina*, *notis*, & *prolegomenis* illuſtravi; Autor MS. *apud me* prelo paratus, unde hæc deſumo,

Theophilus περὶ ὕδρων Gr. L. MS. penes me. cap. 5

Οὐ ϱον λεπτὸν ϰ) λιϐυκὸν πολὺ ὀυρέμδμον ϰ) ἀϑερόως Διαϐήτλω σημαίνει, ὅν ὁι σοφὸι τῆϛ ἰατρῶν εἰς ἀμίδα διαῤῥοιαν ἐκάλεσαν ϰ) τις τῶν σοφῶν αὐλῶν ἐξοχώτατ Θ. εἰς ὀυρα διάῤῥοιαν ἄλλοι δὲ Διψακὴν. Ου γδ ϰτ' φύσιν ἔχον Θ. δηλονότι, τὸ ἀνθρώπου,

ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ παρὰ φύσιν διατεθέντος, διὰ θερμὴν δυσκρασίαν τῶν νεφρῶν. Τῇ οὖν ἀπείρῳ ὁλκῇ τῶν παρὰ φύσιν διατεθέντων νεφρῶν, τὸ τοιοῦτον οὖρον ἔρχεται. Quæ ex *noſtra verſione* ita ſonant Latine. *Urina Tenuis alba multa & confertim micta profuſa*, Diabeten *oſtendit, quem docti medici* Diarrhæam ad matulam *vocarunt, & quidam inter Doctos præſtantiſſimus* Dipſacum: *Homine nempè ſe non naturaliter habente, ſed præter naturam affecto, ob calidam Renum intemperiem. Propter immenſam ſiquidem renum præter naturam diſpoſitorum attractionem, Urina talis profluit.* Sequitur *Commentarius.* De Thermis Briſtolienſibus.

Διαβήτης σημαίνει] *Diabetes eſt celerrima & copioſiſſima Urinæ tenuis albæ & ſuavis* (chyli quippe *parum* alterati) *emictio.* Vocatur *aliis* nominibus διάῤῥοια, εἰς οὖρα διάῤῥοια, δίψακός, διάῤῥοια μετ' ὕδερος εἰς ἀμίδα. Diarrhæa, *ad Urinas Diarrhæa, Dipſacus, Diarrhæa,* & Hydrops *ad matulam.* Urina *multa, Tenuis, alba, confertim micta* Diabeten *ſignificat.* Actuarius: *Multa urina provenit in Paſſione, quæ ab accidente* Sitibunda, *à celeritate evacuationis*, Diabetes, & Fluxus Urinæ *appellata eſt. Eadem alba eſt & Tenuis.* Item: *Ob diuturnam malignamq; evacuationem vel Ventris, vel Sanguinis, vel etiam Urinæ, veluti in* Diabete, *Urinam tenuem videre eſt, atq; albam.* Priori loco *Interpres* reddidit διάῤῥοιαν εἰς ἀμίδα, ut in Exemplari *Græco* legitur, per *Fluxum Urinæ*; reddi autem debet, *Diarrhæa*, aut *Fluxus ad Matulam.* Galenus de *Criſibus*, affectum hunc *Lienteriæ* comparat. Nam ut in *hac* cibus non multum mutatus *citò* dejicitur; ita & in *illo* potus *parum* alteratus *brevi* excernitur. Τὸ δὲ οὖν πάθημα, τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον ἐν τῇ καλουμένῃ λειεντερίᾳ, νέκρωσις ὡς ἂν εἴποι τις ἀμφοτέρων τῶν δυνάμεων, ἀλλοιωτικῆς

De Jud. Urin. l. 1. c. 11.

l. 2. c. 1.

l. 1. c. 3.

De Thermis Bristoliensibus.

ἀλλοιωτικῆς τε, καὶ καθελκτικῆς. *Affectus igitur talis est qualis in ventris* Lienteria; *mortificatio quædam ac si quispiam dixerit duarum facultatum, Alteratricis, & Tractricis, aut Attrahentis.* Cui adstipulatur *Alexander Trallianus*, his verbis: Ὁ δὲ Διαβήτης καλούμενος ἐστὶν ὅταν ἀμετρότερον ἐκκρίνεται τὸ οὖρον αὐτοῖς, πολλάκις ἅμα τὸ πίνειν, οἷόν τι καὶ τοῖς λειεντεριώδεσι συμβαίνει τὸ τὰ σιτία ἐκκρίνεσθαι, μηδὲ βραχὺ δυνάμενα κρατεῖσθαι ἐν τῇ γαρεί, καὶ ἀλλοιοῦσθαι, καὶ τρέφειν τὸ σῶμα. Diabetes *vocatus* [morbus] *est quando præter modum excernitur Urina illis, interdum statim ac biberunt, quemadmodum accidit in* Lienteria *affectis cibos excernere, neq; momento fere temporis retineri queant in ventre; ut alterentur, & corpus mutriant.*

l. 8. c. 8.

Καὶ τὶς σοφῶν αὐτῶν ἐξοχώτατος] Quinam fuerit *hic* medicus quem *Theophilus* præstantissimum *appellat* non constat. *Galenus*, loco laudato, vocat ἄνδρα τίνα παλαιὸν, *vetustum aliquem Hominem*, non autem Nomen ejus memorat. Ὅταν δὲ inquit, ταχέως διεξέρχεται τοῦτο καλεῖται μὲν ὑπὸ τινῶν ὕδερος εἰς ἀμίδα τὸ πάθημα, διαβήτην δὲ ἔνιοι προσαγορεύουσι, ἄλλος δέ τις παλαιὸς ἀνὴρ εἰς οὖρα διάῤῥοιαν ὤνομαζε. *Quando vero* (inquit) *subito excernitur* [Urina] *vocatur à quibusdam hic affectus* Hydrops ad matulam; *alii* Diabeten *indigitant; alius autem vir ex antiquis*, ad Urinas fluxum, *aut* Diarrheam *appellitat.* Quicunq; autem *Antiquus* ille fuerit, *Galenus* quidem eodem loco *Diabeten* ita nuncupat; διὰ ταῦτα ἄρα, inquit, χείριστον μὲν ἡ εἰς οὖρα διάῤῥοια, διττὴ γὰρ ἡ κακία. *Pessima autem* ad Urinas Diarrhea. *Duplex enim malum. Duplex* hoc vitium *Actuarius* explicat, ubi *eadem* expressione utitur. ὅδε διαβήτης, ait, ἐστὶ μὲν τοῦ ἥπατος, ἐστὶ δὲ ἢ τῶν νεφρῶν πάθος, διάῤῥοιά τις ὢν εἰς οὖρα. Diabetes *est vel* Hepatis, *vel* Renum *morbus, quum* Diarrhea ad Urinas

Meth. Med. l. 6.

Urinas *sit*. *Alexander Trallianus*, loco citato: τίνες οὖν Διαβήτην μόνον καλοῦσι τὸ πάθος, ἀλλὰ καὶ εἰς οὖρα διάῤῥοιαν, διὰ τὸ διαῤῥεῖν εὐθὺς τὸ πόμα. *Quidam non* Diabeten *modo vocant affectum*, sed Diarrheam ad Urinas, *propter celerem potus transitum*. De Thermis Bristoliensibus.

Ἄλλοι δὲ Διψακόν.] *Alexander Trallianus*, eodem loco: Ἐπειδὴ δὲ ἀμέτρως διψῶσι, τοῦ ὑγροῦ παντὸς ἐκκρινομένου Διψακὸν τὸ πάθος ὠνόμασαν. *Quoniam præter modum sitiunt, humiditate omni evacuata*, Dipsacum *sive* morbum Sitibundum *nominant*. *Actuarius*: Πλείω οὖρα πρόεισιν ἐπὶ τῶν Διψακοῦ μὲν, ἀπὸ τῶν συμβαίνοντος πάθους ὀνομαζομένου, Διαβήτην δὲ, καὶ διάῤῥοιαν εἰς ἀμίδα ἀπὸ τῆς ταχίστης κενώσεως. *Urinæ plurimæ procedunt in* dipsaco, *ab affectu superveniente* ita *vocato*; Diabeten, & Diarrheam ad Urinas *ab evacuatione subitaneâ*, [indigitant.] De Jud. Urin. l. 1.

Ἀλλὰ παρὰ φύσιν] Jam Diabetis *Causam* Veteribus assignatam, assignat *Theophilus*; *calidam* nimirum *Renum intemperiem*, quam *Actuarius* latius prosequitur, & *Sitis* istiusmodi *enormis* rationem reddit, his verbis, quæ *Latine* sic sonant: *In passione quoq; quæ* Diabetes *appellatur, intemperatura quædam inauctæ caliditatis circa Renes causa est. Hæc enim ità affecta Renes attractabundos serosæ substantiæ efficit. Hi vero ab Hepate venarumq; omni genere æqua tractione citò attrahunt, legem naturæ Membris nullam servantes. At vero quoniam ob hanc rationem accidit egestas, atq; naturalis humiditas defertur, à tanto humiditatum raptu*, sitis non mediocris *homini suboritur, nec minores sunt potus quam* sitis & *Urinarum excretiones, renibus secundum proportionem attrahentibus ad se humiditates*. Ita *Actuarius*. De Caus. Urin. l. 1. c. 4.

Scriptum erat *prius* apud *Theophilum* διατεθέντων, quod *mutandum* censeo in διατεθέντος de *homine*, non

De Thermis Bristoliensibus.

non de *Renibus*, ut *Homo* dicatur in *Diabete* non *naturaliter*, sed *præternaturaliter* affici; cujus rei rationem subjungit *Autor*, διὰ τὴν θερμὴν δυσκρασίαν τῶν νεφρῶν, *ob calidam Renum indispositionem.* Potest autem legi ut in *Oxoniensi* codice scriptum, οὐ κατὰ φύσιν ἔχοντος δηλονότι τῶν ἀνθρώπου, ἀλλὰ παρὰ φύσιν διατεθέντων τῶν νεφρῶν, τὸ τοιοῦτον οὖρον ἔρχεται. *Homine nimirum non secundum naturam se habente, sed præter naturam affectis renibus, tale lotium excernitur* Nam verba, [Τῇ οὖν ἀπείρῳ ὁλκῇ τῶν παρὰ φύσιν διατεθέντων νεφρῶν] intra *parenthesin* inclusa, versio MS. *Latina* Oxoniensis non agnoscit. Ex dictis apparet quam inepte *Morellus* τῇ οὖν ἀπείρῳ ὁλκῇ τῶν νεφρῶν verterat *Quare ob immensum Renum pondus*; Cum ὁλκὴ hoc in loco non *pondus* significet, sed *attractionem.*

Hæc in *Adolescentia* scripsi, quum annum ætatis meæ *decimum octavum* vix numeraveram, cum multis aliis ad *Autoris* istius *Pii* illustrationem spectantibus, quæ *jam* recitavi ut appareat quam longe recedunt quoad *Theoriam medicam* ab istis Antiquorum *nostra* Tempora. *Diabetis* enim essentia non in *attractione aliquâ renum auctâ*, sed in *viscerum* & *ductuum internorum ab ipso ventriculo ad ipsos etiam renes*, & *urethram usq; ipsam imbecillitate*, consistat, & ut *Galenus* recte statuit, *ad functiones naturales morte quâdam*, quas aquæ *Chalybeatæ*, & *Antiparalyticæ*, corroborant, & quasi *exuscitant.* Hinc, ob laxitatem etiam Ventriculi *flatibus* distenti, aquæ *Chalybeatæ*, & Medicamenta etiam è *Chalybe* præparata cum aquis *mista* aut *per se*, partes *nimis* laxas constringendo, & *ita* roborando, in *flatu Hypochondriaco* opem præstant: *Nam cum* chalybs *tam adstringentes, quam aperientes partes in se contineat*, & *obstructiones inveteratas reserat*, & *infirmas fibras, in quibus partium*

tonu

tonus præcipue verſatur, mirifice corroborant. Sed ut ad *Briſtolienſes* Thermas revertar, *Diabetis* confirmatæ, iſtarum uſu nuperrime ſublatæ, inſtantiam *celebrem* annectam. De Thermis *Briſtolienſibus.*

Monendum autem *priùs*, quùm Civis hic, qui *Diabete* laboravit *Briſtolienſis* fuerat, ubi vinum Hiſpanicum *Xerezenſe* dictum optimum, Anglicè **Sherry Sack**, præ cæteris locis, in deliciis eſt, cauſam morbi *iſtius* generis vino tribuendam *haud* eſſe, ut *falſò* quidam ſuſpicati fuerunt; vina ſiquidem *Hiſpanica*, & ſpeciatim *Canarinum*, & *Xeranum*, calidiora quùm fuerint, & *minori* quantitate ſumi ſolent, & calorem nativum internarum partium *refocillant*; è contrà vero, in *Diabete* partes *imbecilles*, *languidæ*, & *deficientes* exiſtunt. Quæcunq; igitur *vina*, aut *potus* genera quæ *languorem*, aut *imbecillitatem* partibus internis, & præ cæteris *chyliferis ductibus*, & *Urinariis* inducere ſolent, morbum *hunc* & creare poſſunt, & accelerare. Vitandus itaq; potius vinorum *Gallicorum* potus nimius & ingurgitatio; *Germanica* vina Tenuia, *Rhenanum*, *Vetus*, & *novum Hock*; *Pomatii*, & ut verbo me expediam, liquorum quorumcunq; *vinorum* autem præcipue, *tenuium*, & *penetrantium* uſus, & præſertim ſi *aceſcere* incipiant, Compotationes *vacuo Ventriculo*, & præcipue tempore *Matutino*. Nam quùm iſtiuſmodi poculentorum *magna* copia, quaſi flumen *Stygium*, per tenellas & infirmas ductuum fibras decurrit, natura neutiquam *valens* perferre talem motum, violentum, & rapidum, tractu temporis *flacceſcit*, & tandem à munere ſuo *prorſus* deſiſtit, ideoq; *alteratio*, *retentio*, & *facultates* vulgo, aut *virtutes* dictæ cæteræ, quæ *nutritioni* ancillantur, peſſum eunt, unde chylus *parum* alteratus *ſubitò* excernitur, *Tabeſcit* corpus, & defectu *Vinum* Xeranum *Briſtolienſe* optimum.

Non eſt Cauſa Diabetis.

tandem

De Thermis Briſtolienſibus.

tandem nutrimenti *ſuccumbit morti*, in quo *Tabis* à *Diabete* provenientis natura *rectiſſime* poni poteſt, & conſiſtere videtur; qui *ſæpiſſime* iiſdem ſolet præcipue accidere, qui vinorum *dictorum* potui immoderato ſe addicunt, & ob diuturnam cum Calice familiaritem, *Boni Socii* vocantur. Raptus etiam *acidorum* ad renes partium vehentium *tonum* pungit nimium, & *tandem* occidit, quapropter Νόσων *Galeni* hic locum habet, quæ niſi remedia efficacia *tempeſtive* adhibeantur, *Sandapilæ* præcurſor eſt, & *feretri* prodromus. Paſſio hæc, *Galeni* temporibus, adeo *rara* erat, ut vix *unum*, aut *alterum* eadem affectum ſe noviſſe referat, quod aut Aquarum *tunc temporis* potationi magis uſitatæ, aut *forſan* Temperatæ Vivendi rationi debetur; licet *Romanorum* quorundam Compotationes, quando & *biberunt*, & *pede libero pulſarunt terram*, ut in *Bacchi* orgiis, & *Liberi* patris ſacrifiçiis, fieri ſolebat, ſatis *celebres* fuiſſent. Verum hæc *furore* tantum *uno* aut *altero* terminabantur; Compotatori vero, per *totum* vitæ *curſum* perdurant. De *hoc* affectu, *hoc* in loco, *liberius* ſcripſi, eo quod morbus *iſte* apud plures *nuperis annis* graſſari incipiat; utq; *Xeranum* vinum *quod ſemper mihi cordi fuit*, à calumniis liberem, & *Libero* etiam *Patri*, meo more *Sobrius* litarem. Sufficiat itaq; ad *dignotionem* affectus, ut in *Diabete* Urina ſit *copioſa*, *celerrime excreta*, *Tenuis*, *alba*, & *Dulcis ſaporis*; quibus à *cæteris* renum, & veſicæ morbis, præcipue ab *Urinæ incontinentia*, diſtinctio apparet. Verum dùm *hæc* ſcribo, opportunè admodùm ſalutavit me *Epiſtola* Humaniſſimi, & in *Praxi Medicâ* Briſtolii *diutius* verſati, D. D. *Thomæ Harbechii*, medici celeberrimi, & Obſervationum mearum *Bathoniæ* oculati teſtis, ut in *Alloquio* ad *Lectorem* memoratum plenius, cujus

Boni Socii qui.

Signa *Diabetis* Diagnoſtica.

ſe ſtinans

ſeſtinans calamus *Naucleri* cujuſdam *Briſtolienſis* qui Rebus *Navalibus* addictus, Nautis præfuit, Domini *Alexander*, à Diabete *confirmata*, & *deplorata* ſanati, hiſtoriam non minus *elegantem*, quam *gratam* exhibuit; quam, quoniam *eandem* ab *eodem* prius literis petieram, ut in *Epiſtolis meis Medicinalibus* ſuo loco patebit, *Reſponſum* ejuſdem libenter adjungam, rogata prius *Lectoris* venia, quod de me *Tantillo*, *alterius* licet verbis, *adeo magna* prædicaverim. Humaniſſimi Amici *Epiſtola* ſic ſe habet.

De Thermis Briſtolienſibus.

Domine Egregie,

EXpetis à me *Obſervationem* Diabetis *Potu Aquarum fontis Sancti* Vincentii *Curatæ*, *in* Nauclero *quodam*, *nomine* Alexandro, *hujus Civitatis*, & breviter *hic habes*. *Vir prædictus imprimis* Urinæ profluvium *per aliquot tempus paſſus*, *cui ſenſim* febris lenta *ſupervenit*, & *brevi in* Diabetem *incidit* Confirmatam & Deploratam; Mingebat etenim, *Mirum dictu*! Urinæ limpidæ dulceſcentis circa tres Congios ſpatio horarum 24. tantâ Virium proſtratione, ſpirandi difficultate, & ſiti inextinguibili laborabat, ut lecto affixus moribundus videbatur: *Sub veſperam ad conſulendum cum* Doctore Chancey, *qui* prius *ægrum curaſſet*, *accerſebar*: *inter alia remedia præſcripſimus Potationem Aquarum fontis St.* Vincentii *ad libitum*, *quod ægro fuit* gratiſſimum; *dictum & factum*; *quid tandem? Illâ nocte circa libras* 24. *ingeſſit*, tantundemq; *per Urinas reddidit*; *Propediem invenimus omnia Symptomata* Mitiora: *Sitis & febris* imminuta *reſpiratio* liberior, & *pulſus multo* Melior *cum blandâ* diaphoreſi. *Indies deinde concedimas Aquæ* tantum *quantum* Siti *reſpondere valeret*, (*cum*

De Thermis Briſtolienſibus.

idoneâ victus ratione) *de* die, & *de* nocte, *à paſtu*, & *ante* Paſtum *indiſcriminatim, quotieſcunq; libueret. Sic intra dies* quatuordecim, *vel eo circiter,* diluta *eſt* Diabetes, & *vires quoquo-modo reſtitutæ : Sed æger perſtitit in* Aquæ potatione *per longum tempus, imo vice potus ordinarii, & jam per* biennium *Sanus evaſit.*

Curationes multas *harum Aquarum potu, non modo in* Diabete, *ſed Morbis* Hypochondriacis, Hecticis, Scorbuticis, *imo* Hydropicis, *Tibi communicarem quotidianâ experientiâ fretus, ſed hæc fruſtra fierent, cum Tu* Hiſtoriam *earum* Naturalem *adornare ſuſceperi; hanc jam diu* vehementer *expectavimus, rei publicæ literariæ* procul dubio *multum profuturam* & tanti *viri indagine & acumine dignam. Calamum* feſtinantem *excuſatum habeas. Salve & vale,*

Dab. *Briſtoliæ* 12. *Apr.* 1690.

Tui *Obſervantiſſimus*

THO. HARBECH.

His accedit famam ejus ad *Calculum*, & *ulcerum* externorum *curationem* annis aliquot retro actis *multum* increbuiſſe. Addo *Caroli Claromontii* Experientiam, Sententiam, & Verba; Briſtolii *ad oram maris è* Rupe *Fons oritur, haud quidem idoneus uſui quotidiano, ſed ad ſanandos morbos aptus.* Item : *Quæ autem ex* Vincentina *rupe* [aquæ] *eas expellendis calculis & Inteſtinis infarctu liberandis eſſe utiles aiunt. Eas ego certe ferre non potui, quod & Vomitum mihi cierent cujus admodum ſum impatiens, & magna cum difficultate emingerentur. Acerbæ quoq; guſtu erant. Qua ex rupe ſcaturiunt, ea perpulchra eſt & Adamantium aliquid habet ſimile. Reve-*

De Aer. Aq; & Loc. T. A. p. 29. 30.

ra

ra magno ferri molimine excinduntur ex ea lapilli, qui expoliti arte gemmaria plurimum ſplendoris habent, & ab imperitis pro Adamantibus æſtimari poſſunt. Fons è Saxi radicibus exoritur, adeo in ipſo æſtuario, ut reciprocationibus maris fluctibus operiatur, qui ubi retro ceſſere, fontis aquæ nulla maris infectæ ſalſugine, priſtinum, i. e. *Subacerbum retinent Saporem. Aquas cum ex ejuſmodi Saxo exiliant, difficile coqui neceſſe eſt, quare ſi non aut emingantur, aut vomitu rejiciantur, inteſtina torquere & Hernias parere compertum eſt. Magna vero copia præſcribi ſolent à medicis, ut neceſſe ſit ſubverti ventriculum, qui ſi valens ſit, nec ad vomendum facilis, poſt longam certe, & laborioſam, qualis imperatur ab illis ambulationem, per Veſicam evacuabuntur.* De Thermis Briſtolienſibus.

Quùm autem *Cornicum* oculos apud *Anglos* Peregrinus *ille* Scriptor hic, & paſſim in opuſculo, *ſtylo* pupugerit, in verba ejus liceat parumper inquirere. *Quod Vomitum cieret* Briſtolienſis *Aqua medicata*, id non *Emeticæ* facultati Thermis inhærenti, ſed magnæ aquarum *intus* aſſumptarum copiæ tribuendum Opinor, quum *aqua* præſertim *Tepida* majore ſolito quantitate hauſta, ex *ejuſdem*, omniumq; *mente* ſoleat *Ventriculum Subvertere.* Nec *acerbus*, aut *Subacerbus* Sapor, qui palato ſuo *vitiato* forſan debuit originem *aliunde* majori veritatis ſimilitudine procedere poteſt, quam ab *Alumine*, quod in *Thermis* ad *guſtum* ſaltem non contineri *inde* patet, & etiam quod *nullo* modo Lac coagulent. Neq; *acidum* in Thermis obſcurum, in *cauſa* eſſe queat, eo quod cum gallis *non* purpuraſcunt. Cuinam vero *alteri* Sapor iſte *fictitius*, aliter ſaltem obſervatus *nunquam*, adſcribi poſſit, ipſe viderit. Sed *coctionis eſt difficilis aqua Thermarum, eo quod è Saxo profiliat.* Saxum itaq; & Thermarum aqua *ejuſdem* ſunt naturæ, aut *Saxum* particulas quaſdam *Lapideas* Claromontius *refutatus.*

De Thermis Briſtolienſibus.

Thermis communicat, quod Saxo *Mollioris* cerebri Commentum *Fungus* non credet; & *Piſces Saxatiles* ἀναπλοι evaderent, quod aquis gaudeant, quæ *lapidibus* abundant, quod communi *hominum* notioni, & Medicorum *omnium* præſcriptis adverſatur. *Inteſtina torquere* & *Hernias parere compertum eſſe* nemo dixit, qui tanquam *Canis ad Nilum* aquam *primis labiis* deguſtavit, multo *minus* qui *plenis* ſe *calicibas* proluerit, niſi *forſan* crebra aquæ ingurgitatione, *crepuerit*, & ventrem ruperit *Bonoſus*, ut *prius* ob eandem cauſam *vomitum* provocaverat. Verum qui de Aquis *Bathonienſibus* tam *egregie* philoſophatur, de Thermis *Briſtolienſibus*, *falſa*, *inaudita*, & *contumelioſa* proferre, mirum non eſt, quas *duras* eſſe, *crudas* & *graves* aſſeriut. Miſſo itaq; hoc *Nobili Davo*, ad Cl. *Mapletii* Epiſtolam ad D.D. *Bate* dudum ſcriptam procedo, ubi de Thermarum *harum* virtutibus, & effectis, *elegantius*, & doctius hoc *fungo* diſſerui.

Cautio pro Chirurgis Briſtolienſibus, *& Mulierculis Clinicis.*

Verum ut *Chirurgi* audaculi, *mulierculæ* garrulæ, & *aſtantes* frivoli, qui medicorum conſilium, *ibidem* præcipuè, flocciſaciunt, & in præcepta medica, *præſente* etiam *medico*, non raro involant, unde ægrotantes injurias *maximas* patiuntur, *Caveant* in poſterum, ex eodem *Claromontio* Hiſtoriam huc ſpectantem hic ſubnectam. Nam, *aliquiſq;* malo *fuit uſus* in illo.

De Aer. Aq. & Loc. T. A. p. 69.

Briſtolium, inquit, *Civitas eſt tota Britannia Nobilis, me per eam iter facientem Chirurgus quidam haud ſanè imperitus, & antiqua mihi familiaritate notus forte fortuna obvium habuit, manuq; prehendens, oportune inquit Te nunc habeo; itaq; niſi moleſtum eſt, veni quæſo mecum, & tuum mihi conſilium impertire: & cum dicto deduxit ad juvencalam quandam Lienoſam, & cui menſtrua jampridem non defluxerant. Tum ille Chirurgus, quid Cenſes*, inquit, *huic ne venam aperiam è oubito è*

Ego

Ego vero, inquam, *nihil minus, quin eam purgato per* De Thermis *Briſtolienſibus.*
ſuperiora. Tibi enim ante denuncio quo magis Caveas, futurum ut Convellatur ſi ſanguinem ei, non prius purgato Ventriculo, detraxeris. Crudis enim & lentis, & omnino pravis redundat humoribus. Ac ille quidem hæc audiens hæſitavit. Cæterum puella & ejus affinibus qui aderant adhortantibus ut porro pergeret, aperuit lanceola venam cubiti dextri mediam; & vix quatuor unciæ Sanguinis effluxerant, cum illa vehementer convelli cæpta, denuntiati à me infortunii eventum comprobavit. Tum vero Chirurgus me reſpiciens, trepidare, & majus aliquod malum formidare (incæpit.) *Sed odorato vino revocata eſt. Ac ſub veſperam poſtquam ei clyſtere ſunt abluta inteſtina melius habuit, deniq; medicatis potionibus ad priſtinam integramq; valetudinem eſt reſtituta. Nec vero Soli huic puellæ contigit ut convelleretur, & animo ſolveretur: me præſente & prædicente, compluribus aliis, cum viris, tum fœminis, idem evenit, quorum caſus commemorare non eſt Noſtri inſtituti.* Sed ad Epiſtolam *Mapletii.*

Ad D. D. *Bate*, Medicum *Londinenſem.*

Vir præſtantiſſime,

" PRæſcripto die, quem Tabellionis nuperi ad *Lon-*
" *dinum* recurſu, Tibi indicavi, exivit urbe, *Briſto-*
" *lienſium* Aquarum noſtra Nobilis magis quam Stre-
" nua *Potatrix*, &c. Quam ſecuta methodum, &
" quibus inſtructa adminiculis, generoſior illa domina,
" in uſu Aquarum perſtitit, ſat, ne ſim in iſtis mo-
" leſtior, ſuperiores literæ demonſtrarunt. Quem
" tamen pepererunt effectum, utq; vires ſuas exerue-
" runt, tot Hauſtus aquei, nunc libet paulo auctius
" adjicere. Præterquam enim, quod *facultate media-*
" *criter purgante, manifeſto fuerunt præditæ*, virtutem
" inſuper,

De Thermis Briſtolienſibus.

" inſuper, ad pauciores ſaltem horas, *refrigerantem*, " Aquæ explicuerunt. Sed *Calculi* expulſionem, in " quam mentes ferme omnium intendebantur, multo " *minùs* promoverunt. Memini autem in iſto Aqua- " rum præſidio, *Refrigerium* unicè, non Calculi " *propulſionem*, Te quæſiiſſe, atq; Hæc ipſa prioribus " diebus quæ fuit *parca*, ſub bibendi finem, *nulla* " contigit. Coralliarium proinde illud pene auſim " inferre, *Dominam noſtram Renum Calculo haud eſſe* " *afflictam*, quùm ad Arenularum ac lapidum detur- " bationem, *quæ tam potenter valent Aquæ*, nihil " denuo ad eum finem, ne *diu* inhauſtæ, profecerint. " Addi etiam poteſt, Dominæ in *Renali* regione fæ- " vientem Dolorem auctiorem eſſe, quam ſolet " ibidem repoſitus *lapis* creare. Dolorem perſentit " ægra, *interno* cum dolore conjunctum, & ſeſe ad " *viſcera* interdum, & *Uteri* ſpatia, diffundentem, " atq; ut ipſa loqui amat, *evibrantem*: qui forte non " eſt proprius *Calculi* dolor.

" Porrò, cum *earundem* Aquarum vim Sanativam, " *quæ certe admodum eſt illuſtris*, mecum in animo " contemplor : neq; *Renum Ulcere* aliquo vexari " *Ægram* noſtram, rurſus auſim concludere. *Vidi* " enim *minori*, *quam quo Noſtra Aquis aſſuevit*, *Tempo-* " *ris ſpatio*, *ſubitaneo tanquam miraculo perſanata*, *Par-* " *tium Externarum Cancroſa Ulcera*, *quæ crediderim* " *equidem Inſanabilia*. *Lota ſcilicet quotidie tepidi* " *Fontis iſtius unda*, *quæ cum impetu per fiſtulam arbo-* " *ream ante decurrit*, *quam ſtratum ſubtus pavimentum* " *feriat*, *& Fota poſtmodum linteo quadruplicato unda* " *eadem madido*: *prima ſtatim vice*, *ſolamen lene per-* " *ceperunt*, *poſtea detumuerunt*, *deinde colorem paulatim* " *immutarunt*, *tandem in laudabilem Carnem Coaluerunt*. " Quin & aliquot *ejuſdem* Aquæ hauſtus, *Ulceribus*

" infecti,

"infecti, diebus ſingulis, ad *Curationem* peractam "uſq; pro *arbitrio* aſſumpſerunt. Quod ſi *Fons* iſte "tantum poſſit *exterius*, in *malignis* ac *fœdiſſimis* Ul- "ceribus eluendis & extirpandis: quid impedit, quo "minus ad *Renum*, ſi qua adſint, curanda Ulcera, "*intus valeat*? *&c. vale*, Vir Clariſſime. *Bathoniæ*. "Anno ſalut. CIↃIↃCLV. De Thermis *Briſtolienſibus*.

Idem etiam ad literas D. D. *Creyghtonii*, Eccleſiæ *Wellenſis* tunc Temporis *Decani*, poſtea *Epiſcopi*, Renum etiam, & *Veſicæ* calculo afflicti, Data *Aquis Calidis*, 3. Calend. *Oct.* 1688. Reſponſione, poſt remedia varia propoſita. "Sin ab iis parum proficias certe ut *Te-* "*pentium* Aquarum D. *Vincentii* rupe prope *Briſtoli-* "*enſes* effluentem, potationem aggrediaris autor ſum. "*Iſtæ, nimirum, Aquæ ad Renum & Veſicæ affectus,* "*quovis modo oriundos, præclaræ medelæ opem afferunt.* *Vires ad Renum & Veſicæ Calculum.*

Item ad *ejuſdem Decani* literas Reſcripto Dato *Briſtolii*, 10 *Januarii* CIↃIↃCLXVIII. "Conſilium "etiam de ſcaturigine nobis *Briſtolienſibus* vicina, "liceat Tibi recoquere & rurſus hortari, ut quas "Rupes *Vincentiana* effundit, ſavente cœlo ſub redi- "tum *veris* benigniori, medicè *potare* Aquas non "recuſes.

Imò, *Tertio* ad *Decani* literas, Idibus *Martiis*, 1688, ſcriptas, Reſponſo, *Briſtolii* Dato, 7. Cal. *Aprilis*, 1689. "Ad Rupem *Vincentianam* Tibi confugien- "dum eſſe arbitror, è qua proſiliunt Aquæ *Renibus*, "& *Veſicæ*, ſive *calculoſis*, ſive *exulceratis* ſuccurrere, "nec non Sanguinis maſſam contemperare, & ab illa "ſegregandam urinam *lenire*, & *edulcorare*, aptæ "natæ. Harum vires *Tecum* forſan experietur Nobi- "liſſimus Gener Tuus *Poulettus*, & ſe Tibi combi- "bonem præbebit. Nolim periculi quicquam ab "earum *potatione* metuas, cùm ὑδροπισίαν iſtam per

"*Veterum*

De Thermis Briſtolienſibus.

" *Veterum* heminas, Febrium incendia extinguentium,
" non ſis dimenſurus, neq; ad Regionum *ferventiſſima-*
" *rum* conſuetudinem, qui Cælum hauris *multò* cle-
" mentius, poculorum Tuorum numerum revocatu-
" rus. Item Epiſtolâ quadam ad D.D. *Wall. Celeberan-*
tur & Briſtolii, Tepidi fontis, è præfracta rupe ad Am-
nis Marginem ſuſpenſa, profluentes aquæ deq; viſceribus
Terræ, quam dilapſu proluunt, creduntur facultatem
Nephritice affectis, & intemperatis renibus, amicam
advehere. Divi Vincentii *nomen, petroſum illud præ-*
cipitium accepit; Fons autem ipſe de Rupe Cognominatur.
Hujus nempe aquas quoties reciprocus Maris æſtus locum
& aditum concedit, vacuis venis potare largiter, præci-
puum eſt inſtitutæ jam noſtræ medicationis caput; effodi-
untur non ita procul inde viles Lapilli, ſed prætioſiſſimis
tam fulgore quam colore æmuli; adeo ut illorum virtute
ſimulata, ſibi facile imponi patiantur inſcii. Ego vero
& Aurum *iiſdem de rupibus erui poſſe confido; aut etiam*
Aquam, cryſtallina quæ jam aliis fluit, mihi Argenteam
futuram.

Succedit tandem Cenſura *Tobiæ Venneri* M. D. *quondam* Bathonienſis, quam *ſine* cenſura, in *puris Naturalibus*, Lectoribus exhibeo: " Aqua Rupis
" D. *Vincentii* Subſtantiæ puriſſimæ, cryſtallinæ,
" *Cryſtallinorum* & tranſparentium lapidum pretioſo-
" rum in rupibus *copioſe* inventorum, æmulæ exiſtit,
" non *minus* odore, & guſtu, commendatione digna;
" *quam* colore, & Subſtantia amabilis. Temperaturâ
" Totius *Angliæ* reliquas ſuperat, inter calorem &
" frigiditatem fere media. *Ferè*, inquam, quoniam
" ad *hanc*, magis quam ad *illum*, inclinare videtur;
" unde in viſcerum *inflammationibus* extinguendis
" efficacior evadit; temperamenti tamen *optimi* rati-
" one, *Ventriculo* non ſtatim inimica, ſi in deteriori
" ſtatu

Via Recta *ad vitam* Longam *p.* 333.

"ſtatu à *frigore* non ſuerit. A *Sulphure* & *Nitro*,
"utroq; exiguo, facultates ejus *medicinales* recipit.
"*Sulphur* non abundare *inde* cõlligitur, quod aquæ
"calor *obſcurus* ſit, eaq; ipſa *vix* Tepida. *Nitri* pa-
"rum ineſſe patet, præter probationem, quoniam à
"curioſo, & perito ad propoſitum palato, *guſtu* vix,
"ac *ne vix* quidem percipi poſſit. *Quin Aqua hac*
" *Mineralia quædam alia utilia participet nullus dubito,*
" *quod futuræ indagini, & commodius habitantibus re-*
" *linquo.* Quæcunq; autem *Mineralia* in aquæ hujus
"gremio latent, ſufficit quod *duo* adeo præſtan-
"tia, qualia *Sulphur* & *Nitrum* contineat, & *ita* qui-
"dem miſta, ut temperamentum, & facultas ejus
"Medicinalis aquis *cæteris* præluceant, ut in ſequen-
"tibus apparebit.

Inflammationibus itaq; omnibus internarum partium po- Virtutes ad
tenter pene frigidam ſuffundit, neq; ventriculo ut dictum mentem Ven-
ſubito inimica, ut aquæ cæteræ exiſtit, qualitate etiam neri.
mundificante miti eſt prædita; unde Ventriculi ardoribus, Cardialgiæ, Hepatis & renum inflammationibus, & humoribus aduſtis efficaciter ſubvenit. Jocineribus *calidis, laborantibus, vultuq; rubente & puſtuloſo; Inteſtinorum Siccitate & renum obſtructione afflictis, ſuccurrit,* Hepate *calido tentatis, cum cryſtallo Minerali, non ſine optato ſucceſſu, propinavi, ſicut in inflammatione etiam & obſtructione renum.* Renum *enim affectus, non ſolum inde levamen acceperunt, verum etiam magna arenæ, & materiæ fæculentæ obſtruentis copia evacuata fuerat.* Calculo *autem,* Stranguriæ, & *purulentis* renum *Ulceribus apprime convenire hinc apparet, quod virtute mundificante, & abſtergente polleat. Saccharum autem, aut adjunctum aliquod bonum & efficax, cum eadem miſcere non erit incommodum, ut ad partes affectas tranſitus celerior fiat. In Ulceribus etiam Inteſtinorum utilis eſt,*

De Thermis Briſtolienſibus.

modo cum adjuncto aliquo convenienti, ut Mel Roſar. &c. ſumatur, quod curſum ſuum a venarum oſculis avertat, & tranſitum per inteſtina ad anum rectà promoveat.

Verum Thermarum *harum* uſum, & Examen *ulterius*, Doctiſſimis iſtius loci Medicis, Mihi, præ cæteris, notiſſimis D. D. *Thomæ Harbeckio*, & *Gulielmo Turgeſio*, jam relinquo; quorum *veniam* peto, & *hanc veniam petimuſq; damuſq; viciſſim*, quod in *illorum* meſſem *meam* falcem immiſerim.

CAP.

De Thermis Buxtonenſibus.

CAP. XVIII.

De *Thermis* Buxtonenſibus.

Capitis Summarium.

Thermarum Buxtonenſium *ſitus & dimenſiones. Ambitus inſtar* Crucis *Balnei* Bathoniæ. *Ratio Nominis.* Buckſton. Buckſtand. Buckden. Buckland. *Thermæ* olim *Clariores. Thermæ* Tepidæ *aut* Subtepidæ. *Fontes* frigidi *Novem. MARIAE* Scotorum *Reginæ* Diſtichon. *Deſcriptio accurata* Liſteri. *Thermarum* uſus. Simpſonius *refutatus. Virtutes plures* è Joneſio. Hobbeſiana *Carmina.*

UT in Auſtralibus *Angliæ* plagis Thermæ *Bathonienſes*, & *Briſtolienſes*, ita in Septentrionali *Anglorum* ora Thermæ ſunt à *Buxto na*, oppido in agro *Derbienſi*, *Buxtonenſes* vocatæ, & S. *Annæ*, ut quidam, dedicatæ, quæ intra ædificii *cujuſdam* venuſti partem comprehenſæ & in *viginti quatuor* pedum longitudinem protenſæ, & *duodecim* pedes cum *Semiſſe* latitudinis dilatatæ, *Crucis* Balnei apud *Bathonienſes* ambitum fere æquant. A *Cervis* Thermæ locuſq; *nomen* obtinuerunt, & ſcribi debet *Buckſton*, i. e. *Cervorum oppidum*; aut, forſan, *Buckſtand*, à *Cervis*, qui è ſaltu adjacente ad potandum, hoc in loco, *ſtare* ſolebant; quod eo redditur Similius vero, quòd aqua hæc frigore nunquam congelata (ut à Doctiſſimo Domino *Thomâ Delues* Baronetto relatum habui) ad potantium *Cervorum* uſum, erat ſemper accommoda.

Thermarum Situs.

Fullerus.

Dimenſiones.

Ratio Nominis.

De Thermis *Buxtonenſibus.*

Porrò *tres* literæ c k s, communi pronunciandi modo, *unâ* X continentur.

Buckden *Palatium Epiſcopi* Lincolnienſis.

A *Cervis* etiam *Lincolnienſis* Epiſcopi Palatium intra Comitatum *Venationum*, vulgò *Huntington*-ſhire, nominatur *Buckden*, ſive *antrum*, aut Conventus *Cervorum*. Sedis hujus præſens *Epiſcopus* eſt Doctiſſimus Senex *THOMAS BARLOW*, *quondam* Reginalis *Collegii* Præpoſitus *Oxoniæ*; Bibliothecæ *Bodleianæ* meritò celeberrimæ *Proto-Bibliothecarius*; & in inclytâ *Academiâ* pro D. *Margaretâ* S. S. Theologiæ *Profeſſor* Publicus; cujus *Amorem* ergà me, & *Thermas Britannicas* Singularem, hoc in loco *aptiſſimè* Commemoro.

Buckland *in agro* Hantonienſi.

Ità *Joannis Button* Armigeri ſedes in ſaltus, dicti *Novi*, auſtrali ora, prope *Lymington* in agro *Hantonienſi*, vocatur *Buckland*, à *Cervorum* & *Damarum* copia, quæ è ſaltu magno, qui *Novus* audit, in agros vicinos deſcendere ſolebat.

Hæ annis ſuperioribus *clariores* evaſerunt, *nuperis* autem *Bathonienſium* Thermarum creſcente fama *obſcuriores*, & Aquæ etiam *frigidæ* miſtura *minus* efficaces, fere in deſuetudinem abierunt, adeo ut ad *Auſtrales* Thermas *Septentrionales* etiam ægri *jam* accedunt.

Thermæ Subtepidæ.

Iſtarum aqua *vix* Tepida infra *Crucis* Balnei calorem ſubſidet, & Thermarum *Briſtolienſium* Teporem æmulatur. Honoratiſſimi autem Domini GULIELMI CAVENDISH Devonienſis *Comitis*, ad quem hæreditario jure pertinent, auſpiciis, *Thermæ* antiquam famam recuperare poſſunt, & ad nitorem *priſtinum* & forſan gloriam reſtitui. Has *Gulielmus* Devoniæ Comes, præſentis *Pater*, ut & *ante* illum *Georgius Talbot* Salopiæ *Comes*, ſæculo *ſuperiori*, ſumptibus ſuis, *ſuo* Tempore ornarunt.

Devonienſis *Comitis fundi pars.*

A quibus Ornatæ.

Verum

De Thermis *Buxtonenſibus.*

Verum quoniam *longius* remotæ, ſub notitiam meam *aliter* quam fama, & *quorundam* ſcriptis, (inter quos *Gulielmus Camdenus*, Doctiſſimus *Angliæ* Antiquarius, in ſua *Britanniâ*, in agro *Derbienſi*, quædam videns annotavit,) nunquam ceciderunt, ad *Joannem Joneſium* Cambro-Britannum, qui *præcedente* ſæculo *illic* Medicinam fecit, & de iiſdem *Tractatum* brevem ſcripſit, *Anglorum* dialecto, Titulo *Beneficii Buxtonenſis*, Subſidio ſuo *Bathonienſi* annexum, Anno MDLXXII. in lucem editum, Lectorem *Anglicum* jam remitto. Nobis autem *hoc* in loco iſtarum Thermarum *nomen*, inter *Thermas Britannicas*, in Britannicarum Thermarum *Hiſtoriæ* complementum, memoraſſe ſufficiat, donec obſervationes futuræ, *propriæ*, aut *Communicatæ*, ad capitulum in *Caput* augendum, cum *Icone*, favente DEO, materiam ſuggeſſerint. Interim, quæ de Thermis *hiſce* à probatæ fidei *Autore*, & oculato teſte, ſcripta ſunt, audi.

Joneſius *de iiſdem ſcripſit Anglice*, *A. P.* 1572.

In agro *Derbienſi.*

Camdeni verba ſic ſe habent: *Ad Vagæ fluminis oſtium haud procul abhinc aquarum frigidarum fontes novem ſcaturiunt, locuſq; hodie vocatur* **Burton-Wells**, *cujus aquam Ventriculo, Nervis, Totiq; corpori amicam, experientia compertam*, GEORGIUS *Salopiæ Comes, ædificiis nuper honeſtavit, & jam Generoſorum, & Nobilium concurſu incipit famam priſtinam recuperare.* MARIA *Scotorum Regina*, & JACOBI *Primi mater, cui Thermis his intereſſe placuit, illis hoc Diſticho valedixit*:

Buxtona, *quæ Calidæ celebrabere nomine Lymphæ,*
Forte mihi poſthac non adeunda, Vale.

Quod verò hæ aquæ *Veteribus* innotuerint, *via Regia*, ſive Platea lapidibus *alte* ſubſtratis conſtans, dicta

De Thermis *Buxtonenſibus.*

dicta **Bath-Gate**, à *Burgho*, viculo 7. millia paſſuum à *Buxtonâ* diſtante, ad *Buxtonam* ducens manifeſto, aperte declarat. Ità viam *Regiam* à diverſis *Angliæ* locis *Saxonum* tempore ad *Bathoniam* tendentem, vocarunt Anglo-Saxones **Akeman-ſtreet**, ut in *Antiquitatibus Bathonicis* dicendum reſtat.

Succedit *Liſterus*, qui aquas Tepidas *Derbienſes* vocat:

Aquæ *Tepidæ* Derbienſes,
Buxton-Wells, dictæ.

Liſter *de Font. Med.* Angl. *Exerc. prior. cap. 4. in fine. p. 46.*

Aliæ autem, inquit, *ſiquæ Thermæ apud Nos, ex in agro* Derbienſi *inventæ ſunt: ex iis autem, quæ* Buxton Wells *vulgo audiunt, ipſe vidi*; & Tepidæ *quidem* Aquæ *ſunt. Is autem Fons inſignis eſt, & multa aqua decurrit; ipſe autem Fons fornice ſatis amplo includitur ad commodiorem Balneationem, perinde ut in maxime calidis Regionibus quantum obſervavi, mos eſt* (*de* Aquis Sextiis *Gallo-provinciæ aliiſq; tranſmarinis teſtis oculatus loquor*) *& minime Sub dio*, ut alibi * *apud nos admodum inſalubriter fit. Fornicem autem ingredienti aer admodum tepidus ſentitur, & niſi ex altera parte ædificii feneſtra ſemper, certe interdiu, aperiretur, loci tepor alicui facile ferendo non eſſet, ubi autem paries libero aquæ exitui patet, vaporem, fumi inſtar, etiam diebus æſtivis ſolſtitialibus, ſummæ aquæ inſidentem conſpicere licet; illud tamen verum eſt, aquam nemini ſub prima immerſione admodum tepidam videri; & à paucis momentis miraberis te non ante illam calidam ſenſiſſe, adeo tam tepore jucundo te per omnia membra blanditur: item, ſi pedem nudum aquæ ebullienti* (*quod pluribus Balnei locis fit*) *ſuperinjicias, illam tepidam manifeſtè ſenties. At maximam anni partem, præcipue brumæ, vehementer fumat.* Præter

Fons fornice *incluſus.*
* Bathoniæ.

Aqua ſub primum ingreſſum haud Tepida *videtur.*

De Thermis Buxtonenſibus.

Præter hunc autem fontem fornice circumductum ſunt & alii nonnulli tepidi prope erumpentes; quorum unus appellatur Sancta Anna Buxtonenſis, *de quo quidem bibitur, & vomitum movet, ſi de eo plurimum ingurgitetur.*

S. Annæ Buxtonenſis *Fons.*

Hi autem Fontes è lapide ſciſſili nigricante ſcaturiunt, cui fere carbones foſſiles ſubſunt; & in montibus quidem ad meridiem occaſumq; altero tantum miliari diſtantibus, iidem etiamnum ad uſum effodiuntur. At id ex rivuli vicini ripis, ipſoq; clivo, cui ipſæ ædes ſuperſtruuntur, ſi diligenter rem attendas, Tibi liquido comſtabit.

E Sectili lapide nigriante *fontes ſcaturiunt.*

Hi autem fontes limpidiſſimi ſunt, vixq; ullum lutum demittunt, & atramentoſi, certe æſtate, non ſunt, & tamen metallum aliquod, ferrum puta, plane ſapiunt.

Fontes limpidiſſimi *ſunt* & ferrum *Sapientes.*

Ex Triginta duabus autem libris utriuſq; Fontis ad ſiccitatem coctis, vix unum vel alterum ſcrupulum Salis babui, ſine ullis laminis lapideis, quamvis iner coquendum pulvere quodam cinereo plane lapideo, Lebetem æneum ſtanno obductum admodum infecit. Is autem Sal, maximam partem, in cryſtallos ſalis vulgaris conſtringebatur, quibus interjectæ ſunt paucæ cryſtalli lapidis calcarii. Hæc Liſterus.

Parum *Salis* communis *continent.*

Uſus *Thermarum* ad *Lavandum* maxime increbuit, quarum uſum *internum* damnat *Simpſonius* eo quod de *Sulphure Bituminoſo* participent. Verum quoniam, propter *eandem* Cauſam, Thermarum etiam *Bathonienſium* potatio illi *minus* arriſerit, quæ, annis quibuſdam *proxime* elapſis, beneficia *quamplurima* bibentibus exhibuit, argumentum iſtud contra *internum* earundem *uſum* minus valet, cujus vim, quoad *Sulphur* etiam & *Bitumen* in Thermis, *ſuperiùs* retudimus.

Zymolog. Phyſic. *c.* 2. *p.* 12. 13.

Vid. c. 12.

Quùm vero in *ſuperioribus* ſcripti cujuſdam *Joannis Jones* de Thermis *Buxtonenſibus* facta ſit mentio, in Lectoris *latini* gratiam placet hic *Notabilia* magis, ex eodem autore, *latio* donare. "Sitæ

De Thermis Buxtonenſibus.

" Sitæ ſunt in ſumma agri *Derbienſis* parte dicta " *Peke*, diſtantes ab ædificiis dictis *Chatſworth* 10. " Millia paſſuum ; à *Mancheſter* & *Market Cheſterfield* " 16. *Derbiâ*, 20. ab *antiqua* & *clara* Civitate dictâ " *Weſt-Cheſter*, Civitate *Litchfield*, & *Staffordia*, 30.

" Ab oppido ſumpſit nomen *Buxton's Well*, quod " *ita* vocatum à quodam, *Saxonum* tempore nomine " *Buxton*. Nomenclatura ſiquidam *Britannica* non " eſt ; & ultra *Hengiſti* ætatem non aſcendit. For- " ſan à *Cervorum* hic *ſtatione* pridem vocabatur " *Buckſtand*. Prior autem conjectura *magis* placet.

" Non tantum *his* diebus, ſed *plures* etiam annos " *retro*, multa ægrorum *Millia* has aquas pro *Balneo* " uſurparunt ; unde inter *Burghum* & *Buxtonam*, via " Regia, *Foſſa* dicta, apparet ſuper paludes lapidibus " ſubſtrata, dicta *Bath-Gate*, adeo antiqua, ut *omnium* " jam viventium memoriam *longe* ſuperet. Superſti- " tioſa quædam de *fonte* ſpes à locis longe diſtantibus " illos *huc* attraxit, potius quam Balnei *proprietas*, " temperatura, & qualitas, de quibus ne *cogitarunt* " quidem advenæ, quùm *nihil* unquam de *iiſdem* " dictum aut *ſcriptum* fuerat.

" Quoad Balneum *primum* & *præcipuum*, in quo " ſcatebra *calidior*, corruptione omni vacuum eſt, " ideoq; minorem *Sulphuris* quantitatem arguit, quam " in Thermis *Bathonienſibus* ; neq; magna proportione " patet *alumen* adeſſe, ut *quidam* aſſerunt. Habent " autem Thermæ *Buxtonenſes* vix *quartam* partem aut " *caloris* aut *Mineralium*, Thermarum *Bathonicarum*. " Buxtonenſes enim *Thermæ* ita ſe habent, ac ſi libræ " *duæ* aquæ Bullientis cum *octo* frigidæ commixtæ " forent ; *Bathonienſes* vero, ac ſi *octo* bullientis cum " *duabus* frigidæ ; ideoq; operationes ſuas *Buxtonen-* " *ſes* Thermæ *Bathonienſibus* minus cito ſed magis

" placide

" placidè perficiunt. Fontis Scatebræ *ſitæ* ſunt in valle, De Thermis Buxtonenſibus.
" juxta rivum, in quem decurrit, ubi, in *concurſu*,
" ab una rivi parte aqua *calida*, ab altera parte, Fontis Buxtonenſis Situs.
" *frigida* ſenſim percipitur, quæ poſtea evadit *ita*
" commiſta, ut per *quartam* milliaris partem, tem-
" peſtate *frigidiſſima*, cum aqua rivi miſturam ſuam
" prodat. Quod Scatebrarum iſtarum caloris *vires* Scatebræ Tres
" arguit, quæ *tres* præcipue, eæq; *præſtantiſſimæ*, & præcipuæ.
" ad varios morbos, & ægritudines *valde* proficuæ
" obſervantur.

" Sunt etiam præterea *quinq*; aut *ſex* aliæ Scaturi- Quinq; aut Sex aliæ.
" gines, tametſi non ita utiles, ac illa quæ *primam*
" diximus. Sin autem *terebræ* quædam, iis haud
" diſſimiles, quæ apud rerum *Mineralium* inveſtigato-
" res ſunt in uſu, fuerint adhibitæ, quæ ad ſcatebras
" *frigidas* uſq; penetrarent, & *mixturam* cum aqua
" *calida* avertendo prohiberent, omni dubio procul
" *magis* utiles, & *excellentes* evaderent, eo quod in-
" firmitates *frigidiores* aquæ *calidiori* cederent facilius.
" Certe ut *pes* meus Scatebram *calidam* premit *unus*,
" ita *alter* ſuper *frigidam* ſe figeret. Imo digitum
" *unum* ponerem intra *hanc*, & *alium* intra *illam*, præ-
" ſertim inter ſcatebras *inferiores*. Tametſi altera-
" tionem aliquam, licet non æq; *magnam*, aut
" *æqualem*, ſenties ubiq;

" Juxta Scatebram *majorem* & *præcipuam*, inter
" Rivum & Balneum, *ædificium* nobile apparet quadri- Devonienſis Comitis ædificium Nobile, juxta Balneum.
" laterale, ex *quatuor* cubiculorum ordinibus conſtans
" pulchre concinnatum cum *officiis*, ſive locis quibuſ-
" dam ad officia domeſtica apparatis *infrà*, ſuprà, & *cir-*
" *cumcircà* jacentibus, una cum *magno* Cubiculo, & aliis
" (in *Hoſpitum* uſus) ad numerum 30. ut non tantum
" *oculum* delectant, ſed ad uſus *Magnatum*, *Nobilium*
" & *Generoſorum*, aliorumq; præſtò ſint. Imo ſortis

De Thermis Buxtonenſibus.

" *infimæ* homines *cubilia*, *lecta*, & *Stromata*, in illo-
" rum commoditatem aſſignata habebunt. Balnea,
" etiam *ſedilibus* circumornata, ab ambiente *aere* tuta,
" cum *focis* & *caminis* ad veſtimenta circa Balnei latera
" caleſacienda, *aliiſq*; apprime neceſſariis decenti-
" buſq; Terra etiam ab *unâ* parte lapide *Calcario* pluri-
" mum abundat.

Thermarum Vires & contenta.

" Quoad *Vires* Thermarum & *Contenta*, Balneis
" *Piperinis* Germanicis ſunt ſimillimæ, certe *Dulcedo*
" aquæ, & complacens ſapor mineram *magis* excel-
" lentem arguit, quam illa ſive *Sulphuris*, *Aluminis*,
" *Bituminis*, *Ferri*, *Cupri*, aut *alterius* alicujus ſimilis,
" nam tunc in *potu* perciperetur ſapor, ſed in his *nihil*
" tale invenies, ſed *quiddam adeo pulcrum*, *adeo placens*,
" *adeo delectans*, *ut Balneum videatur aquæ dulcis*,
" *arte paratum*, *potius quam Natura*. Effectus tamen
" *Sulphur* adeſſe declarant; ideoq; *notandum*, aquam
" *ſalſam* per arenam novam percolatam, in *dulcem*
" iterum, ſive *inſipidam* tranſire, &c.

Virtutes.

" In actionibus aut uſibus partium *depravatis*,
" *diminutis*, aut *abolitis* à cauſa *humida*, & *frigida*
" oriundis, *nihil* æq; ac *Balneum dulce Buxtonenſe* pro-
" ficuum. Quod effectum reddit tam partes *rarefa-*
" *ciendo*, expirationem *provocando*, ſordes *abſtergendo*;
" quam *firmando*, *conjungendo*, *conſolidandoq*; laxam,
" infirmam, & ſeparatam partium tam ſimplicium
" quam compoſitarum ſubſtantiam, membra *nimis*
" caleſacta moderate *attemperando*, nimiſq; humida
" *exiccando*; unde in morbis *omnibus* à contrario
" nimis *calore* aut *frigore* provenientibus, *Cholericis*,
" *Salinis humoribus*, *aduſtis* & *impactis* commodam,
" experientia compertum eſt. Hinc Colligimus adver-
" ſus mala inſequentia *utilia* eſſe, nimirùm, *Rheu-*
" *mata*, *febres*, *Capitis dolores*, *Nervorum infirmita-*
" *tem*,

"tem, Scabies vetuſtas, Ulcera, Spaſmos, Torpores, De Thermis Buxtonenſibus.
" Pruritus, Contractiones, Impetigines, Apoſtemata.

Quotidiana etiam *experientia* compertum, quod Thermæ *Hæ* adjumentum præſtent

I. Mulieribus, *quæ ob humiditatem* nimis *abundantem, aut intemperiem contrariam, ad* concipiendum *minus aptæ ſunt.*

II. *Quibus* fluor alborum *eſt moleſtus, aut illis quæ nimis* aqueis *abundant.*

III. *Viris infirmis ad* generandum *ineptis.*

IV. Priapiſmo *laborantibus, & in* Veneris *Vorante Vortice partim Elixis.*

V. Phthiſicis, & *pulmonum* Ulcere *tentatis.*

VI. Sanguinem Vomentibus, (*Probatum.*)

VII. *Ad inflammationem* Hepatis *ſumme proficuæ.*

VIII. *In calore* nimio, & renum *obſtructione.*

IX. *Ardore Urinæ* vexatis.

X. Teneſmum, *ſive cum dolore ad excernendum conatum curant.*

XI. Gonorrhæam *ſiſtunt :* hæmorrhoidas *ad meliorem ſtatum cito reducunt.*

XII. *Menſes* nimium *profluentes* multum *juvant.*

XIII. Singultum *tollunt.*

XIV. Vomitum *Comprimunt.*

XV. *Obſtructiones* Hepatis & Lienis *aperiunt.*

XVI. Aſthmaticis *juvamentum affert.*

XVII. Lienis & Hepatis *fluxus* mire *corrigunt.*

XVIII. Chloroſin *perfectè ſanant.*

XIX. *A Cute Maculas, ſive* Ephelides, *ſive* Lentigines, *citò expellunt.*

XX. *A* Calculo *Tuto defendunt,* & ſanos *in bono Corporis & valetudinis ſtatu,* diutiſſime *conſervant.*

Hic Thermarum *harum* ſtatus erat ſæculo *ſuperiori,* nuper vero *Bathonienſium* Thermarum *creſcente*

De Thermis *Buxtonenſibus.*

ſama & aqua *frigida* calorem nimis *ibidem* attemperante, in *deſuetudinem* fere, ut *dictum*, abierunt, adeo ut *Septentrionales* ægri ad *Auſtrales* Angliæ *Thermas* jam accedunt; *Patroni* autem *Honorabilis* valde munificentia *caput ſuum* poterant *iterum* efferre, & magno *Septentrionalium Anglorum* emolumento, qui *longis* & *laborioſis* itineribus, magniſq; ſumptibus, Thermas petunt *Bathonienſes*, ad nitorem *priſtinum* & *antiquam* gloriam reſtitui. Interim Thermæ *Bathonienſes* ſive Aquæ Solis, Solis *inſtar*, Solæ Totius *Angliæ*, *Walliæ*, *Scotiæ*, & *Hiberniæ* miſeris ægris Solamen petentibus, adjumentum ſuum non minus *utiliter* quam *glorioſe* ſuppeditant. De Thermis *Buxtonenſibus*, earumq; *Virtutibus* Thomas Hobbes *Malmsburienſis*, de Mirabilibus *Pecci* ludibundus *ità* cecinit.

Hæc reſoluta Senum *confirmat membra trementum,*
Et refovet Nervos *lotrix hæc lympha gelatos,*
Huc infirma regunt baculis veſtigia Claudi,
Ingrati referuut baculis *veſtigia ſpretis*;
Huc Mater *fieri cupiens, accedit* inanis,
Plenaq; *diſcedit, puto, nec veniente* Marito.

Fuller. *Her. Angl. Hiſt. in agr.* Derb.

Celebratur *hæc aqua* ob præſentiam MARIÆ *Scotorum* Reginæ, quæ beneficia magna *inde* recepit.

Et quidem hæc de Thermis *Septentrionalibus* (alterâ Thermarum *Angliæ* Sorore) *remotis* licet, & *longe* diſtantibus, habui dicenda.

Caput claudo cum *Mariæ* Reginæ verſiculis me moratis, nonnihil immutatis:

Buxtona, quæ Calidæ *celebrabere nomine* Lymphæ,
Interdùm poſthac* *fors adeunda, VALE.*

* Forte.

CAP.

CAP. XIX.

De *aquis Medicatis frigidis* Sendenſi, & Paulſholtenſi, *apud* Wiltonienſes.

Capitis Summarium.

Senenſis, *aut* Sendenſis *aquæ Medicatæ* ſitus. *Examen. Aqua* purè *chalybeata. Virtutes. Aqua ferrata* Paulſholtenſis.

PAri à *Bathonia* diſtantiâ ac *Briſtolienſis* aqua, abeſt *Senenſis* in agro *Wiltonienſi*, à villa dicta *Sene*, ſive ut in Rotulis Vetuſtis apud Turrim *Londinenſem* Scribitur, *Send*, ſic nominata. Eſt autem *Sene*, ſive *Sende*, quâ voce antiquiores incolæ *Arenam* vocitabant, Villa ædificiis venuſtis ſatis conſtans, *tria* circiter Milliaria ab oppido dicto *Deviſes*, in Comitatu prædicto, ſuper monticulum *arenæ* cujuſdam *rubræ* conſtituta, infra quam, ad *trium* aut *quatuor* pedum profunditatem, *Ferri* minera præſtantiſſima obſervatur, quæ *toti* monti communis, fabrorum *Ferrariorum*, præſertim vero *Georgii Newton*, periti *nuper* apud locum artificis, arte probata, in optimi *ferri* materiam evaſit. *Situs.* Sheynd, *alias* Send, *Anno* 11. *Ed.* 1. *Kalendar. Comit.* Wilton. *p.* 4. *A.* 1213.

Intra villam *hanc*, in prato juxtà domum *Edvardi Sumner* Generoſi, Scaturigo haud procul a via regia, plane *Regia* erumpit, quæ *Pavonis* cauda tecta Terram, lapides, & vicina quæcunq; alias *luteo*, alias *rubicundo* colore ſaturatius tingens, *ferrum* in ſe contineri aperte proclamat. Aqua hæc Examini ſubjecta *Aqua* ferrata.

27.

De Aquis Medicatis *Senensi & Paulsholtensi* frigidis.

Examen *Aquæ.*

27. *Octobris* MDCLXXXVI. in ædibus D. *GUALTERI LONG* Baronetti, dictis *Whaddon*, a fonte haud longè remotis, ex *halitu* ferri & *embryonata* ejusdem materia, in Solutis principiis, constare videtur. Sedimenti *parum* in se continet, quod *primævam* ferri indolem *mollem* retulit priusquam in Mineram, ut in *aliis* circumjacentis Terræ partibus, *Solidius* durescit. Salem fere *nullum* exhibuit, & *Diuretica* facultate prædita, alvum laxare *haud* consuevit. Gallarum pulvere (aut particula) adiecto, in *atramenti* colorem *dictum factum* mutatur, in quem *Saturatè* Purpurascens Color primo *Statim* transit. *Anno Domini* MDCLXVII. *Joannes Aubrey*, Wiltonienſis *Armiger*, & Regalis Societatis *Socius*, Sedimentum, & Aquam etiam ipsam, *Regalis Societatis* Conventui Celebri *Primus* exhibuit, ubi, Medicis etiam celeberrimis Præsentibus, *unanimi* calculo approbata, virtutis suæ *Testimonium* obtinuit. *Senensis* Aqua cum gallis, post Milliariorum *octoginta* Vecturam, in ipso Conventu, *claretti* Saturatioris colorem, *æstate* etiam *media* induebat, licet 30 die *Octobris* instantis annis 1686, post *trium* dierum spatium, quo a Scaturigine, me præsente, sublata erat, gallis *Londini* additis, colorem suum naturalem Aqua *parum* mutaverit; verum lagena vitrea eadem mecum rheda vecta, & *interdum* aperta, imo *Semi-plena* tantum, in causa esse poterat.

Porrò 27 die *Augusti* A. D. MDCXC in ædibus D. *Gulielmi Horton* de *Broughton-Gifford*, aquas istas ad examen *secundò* revocavi, & è fibris IV Sedimenti ferruginei *scrupulum* plus minus *unum* obtinui. Salem *fere* nullum inveni, eumq; *solum* qui *Ferrum* Comitatur, & *Vitriolum martis* appellari consuevit, qui deliquium *ægre* passus, chartam involventem *vix* humectat, linguam autem *stipticitate* quadam ferit,

ſerit, & palato ingratus, *nonnihil* moleſtiæ creare obſervatur. Hæc in aqua Scatebræ *ſuperioris* notavi. Aqua ſcatebræ *inferioris* Tenuior eſt, nec ea quantitate *ferrum* continet, quâ *ſuperior*. Color cum gallarum additione *non* purpureus, aut nigro-purpureus, ſed *rubicundus* evadit. Diſcrimen etiam apparet in *colore* ſedimenti, qui ſecundum mixturæ mineralis gradum, *varius* oboritur. Notandum etiam, *inferioris* ſcatebræ aquam poſt XLVIII. horarum ſpatium tingendi facultatem cum gallis *omnino* amiſiſſe. Die autem XXVIII. ſequente, *viz. apud locum* inter Scatebram *Superiorem* & *Inferiorem* tingendi cum gallis *diſcrimen* obſervavi. De Aquis Medicatis *Senenſi* & *Paulſholtenſi* frigidis.

Aquam *hanc* medicatam inter præſtantiſſimi generis *Ferratas*, Chalybeataſve, numerare *non* dubito, & in *viſcerum*, & *Meſenterij Obſtructionibus*, *Flatu Hypochondriaco*, *Renum*, & *veſicæ morbis*, & *Tabidis etiam Hectica febre laborantibus*, utiliſſimas fuiſſe, a fide dignis me accepiſſe confiteor Imo Thermis *Bathonienſibus*, aut *Præcedere*, aut *Succedere*, prout opus fuerit, Clariſſimi Medici, in *Conventu Solemni* memorato, aptiſſimam judicarunt; de qua *plura* Scribendi occaſio forſan dabitur inpoſterum; hæc vero de Aquâ Medicatâ *purè* Chalybeatâ, *nulli apud* Anglos *frigidæ in ſuo genere ſecundâ*, hoc in loco dixiſſe ſufficiat; cui *potandæ* Thermarum *Bathonienſium* aqua prius *intus* ſumpta præparando *optime* inſerviat, dein, finita bibendi methodo, Thermarum prædictarum uſus *externus*, ut *maximè* accomodus, ità ſumme utilis, & proficuus eſſe poſſit. *Aqua* pure *Chalybeata*. Virtutes.

Eſt & Aqua *Ferrata* altera *Paulſholtenſis*, in *eodem* Comitatu, a *Viculo* haud procul a villa *Send*, *Paulſholt* (vulgus *Poulshut* vocat) ità nominata quam *Aqua* Paulſholtenſis *frigida*.

quam de *Ferro* participare, & in prædictis affectibus utiles esse, *pronus* agnosco.

CAP. XX.

De Aqua Medicata Castellariana, *sive* Alfordensi *frigida, in agro* Somersetensi.

Capitis Summarium.

Examen Aquæ Medicatæ Alfordensis. *Contenta, & Contentorum partes. Salina, Nitrum, & Sal nigrior.* Nitrosa *à prædominio.* Non *Salina pars, Sabulum, & Argilla. Contentorum proportiones. Examen* ulterius. *Usus Aquæ, & Vires.* Epilogus.

UT versus *Occidentem*, Septentrionalemq; Civitatis *Bathoniæ* plagam (ad portas *Urbis* Cardinales respectu habito) æquali fere, ut dictum est, distantiâ, sitæ sunt Aquæ duæ Minerales, *Bristolienſis*, nimirum, & *Senensis*; hæc *purè* chalybeata, *illa* Salem, Sulphur, & calcarium lapidem cum ferro Embryonato *mista* continens; ita eâdem distantiâ duplicatâ ad *Austrum*, occidenti appropinquans, visitur medicata aqua *Afordensis* in agro *Somersetensi*, prope villam dictam *Castle-Cary*, *purè* Salina, quæ *Ferri*, ut videtur, misturam *omninò* excludit.

Mineralis Aqua *hæc* in Comitatu dicto, nota nomine Aquarum de *Castle-Cary*, vel potius, ut apud

apud Doctiſſimum *Spelman*, in *Villari Anglico*, ſcribitur *Caſtellarie*, ſi non *vitioſe*, pro *Caſtle-Cary*, quam tamen, quum ad villam minorem dictam *Alford*, & (molliori *vulgi* pronunciandi more) *Aford* pertineat, *Afordenſem* nomino, virtute *Cathartica* præ cæteris prædita, & quibuſdam *Bathoniæ* potione uſurpata, *Examen* noſtrum poſtulare videtur; quod laboris eo *libentius* hic ſuſcipio, ut quæ de *Bathonienſibus* Thermis ſuperius ſunt tradita, illuſtrationem quandam *inde*, & Confirmationem recipiant. De Aqua Medicata *Aford* denſi frigida.

Examen *Aquæ Mineralis* Afordenſis.

Puteus eſt, juxta Viam Regiam, *Tugurio* annexus, puteis communibus, quibus ad uſus culinarios domeſtici utuntur, haud diſſimilis, intra *ædiculam* ſtramine tectam, quam pro arbitrio ſuo, Putei Poſſeſſor, *ſera* obſignat. Experimentis igitur quibuſdam *apud locum* ipſum, & aqua etiam, *meâ curâ*, ad naturam ejuſdem Medicatam inveſtigandam, *Bathoniam* advectâ, quemadmodum in Thermis *Bathonicis* factum erat prius, illam ex *duabus* partibus conſtare reperio, Salina, viz. & non-Salina. *Contenta.*

Salina.

Pars Salina, *Nitroſa* præcipuè, duplam ad Salem reſiduum proportionem Servat. Aquam igitur iſtam judico *Nitroſam* à prædominio. Apparet enim *Nitrum*, Sapore nauſeo, Amarore inſigni, infrigidatione, penetratione, & in longas adeo & firmas *ſtirias* ejaculatione, ac in *Balneis* Regali, & Calido *Bathoniæ* unquam obſervaveram.

Sal nigrior.

Alter Sal *Communis*, ſed *nigrior*, ab ejuſdem Petra, aut Salina quadam *Minera* Subterranea ortus videtur, & circa Scaturiginem, è domu, in *viam regiam* refluam, ſine ignis adjumento apparet, quem aqua Salis *Satura* Sedimenti inſtar, *hic* deponit. Aquâ iſtâ Salſâ gaudentes *columbæ*, illuc ad bibendum *majori* numero advolitare ſolebant, quod *vicini* animadvertentes,

De Aqua Medicata *Afordenſi.* frigida.

Mineralem aquam *inveniendi* anſam præbuit. Hic Sal infra *Nitri* quantitatem *dimidio* fere Subſidet, & in *Teſſeris* ſive *cubis*, ſali hujus generis peculiaribus, ſe oſtendit, *Nitroſis* ſtiriis *primò* apparentibus, dein *Teſſeris* Salinis.

Non *Salina.*

Partes *non* Salinæ, *duæ* etiam ſunt, *Sabulum*, nimirum, ab iſtius coloris *petra* ortum, & Sabulum eſt *Terræ* circumjacentis *proprium*, poſt Superficiem gramineam, ſub qua terra apparet, forma *Margæ rigidæ cæruleæ*; illam vero Subter, lutum *album*, ſive ut videtur, *argillæ* quoddam genus; demum *petra*; quemadmodum αὐτόπτης Ego Teſtis *apud locum* ipſum obſervaveram. Terra, pars *Secunda* non Salina, in aqua contenta, *Argilla* eſt præcipue, de quâ modo dictum, quæ una cum Sedimento *petroſo*, proportionem Salis *nigrioris* æquat, aut quantitate paulo *majori* apparet, petra ad argillam vix *quarta* parte reſpondente.

Contentorum proportio.

E *duodecim* Congiis *Afordenſis* Aquæ libris *tribus* minus, uncias *novem*, & Drachmas *Sex* cum *Semiſſe*, contentorum Comparavi; quarum *tres* unciæ *nitrum*; Uncia *una* drachmæ *ſex*, Sal *nigrior*; Unciæ *duæ*, Argilla, & petra; Unciæ *tres* cum granis 30. *operando* deperditæ. Adeò ut Salis *Semunciam*, quilibet Aquæ *Congius* comprehendat, ſive drachmam *Semis*, libra quælibet. Partes *duas* Nitrum; Sal niger *unam* occupat. *Notandum* etiam è prædictâ Aquæ quantitate *Purioris* Salis uncias ſolum *quatuor*, & drachmas *duas* proveniſſe.

Porrò, 26. die *Septembris* A.D. 1690. Circa Salutem Præſtantiſſimæ *Dominæ*, Dominæ *Haddock*, D. *Ricardi Haddock*, Eq. Aur. Anglicanæ Claſſis præfecti *Summi* vulgò Admiralis, *Bathoniæ* occupatus, ex aquæ *Afordenſis* libris fere *ſex* Contentorum Drachmas *quatuor* cum Semiſſe

misse impurioris quasi sacchari ideâ, provenisse observavi, in quibus *Argilla*, *Petra*, & *Sal* manifesto apparuerunt. Aqua inter evaporandum *amara* admodum, & *salsa* evadebat, ut & *Lixivium* cum sale in aqua *pura* solutum. Lixivium *purum* in organis Vitreis evaporatum dedit salis *purioris* & *albescentis* drachmas *duas*, & grana *tria*. De Aqua Medicata *Aforden*si frigida.

Usui igitur *magno* Hæc Aqua Medicata esse videtur, *minori* solito quantitate sumpta, ad *refrigerandum*, *abstergendum*, *penetrandum*; *ad crassos humores attenuandum*, *incidendumq*; *acrimoniam mulcet*; *Fermentationem indebitam attemperat*, & *reprimit*. *In Scorbuto*, *Ictero*, & *obstructionibus quibuscunq*; *utilis*, & ut *verbo* me expediam virtutes *omnes* possidet, quas *Nitrosis* aquis à *Prædomino* Kircherus attribuit *Cap.* 13. memoratas. *Renes* etiam & *Ureteres* optime abstergit, per alvum humores ducit *fortiter*; Urinam & Sudores movet *efficaciter*, eò quod Mineralibus Aqua *Saturatè* adeo sit imbuta, & Salibus abundet, quod ad *miscendum* cum aqua Scaturiginum *Bathonienſium* magis aptam reddit, quæ *eadem* Salia Continet, quantitate tamen *multò* minori, ideoq; *minus* operatur; licet *effecta mala ab indebito & minus cauto aquarum istarum usu*, *imo misturâ*, *emergentia aliquando Observaverim*. *Usus Aquæ & Vires.*

EPILOGUS.

JAM verò de aquis hisce Mineralibus, *Salibus* compositi sui parte *magis* efficaci, se invicem referentibus, huc usq; verba faciens, *Thermis* nimirum, *Bathonicis* majore *Salium*, & minore *ferri* quantitate impregnatis: aquis Tepidis *Bristolienſibus*, ferro & Salibus *minùs* imbutis; aquâ Tepidâ *Buxtonenſi*, communis Conclusio.

munis Salis *parum* continente, & *Ferrum* Sapiente planius; Nec non, *Senenſi* aquâ frigidâ, *purè* chalybeatâ; & aquâ *Caſtellarianâ*, ſive Puteo frigido *Alfordenſi*, ſummo gradu Salibus *purè* repleto; ut *minoris* notæ aquas Medicatas *frigidas* in Tractatu paſſim memoratas miſſas faciam; abs harum ſingulis *ſeparatim*, aut *conjunctim*, effectus *bonos* eventuros præcor, & laudabiles. Mineralibus aquis frigidis *Anglia* ubiq; fere *abundat*, quales præter dictas ſunt, *Barnetenſis*, & *Cobhamenſis*, in agro Surrienſi; *Cumnerenſis*, juxtà Oxoniam; *Sunninghillenſis* in Comitatu Bercheriæ; *Wellingburgenſis*, in agro Northamptonienſi; *Swayenſis*, in agro Hantonienſi, juxtà *Lymington*; *Chigwellenſis*, in Comitatu Eſſexiæ; *Qualmenſis*, juxtà Derbiam; & de *Monte Sagittariorum*, vulgò *Shooters-Hill*, in agro Cantiano; aliæq; quæ in *Tractatu de Medicatis aquis* Angliæ *frigidis*, locum proprium ſibi vendicant: Subjecto autem *huic* impræſentiarum Valedico, poſtquam ad *Obſervationum* Centuriam proxime ſequentem, qui in *Provinciæ* meæ partem *maximam*, & *præcipuam*, Curioſius inquirunt, *Lectores* remiſerim, δοξολογία loco FINIS additâ,

Aquis frigidis *Mineralibus* Anglia *abundat.*

Θεῷ μόνῳ δόξα,
Bonorum Omnium
A & Ω.

OBSERVATIONUM CENTURIA,

Pleniorem in Thermarum BATHONIENSIUM naturam *Inquiſitionem* complectens, una cum *Contentis*, *Proprietate*, & *Diſtinctione* uniuſcujuſq; BALNEI inter ſe, *particulatim* Exhibitis.

REGALI SOCIETATI ad Scientiam *Rerum Naturalium* in ANGLIA promovendam Inſtitutæ Nuncupavit

Auctor

THOMAS GUIDOTT.

LONDON:

Printed in the Year of Our Lord, 1691.

OBSERVATIONUM PHYSICARUM CENTURIA AD SOCIETATEM REGIAM

Pro Scientia *Rerum Naturalium* in ANGLIA *promovenda* Institutam.

OBSERVATIONES HYDROSTATICÆ.

Observatio. I.

QUod aquæ Balneorum *Omnium* pondus æquale ferè sit; *Fervidi* autem *Balnei* aqua, istâ *Regis*, aut *Crucis*, paulò levior; quemadmodum ex observationibus *Sequentibus* luculentiùs apparet. Balneorum *omnium* ponduS.

Observatio. II.

Quod *Communi* aquâ & *Thermali*, ritè ponderatâ, Thermarum aqua *dimidio drachmæ* in *Pintâ*, sive *librâ*, præponderet. *Thermarum* aqua, & *communis*.

Observ.

Observatio. III.

Proportio Tempore gelu. Quod *Præcedens* Observatio in *congelante* Tempestate celebrata fuerit; quodq; hæc sit proportio *Tempore gelu.*

Observatio. IV.

Tempestate Sicca. Quod Proportio *magis* solita, Tempestate *ficcâ*, & gelu *non* constrictâ, sit Communis aquæ *libra una drachmæ sex*; Thermalis aquæ calidæ, *libra una drachmæ quinq*; Thermalis frigidæ *libra una drachmæ quatuor* Thermalis Frigida *unciâ unâ* in Congio *minor* Calidâ; unciâ *unâ* communi aqua *levior* calida; unciis *duabus* Frigida.

Nota,

Observationem *hanc* de *Regalis* & *Crucis* Balneis præcipuè intelligendam; & de mensuris, Ponderibus, & Trutinâ, quibus *tunc* temporis, accuratiores procurari *haud* poterant, Vid. *Observ.* XX.

Observatio. V.

Thermalis aqua calida & frigida *contra aquam* Communem, *laxa tempestate.* Quod Thermalis aqua *calida* contra aquam *communem*, æquali proportione, *bilance nuda*, diligenter ponderata, *utriusq*; generis aquæ pondus, *laxa* tempestate, *æquale* fere fuerat; in Trutina autem manens, donec Thermalis aqua *refrigueret*, Thermalis aqua *drachmas duas*, in Pinta, postulabat ad pondus *communis.* Vid. *Observat.* XX.

Observatio. VI.

Experimentum alterum. Quod experimento *altero* celebrato 18 *Nov.* 1675, tempestate etiam *laxa*, Thermalis aqua *calida*, & communis *frigida*, æqualiter pendebant; frigida vero *duabus drachmis* in pinta *minor* erat *calidâ.* Vid. *Observatio* XX.

Observ.

Observatio. VII.

Quod Tempestate *laxâ* aut *constrictâ*, Thermalis aqua *calida*, Communi aqua fontana *gravior* non fuerat. *Tempestate laxa, & constrictâ.*

Observatio. VIII.

Quod Thermalis aquæ *Pinta* eadem *duodecim horas* post exitum è Scatebris ponderata, & post horas duodecim *iterum* elapsas *denuò* trutinata, drachma *una* ponderatæ priùs, *posteriùs* ponderatæ aquæ decederat. Vid. *Observ.* XX. Decrementum ponderis 12 horarum post duodecim.

Observatio. IX.

Quod Pinta *una* (mensurâ *Vini*) Balnei *crucis* diligenter trutinata 17 *Nov.* 75 pendebat libram *unam*, drachmas *quinq;* & grana *octo*. Crucis *aquæ pondus.*

Observatio. X.

Quod *Regalis* Balnei aqua & *Crucis* æqualiter *ferè* pendebant; differentia tamen, *si qua fuerat*, erat ex parte *Regalis*, immediate ponderatæ in Antliæ *Siccæ* Camera. *Regalis.*

Observatio. XI.

Quod Balnei *Calidi* aquæ pinta apud *Regis* Balneum ponderata, & apud *Calidum*, triginta octo granis gravior erat *domi*, quam *foras*. Calidi *differentia apud* Regale, *&* Calidum.

Observatio. XII.

Quod Balnei *Calidi* pinta *duobus* Scrupulis & granis *octo* levior erat pinta *crucis*. Calidi *a* Crucis.

Observatio. XIII.

Calidi a Regis. Quod Balnei *Calidi* aquæ *Pinta*, sive *libra*, duobus & quadraginta granis *levior* erat ista *Regis*.

Observatio. XIV.

Balneorum omnium aquæ pondus apud Antlias. Quod Observationes *duæ* præcedentes factæ fuerint, Balnei *Calidi* aquâ eidem quantitati *Regalis* & *Crucis*, exactè opposita; ex *eadem* autem mensura *bis* repleta variatio ista exigua granorum *sex*, inter *Regalis* & *Crucis* aquam provenire poterat; sin autem Balneorum *Regis*, *Crucis* & *Calidi* pondus, apud, aut *juxta*, antlias proprias, æstimaveris, ut in *Obs.* 9. 10. 11. tum Balnei *Fervidi* libra *quinquaginta* & *sex* granis *levior* erat *Regalis*, aut *Crucis*.

Observatio. XV.

Calidi aqua levissima. Quod Aqua Balnei *Calidi* Balneorum omnium *levissima* sit; *Regalis* vero & *Crucis* æqualiter *ferè* pendeant, si modo *utriusq;* Balnei aqua *apud*, aut *juxta* antlias suas ponderata fuerit.

Observatio. XVI.

Ejusdem menstruum cæterorum levius. Quod *Menstruum*, sive aqua Balnei *Calidi* mineralia absorbens, *levius* sit menstruo *Regalis*, aut *Crucis*. In *libra* siquidem *prioris* Balnei, *plura* insunt Contentorum grana; aqua autem, *eadem* proportione, *levior* est ista *Regalis*, aut *Crucis*.

Observatio. XVII.

Æqualitatis ponderis inter Regis *&* Crucis *ratio.* Quod sicut *Regalis* Balnei aqua, quo *minus* margæ, eo *magis* Sabuli *Crucis* continet; ita, e contra, *Crucis* Balneum, quo *plus* margæ, eo *minus* sabuli *Regali* possideat; unde Contenta *ferè* æqualia existunt, & aquarum *pondus* etiam *æquale* sit, utriusq; menstruo pendente *æqualiter*.

Observatio.

Obſervatio. XVIII.

Quod ad *potandum* aquam in *Regali* Balneo *Antlia*, & Antlia *Sicca* extra Balneum, aquam vehant pendentem *æqualiter*; quodq; Antliæ *Siccæ* aqua illâ *levior* non ſit, quæ à *Scatebris* deſumitur immediatè. Antliæ *minimæ aquæ*, & Antliæ *Siccæ æqualis.*

Obſervatio. XIX.

Quod Balneorum *nullius* aqua Calida, *communi* aquâ calidâ *gravior* extiterat. *Thermalis aquæ* calida, *non gravior* calida *communi.*

Obſervatio. XX.

Quod Obſervationes Hydroſtaticæ *Variare* poſſint ſecundum *aeris*, *aquæ*, *menſuræ*, *ponderum*, & *Trutinarum* differentiam; quod autem, quoad Thermalium aquarum pondus, in *præcedentibus* eſt traditum, quouſq; pondera, & libræ *ad manum*, patiebantur, *accuratè* efficitur. Forſan autem *aliquando* Thermales aquas, in *minori* quantitate, exactius trutinandi dabitur occaſio, ut *Scrupuli*, *grana* & grani *partes* notentur ubiq; quod in *Obſ.* 4. 5, 6, & 8. in *rotundi* numeri gratiam, *non* factitatum confiteor, ſed in *Thermarum* contentis in *Obſervationibus* Miſcellaneis *nimirum* obſervatum.

Nota.

Quod unciæ duæ, *drachmæ* Septem, *grana* quatuordecim, Thermalis *communi aquæ granis* decem, & uatuor *levitate cedebant* 2 Sept. 87. *Scrupuli* duo, *grana* ſedecim *in libra*, *differentia. Vid.* Obſ. 5. & 6. *Vid. etiam* Supplementum *in fine.*

OBSERVATIONES CHROMATICÆ.

Obſervatio. XXI.

Quod Balneorum *omnium* aqua calida, *gallarum*, aut ſtypticorum quorundam *aliorum*, particula additâ, *gallis*, &c. *Balneorum omnium aquæ purpuraſcunt cum.*

tâ, Tincturam *purpuream* oculis, nictu oculi, exhibeant.

Observatio. XXII.

Saturatius gelu. Quod Thermalis aquæ *eadem* quantitas, *eâdem* proportione gallarum admistâ, Tincturam, *gelante* tempestate, *Saturatiorem* præbeat, quam *laxâ*.

Observatio. XXIII.

Antliæ novæ, & siccæ, tingunt æqualiter; apertî autem Balnei aqua nequaquam. Quod Antliæ *novæ* aquæ Potabilis *in* Balneo, & *Siccæ* extra Balneum, tincturam *æqualem* exhibeant; ipsius autem Balnei aqua in *Propatulo*, tincturam cum gallis *nullam* præbebit.

Nota.

Balnei pleni aqua non; implentis, ita. *Observationem* hanc *de Balneo* pleno *intelligendam. Nam*, implente *Balneo*, *si expertus fueris*, & *aqua* altius *paulo non assurrexerit*, aperti *Balnei aqua*, *utpote è scatebris* immediate *irruens*, *Tincturam cum gallis*, æquè *ac Antliata aqua*, *dabit*.

Observatio. XXIV.

48. Hor. obt. Temp. lax. ita; Regale. Quod Phiala *Vitrea* antliatæ aquæ *Regalis* calidæ, Subere *benè* obturata, & cerâ obsignata, tempestate *laxâ*, quadraginta octo horarum spatio elapso, *tincturam* præbuerit.

Observatio. XXV.

3. D. obt. ita; idem. Quod Tincturam *eandem*, sed *pallidiorem* multò, & quasi *ægram*, finitis *tribus* diebus, observaveram.

Observatio. XXVI.

7. D. obt. Regis, ita: Cr. autem, & cal. non. Quod *Regalis*, *Crucis*, & *Calidi* aqua spatio *Septem* dierum *obturata*, & obsignata, *Regalis* Balnei aqua

Stypticis

Stypticis additis, *colorem* mutaverit ; *Crucis* autem & *Calidi*, nequaquam.

Nota.

Culpa, forsan, *in* obturatione *latuit*. *Experimento enim* altero *peracto*, Crucis *aqua die* 7. Tincturam *exhibuit*. *Vid.* Obs. 45.

Observatio. XXVII.

Quod *Regalis* Balnei aqua *obturata*, & *obsignata* optime, *octo* Hebdomadarum spatio finito, *tincturam* purpuream cum gallis, &c. dederat, colori istius inferiorem *paulò*, quæ ab *Antlia* provenerat. 8. Heb. *obt.* ita ; *Regalis.*

Nota.

Me hoc ab alio *relatum habuisse* ; & Cæteris *observationibus consonum* non *esse*. Regalis *autem aqua* inclusa, & *mense* uno *exacto aperta*, *gallis additis* tincturam *exhibuit*. *Vid.* Not. *Obs.* 59.

Observatio. XXVIII.

Quod Thermarum *Cruciatarum* aqua, cerâ obsignata & *obturata* Subere, tincturam paulo *vividiorem* exhibuerit die *Sexto* ab Antlia prius desumpta, tempestate *laxa*, tametsi phiala *biduo* antea aperta fuerat, & cerâ obsignata *denuo*. Regalis Balnei aqua *eodem* tempore obturata, colorem mutavit, *color* autem non *ita* vividus in *Regali* ac in *Crucis* apparuit, Phiala etiam *altera* Regalis Balnei impleta *Nov.* 6. & 12. resignata, *idem* perfecit. 6. *Di obt.* Reg. & Cr. *ita* ; *vividius* Crucis *temp. lax.*

Nota.

In hac *observatione quod ad B.* Crucis *spectat secunda vice* eodem *modo apparuit*, 28. Nov. 88. *Tempestate ad* gelu *inclinante.*

Observatio.

Observatio. XXIX.

24 *ho.* obt. *Cal.* non. *Temp.* lax. Quod *Fervidi* aut *Longi* Balnei aqua, obsignata subere ut prius, & post *viginti quatuor* horas resignata, & aperta, *Tincturam* purpuream cum gallis, &c. *nequaquam* exhibuerit.

Observatio. XXX.

3. *ho. obt.* Cal. *non Temp.* lax. Quod *Longi* Balnei, sive *Calidi*, phiala altera, tempestate *laxa* existente, elapsis *tribus* horis aperta, Tincturam *nullam* præbuerat, obturata *licet*, & obsignata, ut *prius*.

Observatio. XXXI.

12. *ho. post.* 12. *h. obt.* Cru. & Cal. *gelu* ita, *saturatius* Crucis. Quod *binæ* phialæ *Crucis* & *Calidi* (quod & *Longum* dixi) *duodecim* horis ab obsignatione elapsis, apertæ, terra *gelu* constricta, & diligenter *iterum* brevi obsignatæ, mane crastino, horis *aliis* duodecim elapsis, cum gallis, & Secamentis quercinis, *Tincturam* dederint, sed *citius*, & Saturatius *Crucis*.

Observatio. XXXII.

24. *ho.* non *obt.* gelu *Cru.* & *Cal.* ita; *citius* Crucis. Quod *binis* etiam phialis aquæ *Crucis* & *Calidi*, ab antliis suis haustæ, *viginti quatuor* horis, tempore *gelu* nondum obturatis, Balneorum *amborum* aqua cum gallis colorem *mutaverit*, citius autem & *saturatius* iterùm ista *Crucis*.

Observatio. XXXIII.

24 *ho.* post. 24. non *obt. gelu*, Crucis *ita*; *Calidum* non. Quod quùm aqua Thermalis *viginti quatuor* horis præcedentibus additis, in *iisdem* phialis, nondum etiam obturatis, perstiterat, *congelante* etiam *tempestate* adhuc manente, *Crucis* aqua *tincturam* dederit, ut *prius*; Calidi autem, colorem *vix* mutaverit.

Observatio.

Obſervatio XXXIV.

Quod *tribus* horis à *priori* experimento jam elapſis, tempeſtate *congelante* in *laxam* mutata, neq; *Calidi*, neq; *Crucis* aqua colorem *manifeſto* mutaverit, gallis additis, tametſi aqua *Calidi* trium *tantùm* horarum ſpatio vix finito ab *Antlia* provenerat. *Crucis* aqua quæ poſt *quadraginta octo* horarum ſpatium *mane* tinxerat, colorem *vix*, ac ne vix quidem, mutavit. *Calidi* autem, *tribus* tantum horis ab *Antlia* hauſta *immediate*, tincturam *nullam* dedit. 51 *ho.* non *obt. mutato cœlo*, Crucis *non*; *neq*; Cal. *poſt.* 3 *ho.*

Obſervatio XXXV.

Quod phialis *duabus* aquæ *crucis* & *calidi* obturatis & obſignatis *optime*, tempeſtate *laxâ*, & poſt *triduum* apertis, *Crucis* aqua *Tincturam* exhibuit; *Calidi* autem *nequaquàm*. Phiala *altera* continens *libram Semis* obturata, & obſignata, & *quatuor* diebus elapſis aperta, aqua *Calidi* tincturam *omninò* nullam præbuerit. 3 *Di.* obt. *temp* lax. *crucis* ita; *cal.* non.

Obſervatio XXXVI.

Quod experimento cum galla facto, *apertis* phialis, in *omnium* Balneorum aqua, *decem* horis finitis, tempeſtate *laxâ*; Calidi aqua *tingendi* qualitatem amiſit *primo*; Regalis *multum* remiſit *proximè*; Crucis autem tincturam *multo* vividiorem *Regali* exhibuit. 10 *ho.* non *obt.* lax. *temp.* Cal. *non.* Reg. *remiſſe*; Cr. *vividius.*

Obſervatio XXXVII.

Quod mane *craſtino*, horis *tredecim* elapſis, tempeſtate *laxâ* exiſtente, *Crucis* aqua *Saturate* tinxerit; *Regis* autem *parùm*. 23 *ho.* non *obt. temp.* lax. *Cr.* ita; *Regis* parum.

Obſervatio XXXVIII.

Quod *ſex* horis additis & finitis, *Crucis* Balnei aqua Tincturam ut *prius* exhibuerit; *Regalis* autem *nequaquàm*. 29 *ho.* non. *obt. Cr.* ita; *Regis*, non.

Obſervatio XXXIX.

Quod horis *octodecim* elapſis *porrò*, Crucis aqua tempeſtate *laxa* exiſtente, *nondum* obturata, tincturam cum gallis *obſcuram* ſatis dederit; & *brevi* poſt ſicut iſta *Regis* heri apparuit. 47 *ho.* non. *obt.* lax. *temp.* Crucis *non.*

Observatio XL.

18 *ho* non *obt.* lax. *temp. Reg.* non; 28 *ho. Crita.*

Quod *Regalis* Balnei aqua, *apertâ* phialâ, tempestate *laxâ* existente, post horas *octodecim*, tincturam *nullam* cum gallis exhibuerit; *Crucis* autem aqua horis *viginti octo* elapsis, *aperta* etiam phiala, colorem *mutavit*.

Observatio XLI.

46 *ho.* non *obt. temp.* lax. *Crucis*, non.

Quod *eadem* Crucis Balnei aqua *non* obturata, tempestate *laxâ*, octodecim horis *inde* decurrentibus, sive finitis horis *quadraginta sex*, tincturam *nullam* exhibuerit; sed turbida, & alba, *brevi* evaserit.

Observatio XLII.

6 *di. obt.* non *obs.* lax. *temp.* Reg. *ita*; 4 *ho.* post *non.*

Quod *Regalis* Balnei aqua, *matutino* tempore, diebus *sex* exactis, tempestate *laxâ*, tingens *ægre*, Subere obturata, cerâ autem *non* obsignata, *quatuor* horis *inde* numeratis, tingendi facultatem *prorsus* amiserit.

Nota.

10 *di. tempore* gelu.

Tempore gelu *die* 10. *tinxit* ægre, & *brevi* alba *evasit*, *ultimo* Decemb. 88.

Observatio. XLIII.

Post 24 *ho.* non *obt.* lax. *temp. Regis* non.

Quod *Regalis* Balnei aqua, *aperta* phiala, & tempestate *laxa*, numeratis horis *decem*, tincturam *ægram* exhibeat; *octodecim* autem elapsis, obscuram satis (si *ullam*) sed *viginti quatuor* finitis *omninò* nullam, nisi tempestate *congelante*, aut simillima.

Nota.

Eadem *post* 4 *di. temp.* gelu, *ita.*

Regalis *Balnei aqua post* quatriduum, aperta *phiala*, *tincturam exhibuit*, *Terrâ* Nive *cooperta*, & *tempore* gelu 26. Dec. 88.

Observatio. XLIV.

Post 48 *ho.* non *obt. temp. qualibet*, Crucis *non.*

Quod, *apertâ* phialâ, *Crucis* Balnei aqua, spatio horarum *quadraginta octo*, tempestate *qualicunq*; existente, tingendi facultatem *non* retineat.

Observatio.

Obſervatio XLV.

Quod *ejuſdem* Balnei aqua obturata & obſignata, diebus *ſeptem* exactis, tincturam *minus* vividam exhibuerit; *Novem* autem diebus numeratis, *nullam*. *Poſt 9 di.* obt. *Crucis* non.

Obſervatio XLVI.

Quod Balnei *Calidi* aqua nondum obturata, tempeſtate *laxa* exiſtente, poſt *tres* aut *qnatuor* horas elapſas, tincturam cum gallis, *&c. neutiquam* præbebit, tametſi nativi caloris *parum* aqua retineat. *Poſt.* 3 *aut* 4 *hs.* non *obt.* lax. *temp.* Cal. *non.*

Obſervatio. XLVII.

Quod *ejuſdem* Balnei aqua *obturata*, aut *aperta*, trium aut *quatuor* dierum ſpatio elapſo, tempeſtate *laxâ*, aut *conſtrictâ*, Tincturam *nullam* præbebit. *Poſt* 4 *di. obt.* non *calidum.*

Nota.

Quod 28. Nov. 1688. ejuſdem *Balnei aqua obturata & obſignata, gallis* novis, *recentibus, & viridibus injectis, Tincturam* exhibuerit *die* 7. *tempeſtate ad* gelu *inclinante.*

Obſervatio XLVIII.

Quod *Regalis* Balnei aqua, phiala *aperta*, diebus *quatuor* exactis, tempeſtate *congelante*, tincturam purpuraſcentem cum gallis exhibuerit; *quinto* autem die, *finito* gelu, additis gallæ *recentis* & viridis granis *aliquot*, aquæ pars *reſidua*, turbida, *alba*, & emulſionis æmula, evaſit. 4 *di.* non *obt. gelu*, ita; 5. *gel. finit. non* Reg.

Obſervatio XLIX.

Quod Balnei *Crucis* aqua *non* obturata, & frigida, tempeſtate *laxa* exiſtente, tingendi facultatem *iſtâ præ* Regalis. Regalis *diutius* retineat. Cr. *non obt.* ita,

Obſervatio. L.

Quod Balnei *Calidi* aqua *nondum* obturata tingendi proprietatem amittat, *priuſquam* refrigeſcit; horis autem *quatuor* exactis certiſſime; *Regis* verò, *viginti quatuor* horas haud rarò tranſgreditur; *Crucis* autem, *viginti octo*, ſi tempeſtas fuerit *laxa*. *Poſt* 4 *h.* non *obt.* Cal. 24. *Reg.* 28. *cr.* non *Temp.* lax.

Obſervatio LI.

Mutationes variæ Thermalis aquæ poſt Tinĉturam amiſſam.

Quod Balneorum *omnium* aqua, poſt temporum ſpatia prædicta, appareat *leviter purpuraſcens*, moriens autem iſte color vix ultra minuta *tria*, aut *quatuor* ſolet extendere, priuſquam aqua *craſſeſcit*; ut plurimùm *albeſcit*; ſpatio temporis longiori *pallide flaveſcit*; & minori gallæ quantitate injectâ *vireſcit*; & tandem *aliquando*, liberaliùs paulò injecta gallâ, *nigreſcit* inſtar atramenti.

Obſervatio LII.

Poſt 2 an. obt. cr. & cal. obſervatio.

Quod Balneorum *Crucis* & *Longi* aqua, in *duabus* phialis, ſubere obturatis, ſed *non* cerâ obſignatis *duorum* annorum ſpatio ſervata, *oleo Tartari* injecto albida evaſerit; *ambæ* autem ſedimentum depoſuerant, tam *album*, quam *luteum*. Neutrius autem Balnei aqua *Tinĉturam* exhibuit.

Obſervatio LIII.

Aqua primo diſtillata non.

Quod pars *halituoſa* non ſit *magis* Viſibilis, aut in aqua deſtillata *acidum* appareat, tametſi junĉturæ luto *optimè* claudantur. Neq; aqua deſtillata *primò* acida exiſtit, nec cum gallis induit *purpuram*. Simile obſervavit *Jo. Frenchius* M. D. in *Spadanâ* aquâ Eboracenſi. *Spadacr. Eborac.* p. 67.

Obſervatio LXIV.

Thermalis aqua poſt Tinĉturam amiſſam, alba, inſtar lactis.

Quod Balneorum *omnium* aqua *effœta*, & tingendi facultate *nudata*, brevi *opaca* evadat, & *ſero* ſimillima; aut ac ſi *olei Tartari* guttulæ aliquot inſtillatæ fuerint.

Obſervatio LV.

Tinĉtura perit ſine præcipitatione.

Quod *Thermarum* aqua *Tingentem* facultatem amittat, tametſi *nihil* obſervetur *præcipitatum*.

Obſervatio. LVI.

Scaturiginum Thermarum calor tinĉturam amiſſam non recuperat.

Quod *Thermarum* aqua *frigida*, in phiala, cera obſignata, & *Viginti quatuor* horis Thermarum Scaturiginibus impoſita, *tingentem* proprietatem *non* recuperet,

ret, ſed *alba* evadit, ac ſi *oleo Tartari* præcipitata, cui *Spiritus Vitrioli* claritatem ſuam reddit.

Obſervatio LVII.

Quod Balneorum *nullius* aqua frigida, *Crucis* ſi excipias, *Viginti quatuor* horis, ante experimentum, phiala *aperta*, tingendi vim, tempeſtate *laxa*, retineat, niſi ſubere *caute* obturata, & cera obvoluta *calidè*. Reg. & Cal. *poſt* 24 *ho.* non *obt. non*; *crucis*, 1 a.

Nota.

In Tempeſtate congelante, *tempore* brumali, *aqua Balnei* Crucis *præcipue*, & interdum *Regis*, *tinctu-ram* aliquam *purpuream poſt ſpatium* prædictum *cum gallis dabit*; quadraginta *autem* octo *elapſis horis*, *niſi* gelu *diutius* & conſtanter *duraverit*, nullam. *Poſt* 48 *ho.* non *obt. Balneorum* omnium, *niſi durante* gelu, *non.*

Obſervatio LVIII.

Quod aqua *Antliæ* ad *potandam* aquam in *Regali* Balneo *ultimò* erectæ, illa Antliæ *ſiccæ* tingendi proprietatem diutius *non* retineat. *Ambarum* autem aqua viginti *quatuor* horis *non* obturata, Tempeſtate *laxa*, tingendi facultatem amittat, & *effæta* evadat. *Aqua* Antliæ *minor.* Reg. & ſiccæ *poſt* 24 *h.* non *obt.* non.

Obſervatio LIX.

Quod Thermarum *Regiarum* aqua, diebus *octo* elapſis, & Crucis *Novem*, tempeſtate gelu *non* conſtricta, tincturam *nullam* præbuerit; experimento facto in *Septem* phialis, *quatuor* Regis, & *tribus* Crucis, *eodem* tempore obſignatis & obturatis ſubere, experimento *ſucceſſive*, quoad phialas, celebrato, & gallarum *recentium* quantitate commoda, in *unamquamq;* phialam injecta ſeparatim. Vid. *Obſ.* 45. *Poſt di.* 8. Reg. & Cruc. 9. *obt.* & *Obſ. temp.* lax. *non. poſt* 4. *di. obt. cal.* non. *Vid. Obſ.* 47.

Nota.

Quod Balneorum omnium *Aqua intra phialas Subere obturatas*, & molliori *cera obſignatas* optime *incluſa* 21 Nov. & *aperta*, 25 Dec. 1688. Regalis & Crucis *Aqua* Tincturam *exhibuerit*; *Poſt D.* 14. Crucis; 21. Reg. *obt.* & *Obſ.* Cal. *poſt* 7. *D.* non.

Calidi

Calidi *autem, poſt* Septimum *diem*, nullam ; Regis *etiam* & Crucis *phiala*, eodem *tempore adimpleta, & aperta* 12 Dec. *Crucis* nullam ; *Regis autem* vividam *præbuerit*. Regis *etiam Aquæ* 21 Nov. *intra phialam obturatam & cera munitam incluſæ* pars, *aperta phiala* 21 Dec. 88. *Tincturam* aliqualem *exhibuit, licet phiala ſæpius* ante *aperta & reobſignata fuerat, Tempeſtate* gelu conſtrictâ, & Nivoſâ.

Obſervatio LX.

Reg. & Cruc. *Tinctura temp.* gelu *duratio*, non *probata.*

Quod quamdiù Thermarum *Regis*, & *Crucis* aqua, Tempeſtate *congelante*, tingendi facultatem *retineat*, bruma Anni 1675. *mitiſſima* exiſtente, occaſio *experiendi* ſe non obtulerit, & in gelu *longo*, omniumq; quod unquam novi *longiſſimo*, atrociſſimoq; Anno 1683, *abſens* ipſe nihil apud *locum* experiri poteram. Aqua autem *Regalis* Balnei in phiala *congelata*, & finito *gelu* 17. die *reſoluta*, galla addita purpuraſcebat *leviter*, pulvis etiam *albus* & *ater* ſtatim à reſolutione præcipitavit 8. *Jan.* 1689. aquâ intra phialm incluſâ 22 *Dec.* præcedente.

Nota.

Phialam obturatam *ſubere, non* obſignatam *cerâ fuiſſe, & aquam, abjecta* purpurâ, *colorem* viridem, *poſt triduum induiſſe*, nigriore *pulvere in fundo Vitri remanente* 13 Jan. 88. *qui quidem color* viridis, *in* Aureum, *ſive* Succineum *permanentem* ſpontè *mutatus erat* 23 Jan. *proximè ſequente*, eodem *pulvere in* fundo *manente. Vide* Supplementum, *in fine.*

OBSERVA-

OBSERVATIONES MISCELLANIÆ.

Particulatim,

De Thermalium Aquarum Contentis, *& rebus* illuc *attinentibus.*

Obſervatio LXI.

Quod Balneorum *omnium* aqua, in Vitro licet *clara*, & *pellucida*, tenuis, albi, & inſipidi *pulveris* quantitatem *ſatis* magnam in ſe contineat, qui poſteà, inter decoquendum, *fuſcus* evadit, & *Sabuloſus*; unà cum terra *cærulea*, aut marga *Sulphurea*; & materia quadam *Salina*. Contenta, *Thermarum & contentorum* natura.

Obſervatio LXII.

Quod Thermarum Contenta, in *eadem* aquæ quantitate, aere *humido*, & *pluvioſo* exiſtente, *minora* ſint, quam *ſicco*. Deſcrimen ab aere *pluvioſo* & *Sereno* aquæ putei Sulphurei *Knaresb.* accedere *Frenchius* obſervat. *Spadacr.* Knaresb. c. 14. p. 110. n. 9, 10. *Temp.* hum. *minora quam* ſicca.

Obſervatio LXIII.

Quod materia *Salina* Thermarum, quæ *ſubſtantia* ſe prodit, ſit *Sal marinus* communis, *Alcaliſatus* dictus in ſequentibus, & *Nitrum*. *Thermarum Sal*, Alcali, & Nitrum.

Obſervatio LXIV.

Quod ex aquæ Thermalis *cado*, è Regalis Balnei *antlia* deſumpta, tempeſtate *pluviâ*, obtinueram uncias *decem*, drachmas *quatuor*. Quarum unciæ *quinq;* drachmæ *tres*, Sabulum; Unciæ *duæ*, drachmæ *Septem Semis*, Sal; unciæ *duæ*, drachma *una Semis*, Marga. Communis ſalis *Alcaliſati* unciæ *duæ*, drachmæ *tres Semis*; & Nitri *Semuncia*. Proportio *in Thermalis aquæ cado* Regalis.

Nota.

Secundum hanc *proportionis regulam*, *Sabulum*, è decem, quinq; *contentorum partes tenere*; *Salem* tres *circiter*; & *Margam*, duas; *alcaliſatum Salem*, ſupra *Reſpectus* particulares *ad* totum.

ſupra *duas* ; Nitrum *verò*, *ad Salem Alcali*, *circiter* Sextam. *Vid. Not.* Obſ. LXXXV.

Obſervatio LXV.

Crucis *Aquæ Contentorum* proportio *temp.* hum. *in* cado.

Quod ex aquæ *Crucis* Balnei *cado*, eadem tempeſtate *humida*, comparaveram Contentorum uncias *novem*, drachmas *quinq*;. Quarum unciæ *quatuor* Sabulum ; unciæ *tres*, drachma *una*, Marga ; *Alcaliſati* Salis proportio uncias *duas* complevit ; *Nitri* vero unciæ *dimidium*.

Obſervatio LXVI.

Bal. Calidi *aquæ* Contenta, *in* cado, *temp.* pluvia.

Quod ex aquæ Balnei *Longi*, aut *Calidi*, *Fervidive*, cado, in *eadem* tempeſtate *pluvia*, contentorum emerſerint Unciæ *undecim*, drachmæ *duæ*. Quarum unciæ *quatuor* drachmæ *totidem*, Sabulum ; Unciæ *tres*, drachmæ *duæ* Marga ; Unciæ *duæ*, & *ſex* drachmæ Salis *Alcaliſati*, & *Nitri* drachmæ *ſex*.

Obſervatio LXVII.

Regalis *Contenta in* congio, *&* Pinta.

Quod *Regalis* Balnei aquæ *Congius* vulgò contineat Sabuli grana *quadraginta tria* circiter ; *Viginti tria Semis* grana Salis ; grana *decem* & *ſeptem*, cum *dimidio* grani, Margæ : Summa *totalis*, Scrupuli *quatuor*, grana *totidem*. Quorum grana *quinq*; *Semis*, Sabulum ; grana *tria*, Sal, (grana *duo ſemis* Salis Alcali, & *dimidium* grani Nitri) & *Margæ*, circiter, grana *duo*, in Pinta, ſive libra *una* aquæ. *Summa* totalis, grana *decem*, & *dimidium* grani.

Obſervatio LXVIII.

Crucis *Contenta in* Congio, *&* Pinta.

Quod aquæ Balnei *Crucis* congius ut *plurimùm* comprehendat *unum* ſupra *triginta* grana Sabuli ; *viginti quinq*; grana Margæ : *Sedecim* grana Salis *Alcaliſati*, & Nitri grana *quatuor*. Totum, *drachma una*, grana *Sedecim*. Ex his *quinq*; grana Sabuli ; grana *tria* Margæ ; grana *duo* Salis Alcali ; & *dimidium* grani Nitri, in Pinta. *Summa Totalis* ; grana *decem*, & *dimidium* grani.

Obſervatio

Obſervatio. LXIX.

Quod aquæ Balnei *Calidi* congius contineat circiter *triginta ſeptem* grana, cum *dimidio* grani Sabuli ; *viginti ſex* grana Margæ ; grana *viginti duo* Salis Alcali ; & grana *ſex ſemis* Nitri. Summa *totalis*, drachma una ſemis, & grana duo. Grana *quatuor ſemis* Sabuli ; grana *tria* & *quarta* grani pars Margæ ; grana *duo*, & *tres* grani partes ſalis *Alcali* ; & *tres* grani partes *Nitri*. Summa *totalis*, grana *undecim*, & *quarta* grani pars, in *Pintâ*. Calidi *contenta in* Congio, & Pinta.

Obſervatio LXX.

Quod *Sabuli* proportio ad *Salia* ſere duplex ſit ; in *Regali* Balneo *magis* abundat. *Proportio* Sabuli, *in Thermis.*

Obſervatio LXXI.

Quod *alcaliſatus* Sal ferè *tres* è *decem* in contentis partes ſuſtineat *Nitrum* verò, in *viginti* haud *viceſimam*. *Salis* Alcali, & Nitri.

Obſervatio LXXII.

Quod *Longi* Balnei *Nitrum* quarta parte iſtud *Crucis* excedat. *Idem* tenebit in ſale *Alcali*. *Nitri* plus *in* Calido *quam* Crucis.

Obſervatio LXXIII.

Quod proportio quam *Salina* pars in *Crucis* Balneo communiter gerit, ſit ad uncias *duas* cum *ſemiſſe* in cado, aut congiis *Sexaginta* ; quibus *Regale* addit drachmas *tres*. In *Longo* autem, ſive *Calido* Balneo, ad uncias *tres ſemis*. Adeo ut in *congio* Crucis inveniantur Salis grana tantum *Viginti* ; grana *duo ſemis* in *Pinta* : In *calidi* verò *congio*, grana *viginti octo* ſemis ; grana *tria ſemis* in *Pinta*, aut libra *una*. Ad Calidum *Regium* propius accedit, & *viginti tria ſemis* grana, in *congio* continet ; grana fere *tria* in libra. *Proportio* Salina *communis, in Balneis* omnibus.

Obſervatio LXXIV.

Quod ex uno *cado* aquæ *Antliæ* Regalis Balnei tempeſtate *congelante*, contentorum uncias *quindecim*, drachmas *ſex* comparaveram. Quarum *ſex* unciæ *Contenta* Regalis *Balnei in* Cado, *tempe*lu.

Sabuli, unciæ *tres semis* Salis; unciæ *duæ* drachmæ *sex*, Margæ; unciæ *duæ*, drachmæ *totidem*, Salis *Alcali*; & *Nitri* drachmæ *decem*.

Observatio LXXV.

Thermæ Nitrum varie *ejaculant.*

Quod *Regis* & *Fervidi* partes *Nitrosæ* stirias suas *validius* emittant, *crassas* nimirum, *firmas*, & *robustas*; Crucis autem *ægrius*, tenues viz. *breves*, & friabiles; quasi *capillamenta* Cana.

Observatio LXXVI.

Marga quid.

Quod illud quod *Margam* voco, sit præcipuè terra *cærulea*, & *insipida*, in charta *emporetica* filtrante remanens, post Calcinationem & *partim* comburendo in crucibulo deperditur. Terra videtur *Nitrosa* Sali intimius adhærens, & *Mineræ* pars in qua *Sulphur* continetur.

Observatio LXXVII.

In Crucis *minus* Sabuli; *quam* Regis.

Quod *Crucis* Balneum minorem *Sabuli* quantitatem possideat quam *Regis*.

Observatio LXXVIII.

Eadem *Nitri quantitas in* Regali, *ac* Crucis.

Quod *Regale* Balneum *eandem* Nitri quantitatem capiat, ac *Crucis*, licet stirias emittendi *modus* diversus sit.

Observatio LXXIX.

Regalis *&* Crucis *aqua Pota* simillter *operantur*; dulcior *Crucis*.

Quod tàm *Regalis* quam *Crucis* Balneorum aqua *pota* eodem plane modo operentur; tantum *Crucis* Balnei aqua *dulcior*, & palato *magis* grata existit; cujus *ratio* petenda est ex *Observatione* septuagesima septima.

Observatio. LXXX.

Lac frigida *coagulat.*

Quod Thermalis aqua *frigida* coagulet lac.

Nota.

Lac post *affusionem Aquæ debere* iterùm *bullire affusa Aquæ ad Lac quantitate duplâ. Expertus sum* Secundò 30 Jun. 88. *Aqua etiam sumenda* recenter *frigida*; *nam* diutius *servata*, *ob amissam aciditatem*, *lac* non *coagulat.*

Observatio

Obſervatio LXXXI.

Quod Scrupuli *duo* pulveris impalpabilis ex aqua Thermarum *oleo Tartari* præcipitati; & cum aqua *fontana* miſti, lac *non* coagulaverint, *Viginti* autem grana *aluminis* coagularint efficaciter. *Scrupuli duo pulv. impalp. lac non coagulat; aluminis viginti grana, item.*

Obſervatio LXXXII.

Quod *dimidium* libræ Thermalis Aquæ *lac* coagulavit; *pulveris* autem quantitas prædicta *tantundem* ſere ſit ac in *congio* continetur, in *Regali*. *Di. lib. aquæ, lac coag. pulv. quant. in cong. non.*

Obſervatio LXXXIII.

Quod drachma *una* ſalis Thermarum albiſſimi in libræ aquæ fontanæ *dimidio* ſoluta, & cum eadem bullientis lactis quantitate miſta, alterationem *nullam* in lacte effecerit; *Scrupulus* autem unus *aluminis*, eodem modo Soluti, ac miſti, & *lac* coaguvit, & coagulum *durum* reddidit. *Drachma Salis Thermarum lac non coag. Scrupulus aluminis, ita.*

Obſervatio LXXXIV.

Quod *pulvis* præcipitatus *tenuis*, albus, & impalpabilis (quando præcipitatus) evaporando *craſſior*, magis *fuſcus*, & *Sabuloſior* evadat, & ſubſidendo *fundum* aquæ relinquat *turbidam*, & *albam*. *Pulvis tenuis præcipitatus, ab evaporatione craſſior.*

Obſervatio LXXXV.

Quod *idem* pulvis præcipitatus laminæ *Candenti* ferreæ impoſitus, neq; *bulliat*, *crepitet*, aut *liqueſcat*; ſed minime activus, *mortuus*, & parum combuſtibilis obſervetur. *Supra laminam candentem ferream mortuus.*

Nota.

Quod pulvis impalpabilis, *Salium quantitatem in Thermis*, multum *ſuperet*. *Vid.* Not. & Obſ. 64. Majori *copia*, Thermis *in eſt quam* Sal.

Obſervatio LXXXVI.

Quod *Croci* cujuſdam, ſive *Ochræ*, in Thermarum aqua contentæ *infuſio*, gallarum granis *quibuſdam* additis, purpureum colorem *primò* efficiat, *mox* autem *nigrum*: magis vero ſi *ſalis chalybis* ſolutionis particula affuſa fuerit. Ochræ *infuſio cum gallis* purditis, purpureum colorem *primò* efficiat, *mox* autem *nigrum*: magis vero ſi *ſalis chalybis* ſolutionis particula affuſa fuerit.

Obſervatio LXXXVII.

Therm. *aq. obſig. ſedimentum ægre deponit.*

Quod *Thermalis* aqua cera *diu* obſignata, alterationem *nullam* in ſe recipiat; nec *ſedimentum* aliquod, *diutius* aſſervata, deponere obſervatur; & *tum* Sedimentum deponit *luteum* & *album*. Vid. *Obſ.* LII.

Obſervatio LXXXVIII.

Salia evaporant.

Quod *Salia* evaporent. *Viceſimo* die *Februarii* Anno Domini 1675, Balneum *Crucis* à *ſex* aut *ſeptem* diebus *vacuum*, & aqua eo uſq; ſolum reſidua, ut *ſummitates* lapidum in fundo ſupra aquam apparuerent, *Sal* quidem *ejuſdem* prorſus generis cum illo ex aquis *Thermalibus* educto, è *ſundo* exhalans, & *ambientis* aeris vi tempeſtate *congelante*, deverberatus, lapillorum partibus *ſupremis*, guttulæ *condientis* ſacchari, aut *albæ* cujuſdam capſulæ formâ, adhærebat. Lapidum quoſdam, unâ cum *ſale* adhærente, *domi* delatos, poſt *menſis* ſpatium examinavi, & à Salſedine priſtina remiſſum *nihil* obſervavi. *Candenti* laminæ ferreæ impoſitum *Sal*, poſt liqueſcentiam *Nitroſam*, calcem reliquit cryſtallorum *Calci* ſimillimam, cujus *ſapor* erat præcipue *alcaliſatus*. Aceretionem *ſimilem* obſervavi *ſecundo*, viceſimo quarto *Octobris* proxime ſequenti.

Nota.

Cauſa diſparitatis *in* Regio.

Regalis *Balnei aquam obſervationem* ſimilem non *obtuliſſe eò quod* iſtius *Balnei aqua ad* tantum *Siccitatis gradum exhauriri nequeat.*

Obſervatio LXXXIX.

Therm. *aq. amiſſo calore* ſubſidet *intra lagenam.*

Quod Thermalis aquæ Calidæ *libra*, intra lagenam vitream incluſa, & obturata, *altitudine* aquæ notata, *ſtatim* Thermalis aqua *frigida* infra notam, apertæ lagenæ *collo* infixam, ſubſideret, *craſſitie* digiti dimidii.

Obſervatio XC.

Arenæ Thermarum *partes.*

Quod *arena* Balnei conſtet ex *Lapidis Sectilis* Sabulo, *Marga*, *ochra*, *teſtaceis*, *rubrica*, *lapillis cryſtallinis*,

nis, & *Sulphure*.. Obſervatio hæc *Microſcopium* requirit.

Obſervatio XCI.

Quod *arenæ* Balnei Siccatæ, & poſt *diuturnam* in aqua calida *infuſionem* ſiccatæ denuò, & ponderatæ, de pondere ſuo *ante* infuſionem *parùm*, aut effatu dignum *nihil* decederet; neq; aqua *Salina* magis aut *acidior*; ſed palato *durior* paululum, & *magis* aſperaſevaſerat. *Thermarum* Arenæ *pondus poſt* macerationem *in aqua calida*, idem.

Obſervatio XCII.

Quod arenæ *quantitas* ſatis magna, in Crucibulo *Batavico*, ſupremo caloris gradu *calcinata*, concretio *nulla* obſervata fuerat, ſed *Sabuloſi* ſolum *cineres*, & emortui; neq; aqua calida *poſtea* cineribus affuſa, *Salinum* ſaporem *majorem* obtinuit. *Poſt* calcinationem, *arena* qualis.

Obſervatio XCIII.

Quod Thermarum *arena* Candenti ferreæ laminæ impoſita, & in *obſcuro* loco, inter cremandum *obſervata*, Cœrulum *colorem* exhibeat, & *odorem* Sulphuris; foco etiam *majori* ad Siccandum oppoſita, odorem *Sulphureum* manifeſtum ſpiret. *Inter cremandum* colorem & odorem *Sulphuris exhibet.*

Obſervatio XCIV.

Quod *aceto*, aut liquore quocunq; *naturaliter* acido, arenæ affuſo, *fermentatio* inſequatur. *Ab* arena & acidis *miſtis* fermentatio.

Obſervatio XCV.

Quod lapis *Sectilis* communis, *Teſtacea*, *rubrica*, *ochra*, & omnia *fere* circa Balnea inventa, *idem* perficiant. *Ab* omnibus *circa Thermas* & acidis, *eadem.*

Obſervatio XCVI.

Quod *Limo* etiam Thermarum *ſiccato*, & pulverato, affuſo liquore *acido* Fermentatio oriatur. *A* Limo & acidis, *idem.*

Obſervatio XCVII.

Quod Thermarum *Limus* conſtet ex *margâ* cœruleâ, particulis quibuſdam *teſtaceis*, & majori *Sulphuris* quantitate, quam *arena*. *Thermarum Limus* unde *componitur.*

Obſervatio

Observatio XCVIII.

Sulphur *in Thermarum* contentis *in Crucibulo* appret.

Quod *Contenta* Thermarum *Crassiora*, & *minùs* pura, ad Calcinandum, in ordine ad *puritatem* Salis, indita *Crucibulo*, aperto Crucibulo, & Contentis *spatula* tactis, priusquam *margæ*, aut *limi* partes fuerint *consumptæ*, odorem *Sulphuris* vehementem emittant, & *Cæruleo* colore, non secus ac *Sulphur* solet, crementur.

Observatio XCIX.

Limus *Thermarum* Sulphur olet, *& æque ac* Sulphur *prodesse observatur.*

Quod *Limus* è Thermarum *fundo* nuper exemptus, & Calidus, *Sulphur* oleat; & in affectibus in quibus *Sulphur* remedio esse solet, *externè* applicatus, *apprimè* conveniat.

Observatio C.

Spuma *Thermarum* siccata *instar* picis *comburitur.*

Quod Thermarum *spuma* circa tempus *Æquinoctiale vernum* exurgens & mensibus *calidioribus* in Thermarum *superficie* fluitans, in *placentulas* siccata, instar *navalis picis* comburatur, quæ *semel* accensa, donec *tota* perit, *non* extinguitur.

Supplementum ad *Observationes* Hydrostaticas.

Observatio per modum *Accessorii.*

Experimenta in minori *aquæ quantitate.*

Quod Vitra Hydrostatica, *Cylindrica* & *Rotunda*, de industria parata ut *minorem* Aquæ quantitatem comprehendant, & *Annis* 1687, &——88, successivè ad experiendum *sæpiùs* tentata, *nihil*, aut *parum* diversum à præcedentibus *observationi* exhibuerint; discrimen autem, si quod fuerit, sfetit à parte *Thermalis* Aquæ, quæ *communi* paulò *levior* apparuit; unde

de *Nota* ad Obſervationem 20. *male* impreſſa ſic ſe debuit habere. *Quod* Thermalis aquæ *Unciæ* duæ, *drachmæ* ſeptem, *grana* quatuordecim, *communi* Aquæ granis *decem* & *quatuor* gravitate cedebant 2. *Sept.* 87. &c.

Nota.

Quod obſervatio 2. *majore quantitate facta* minùs *accuratè* confirmationem *deſideret.*

Supplementum *Obſervationum*

Ad Obſervationes *Chromaticas*, de alterationibus *Aquæ Communis.*

Obſervatio I.

Vitriolum album, & gallarum pulvis in *Communi* aqua colorem *purpureum* illico exhibent. *Viride* & *Romanum* Vitriolum *idem* perficient. Vitriolum.

Obſervatio II.

Pulvis aut liquor infuſionis *Limaturæ chalybis*, in eadem aqua (Communi putà) *eundem* colorem nictu oculi, cum gallis procurant. Limatura Chalybis.

Obſervatio III.

Alumine & *Vitriolo* partibus æqualibus miſtis, in *Communi* aqua Solutis, cum gallarum additione, *Alumen* Vitriolum ita frænat, ut purpureus color *nullus*, ſed obſcurus & turbidus apparere ſoleat; addito autem *chalybis* pulvere, aut liquore, *alumine* non obſtante, *purpura* conſpicitur. Alumen & Vitriolum.

Obſervatio IV.

Vitrioli ſpiritus cum gallis in aquâ *Communi*, colorem purpureum *nequaquam* excitat. Sp. Vitrioli.

Obſervatio

Observatio V.

Idem. Spiritus *Vitrioli* guttulæ quædam liquori à gallis, *Chalybe Vitriolo*, aut *Alumine*, purpureo, aut turbido, affusæ, liquori *priùs* purpureo, aut Turbido, *claritatem* restituit.

Observatio VI.

Iterum. *Spiritus* Vitrioli affusus, *eandem* aquam *claram* reddit, quam *Vitriolum* & gallæ fecerunt *turbidam.*

Observatio VII.

Alumen Vitriolum & Chalybs. *Alumen* in Aquâ *Communi* Solutum cum additione gallarum, colorem *purpureum* haud producit; *Vitriolo* autem, aut *Chalybe*, addito, idem color apparet; *obscurus* satis à *Vitriolo*; Satur verò, & *vividus*, à *Chalybe* Soluto.

Nota.

Observationum Centuriam ad præsentis *Inspectionis normam institutam fuisse*; Anomalias *notabit diligentia* futura.

Sequuntur

Sequuntur *duæ* ad Cl. *Williſium* Epiſtolæ, quas, in *Experimentorum* meorum circa Thermarum naturam *incunabulis* ſcriptas, hic adjunxi.

Clariſſimo, & in *Praxi* Medicâ Verſatiſſimo, *Thomæ Williſio* M. D. & Collegii Medicorum *Londinenſium* Socio.

QVòd Tibi *haud infeliciter*, Vir Clariſſime! *notus fueram* Oxoniæ, *beneficia etiam quamplurima, amicitiæ Tuæ pignora, annis aliquot retro actis, amiciſſime collata, quibus me devinctum habes, promptitudini Tuæ ad* Scrutinia *qualiacunq; ingenioſa promovenda, qua fuiſti ſemper, conjuncta, Seria* Veſtra *interpellandi crearunt fiduciam. Quinetiam deſiderium* Thermarum Bathonienſium *contenta videndi, quo Te flagraſſe monuit* Robertus Chapman *Senior, Pharmacopola inter Bathonienſes officioſe-peritus, nec non rationem de iiſdem meliorem excipiendi (quæ, neſcio quo infortunio ab* aliis *prætermiſſa,* me *tandem exercuit) Sponte currenti addit calcaria, ut Tibi innoteſcat, circa Feſtum D.* Michaelis *quod proxime inſequitur, nuncium quendam, amicum meum, & Tuum* συμπολίτην, *opportune adfuturum, cujus miniſterio tempeſtivè oblate,* Thermarum *omnium* Contenta *recipias ſeparatim, & ſi viſum fuerit tantum Negoti, mei cauſa, Tibimetipſi dare, ut examini Tecum ſubjiciantur, & quid de iiſdem ſentias ad me digneris reſcribere* (plura *enim videntur in* unum *conflata) ſpondeo me Obſervationum mearum rationem, omni alacritate, & obſequio, ulterius redditurum, à qua nunc temporis abſtineo, donec* Reſponſum *advenerit, ne ſcrutinium Tuum* exactius *præoccuparem. Tanti momenti res hæc quùm ſit,*

& Sagaci Tuo genio, & ingenio accommodata, felicitatem mihi omino majorem, ex amico Tecum literarum commercio; quod Summa eſt moleſtiæ, quam Excellentiæ Tuæ *impræſentiarum creavit*

Dabam *Bathoniæ* Cal. *Septemb.* 1673.

Veſtri Obſervantiſſimus,
THO. GUIDOTT.

Celeberrimo Viro, *Thomæ Williſio*, M. D. *Londinenſi*, S.

FEliciter ſe obtulit Nuncius *gratiſſimus*, Vir Clariſſime, & Humaniſſime! *amicus noſter mutuus*, Alexander Dyerus, *cujus manus doctæ, & lepidæ, traduturæ ſunt Balneorum omnium* Ἀναλημμάτων, *eo uſq; veram, quouſq; præſens inſpectio permittere potuerat; Thermarum, puta, omnium Contenta*, Regis, *viz.* (*juxta quod* Reginenſe *Balneum, muro tantum, uti noſti, Separatum, & a* Regio *derivatum & impletum*) Crucis *etiam, &* Calidi *ſic dicti, cui adjungitur* Leproſorum *Balneolum*; *adeo ut qui contenta* Regis, Crucis, & Calidi *obſervaverit, de* Reginæ, & Leproſorum *Solicitum eſſe minime deberet. Habes itaq;* Vir Doctiſſime, *Unciam Unam Sedimenti aut Contentorum* Regis, Crucis, & Calidi, *organis ferreis Elaboratam; & drachmas duas, præterpropter, ex triplicis Balnei aqua, in organis Vitreis, ſigillatim etiam exiccatas, quas* unus *tantum Congius, ſive libræ octo Thermalium aquarum uniuſcujuſq; Balnei, poſt evaporationem dedit. Illud autem vaſe ferreo evaporatum, eſt tantum pars iſtius, curioſitati tamen Tuæ, uti ſpero, par, quod ex* Triginta duabus *aquæ libris provenit. Balneum* Regium *experimento primo, ex certa quadam Thermalium aquarum quantitate, reddidit drachmas tredecim*; Crucis, *duodecim cum Semiſſe*; Calidum *vero novem tantum, cum duobus Scrupulis. Experimento tamen Secundo, nupera tempeſtate pluvia celebrato, multo minor Sedimenti quantitas, ex eadem Thermalis aquæ proportione, apparuit; quod Inquiſitioni quiddam ſuggerit ulterius, ſi* repetita *experimenta* ſemel *actum confirmaverint. Vulgo autem in mixti metalli vaſe, majori in uſu apud me in evaporationibus, ex*

omnium

omnium *Thermarum aquæ congio, uncia circiter una ſimul emerſit, quantitate fere æqua; adeo ut drachmas duas, ex aquæ congio proportionem veriorem adhuc autumo, quam in Balneorum* Singulo *a Thermis communiter expectare licet. Jam vero, duarum drachmarum prædictarum* totum *non eſſe Salinum, facile Tibi erit, ut opinor, diſcernere. Nam quantum mihi obſervare licuit,* Tertia *tantum pars Salina, aut Scrupuli duo in drachmis duabus. Quod reſtat, & nomen habet* Reſidui Sedimenti non Salini, *aeri expoſitum non liqueſcit, ſed naturæ lapideæ exiſtit, & duas ſubſtantias, ut puto, in ſe complectitur.* Ochra, *ſive Terra lutea, quantitate ſatis ampla conſpicitur ubi Balnei vapor obicem invenerit, quod autem adhuc me ſuſpenſum tenet eſt, tametſi tantum hujus terræ luteæ naturaliter evaporet, nihil tamen Luteum in* Contentis *obſervari.* Oleum Salis Thermarum per deliquium, *eſt tantum Sal iſte aere liquefactus, qui nunc audit* Sal Thermarum, *ab impuritatibus tamen quæ ſolent Subſidere, liberatus, & viridior apparens, ob Contactum Cupri, incuria contractum, cum color ejus, a Soluto ſale puro, ſit magis Succineus. Advertendum etiam porro, in organis Vitreis,* laminam *Cuticularem tenuem, in ſuperficie obſervari tegentem partem maxime Salinam, laminellæ tenuiſſimæ æqualem, ſed nihil ſapidi in ſe continentem, quam in* Calidi *contentis ſeparatam Curavi, & in phiala per ſe diſtincte ſepoſitam. Continet autem phiala drachmam unam, & grana decem; laminoſum autem hoc multo minus, ſi ullatenus Salinum, pendet tantum Scrupulos duos, & grana quatuordecim.* Regis & Crucis *Balnea eandem ſuppeditant, invicem autem miſtam, in eadem phiala; ſolum laminoſa materia* Calidi *diſtincta, ut de illa melius judicium Tuum feras. Habes etiam,* Vir Clariſſime, *arenam, lutum, ſpumam, ſive ſupernatantem uliginem, in Thermarum ſuperficiem certis temporibus copioſe eructatam, in pyxidibus.* Scrutinio *Tuo omnia lubens ſubmitto, & quibus nominibus appellanda ſunt ut determinare velis rogo, quod adhuc ſub judice, &* Oedipum *requirit.* Immo, *forſam,* ſuper hunc Cardinem Veriſſima *(ſic enim opinor)* de Natura & Virtutibus Thermarum *Hypotheſis* nota hactenus verſatur, & ab illa multum diverſa, quæ huc uſq; *(neſcio quo fato)* precario obtinuit, *&c. Ita cenſet*

Dabam *Aquis Calidis,*
15 *Octob.* 1673.

Tibi Devinctiſſimus,
THO. GUIDOTT.

Scriptum Poſt.

IN *Communi* Contentorum *Infuſione in aqua Communi, obſervare eſt Subſtantiam albam lapideam, in fundo Vitri, Sub oculis fere lapideſcentem. Lapidem unum miſi in pyxide continente Sedimentum* non *Salinum. Supra illam cæruleſcentem levem, & cænoſam* magis *materiam, videre eſt; tum Salem intra aquam abſorptum, cui colorem luteum Communicat, illum Succini æmulantem*: Vale.

Cl. *Williſii* Reſponſum, ad pedem *Epiſtolæ* memoratæ ſupra p. 355.

MUltum *Tibi Debeo*, Clariſſime Domine, *pro Literis, & experimentis Tuis circa Aquas Thermales, mihi Jam pridem miſſis; quæ officia Tua, ut gratiſſima habeo, ita compenſare ſtudebo.*

Epiſtola clariſſimi *iſtius* Viri, mei ſtudioſioris, verbis, imprimetur, DEO dante, inter *Epiſtolas meas Medicinales*, Volumine *Secundo.*

Laus D E O.

Huc uſq; *Volumen* Primum.

Volumen II Continebit

EPiſtolas Medicinales; Obſervationes; Conſultationes; Coſmetica; *Mapletii.* Conſilia; Obſervationes Anatomicas, & Medicas, *Authoris*: Epiſtolas etiam Medicinales, & Antiquitates *Bathonicas* ab eodem conſcriptas; quæ reſpicient *Thermales Aquas*; *Civitatem*; *Romanorum Nummos, Inſcriptiones, Urnas & Imagines*; *Eccleſiam Apoſtolorum* Petri & Pauli; *Cœnobium*; & *Hoſpitia S.* Catharinæ; *D.* Joannis Baptiſtæ; & Belloti, *intra Civitatem* Bathoniæ.

INDEX

INDEX

Morborum in quibus Thermarum uſus Opem Præſtitit.

A

Achores *Capitis.* p. 308. n. xx.
Alborum *fluor.* p. 330. n. lxx.
Alphus. vide *Elephantiaſis.*
Arthritis p. 307. n. xvii. p. 322. n. xlvii.
Artuum imbecillitas. p. 303. n. vii.

B

Brachii *Contuſio.* p. 305. n. xiii. Dextri *imbecillitas.* p. 321. n. xlvi. p. 329. n. 100. Uſus *amiſſus.* p. 335. n. lxxxvi. Sinistri uſus *abolitus.* p. 342. n. vii. c. 2.

C

Cachexia. p. 306. n. xiv. p. 309. n. xlii.
Capitis *Tinea,* v. Tinea.
Chiragra *dextra.* p. 315. n. xxxiii.
Claudi p. 304. n. viii. latere dextro p. 319. n. xl. dextro crure. p. 322. n. xlix. p. 331. lxxi. lxxii. lxxiii. p. 332. n. lxxvii. p. 334. n. lxxxi. lxxxiii. p. 334. n. x. c. 2.
Colica. p. 325. n. lv. lvi. p. 332. n. lxxvi. p. 334. n. lxxxii.
Concuſſio *cerebri.* p. 326. n. lvii.
Contractio. p. 309. n. xxiv. p. 328. n. lxiv. p. 332. n. lxxvii. p. 336. n. lxxxix. v. Spaſmi, & Convulſio.
Contuſio. p. 305. n. xiii. p. 314. n. xxxii. p. 315. n. xxxiii. p. 340. n. i. c. 2.
Cutanei *affectus.* p. 307. n. xxviii. p. 311. n. xxviii. p. 316. n. xxxvi. p. 326. n. lviii.

D

Dolores *Veteres.* p. 315. n. xxxiii. p. 327. n. lx. p. 338. n. xciv. dorſi dolor. 310. n. xxvii.

INDEX.

E

Elephantiasis a *Nativitate*. p. 316. n. xxxvi. Elephantiasis. p. 337. n. xci. p. 340. n. 11. c. 2. confirmata. p. 341. n. iii. c. 2.

F

Faicie *rubedo*, & *pustulæ*. p. 327. n. lx.
Febris *Hectica* &c. p. 324. n. liii.
Fistula. p. 333. n. lxxix. lxxx.
Flatus *Hypochondriacus*. p. 303 n. vii. p. 313. n. xxx. p. 331. n. lxxv. p. 334. n. lxxxii.
Fluor Albus. v. Alborum.

G

Genu *Tumor*. p. 341. n. iv. c. 2.

H

Hæmoptoe. p. 329. n. lxv.
Hectica. v. *Febris*.
Hemiplegia *dextra*. p. 305. n. xi. p. 308. n. xxii. *sinistra*. p. 305. n. xii. p. 322. n. L. incerta. p. 306. n. xv. v. paralysis.
Hepatis *obstructio*. p. 338. n. xcviii.
Hydrops. p. 319. n. xlii. post Rheumatismum. p. 330. n. lxviii.
Hypochondriacus Flatus. v. *Flatus*.

I

Imbecillitas *universalis*. p. 333 n. lxxviii. malleoli. p. 338. n. xcvii. carpi. p. 339. n. 100. manus & Brachii. Ib.
Intemperies *frigida*. p. 335. n. xcii.
Intestinorum *Tormina*. p. 324. n. liii. p. 331. n. xciii. affectus. p. 337. n. lxxiv. p. 341. n. v. c. 2.
Ischiadicus *dolor*. p. 300. n. 1. p. 307. n. xix. p. 309. n. xxiii. p. 327. n. lix. lxv. p. 339. n. 100. p. 343. n. viii. c. 2.

L

Lepra. v. *Elephantiasis*.
Linguæ *Paralysis*. p. 320. n. xliv. v. *Paralysis*.

M

Macies. p. 312. n. xxix. p. 341. n. v. c. 2.
Malorum *ilias*. p. 324. n. liii. liv.
Memoria *læsa*. p. 326. n. lvii.
Moles *nimia*. p. 330. n. lxvii. p. 338. n. xcix.
Motus *abolitus*. p. 317. n. xxxvii. p. 318. n. xxxviii. p. 332. n. lxxvii. p. 335. n. lxxxv.

N

Nervorum *imbecillitas*. p. 321. n. xlviii. v. paralysis.

P.

Paralyſis *Univerſalis.* p. 301. n. 11. p. 303. n. iv. p. 309. n. xxv. p. 306. n. xvi. p. 308. n. xxi. p. 328. n. liii. p. 336. n. lxxxviii. p. 342. n. vi. c. 2. Crurum. p. 309. n. xxiv. xxvi. Scorbutica. p. 312. n. xxix. Subitanea. p. 317. n. xxxvii. Linguæ. p. 320. n. xliv. xlv. Sinistri lateris. p. 322. n. L. artuum inferiorum. p. 329. n. lxvi. a Rheumatiſmo. p. 330. n. lxviii. Communis. n. lxix. Colico-paralyſis. p. 325. n. lv. lvi. v. Hemiplegia.
Pedis Tumor. p. 319. n. xli.
Podagra. p. 328. n. lx. p. 321. n. xlviii. l. v. Arthritis.

R

Rheumatiſmus. p. 320. n. xliii. p. 321. n. xlvii. p. 323. n. lii. p. 335. n. lxxxvii. p. 336. n. xc. p. 338. n. xcv. Inveteratus. n. xcvi. xcix. p. 339. n. 100. p. 343. n. xi. c. 2.
Renum *morbi.* p. 310. n. xxvii.

S

Scorbutus. p. 305. n. xi. p. 312. n. xxix. p. 326. n. lviii. p. 338. n. xcv.
Sitis *ingens.* p. 314. n. xxxi.
Sterilitas. p. 322. n. L.
Stupores. p. 332. n. lxxvii.

T

Tabes. p. 324. n. liii.
Tinea *Capitis.* p. 315. n. xxxiv. p. 323. n. li.
Tremores. p. 311. n. xxviii. involuntarij. p. 336. n. lxxviii. Continui. p. 337. n. xcii.

V

Ventriculi *affectus.* p. 324. n. liii. 331. n. lxxiv.
Veſicæ *morbi.* p. 310. n. xxvii.
Ulcera *humida.* p. 316. n. xxxv. p. 335. n. lxxxiv. p. 319. n. xli.
Vrinæ *obſtructio.* p. 325. n. liv. Sabuloſa. lb. n. xxvi. fæculenta. p. 339. n. xcix.
Vteri *procidentia.* p. 304. n. ix.

NOTA, *hic & in Sequentibus*, C. 2. denotare *Centuriam* Secundam.

INDEX *Balneorum*, unde *Remedia* accepta.

REGIS.

P302. N. iii. p. 303. N. iv, v, vi. p. 305. N. xi. xiii. p. 306. N. xv. p. 307. N. xxx. p. 308. N. xxi. p. 309. N. xxiii. xxv, xxvi. p. 310. N. xxvii. p. 312. N. xxix. p. 313. N. xxx. xxii. p. 315. N. xxxiii, xxxiv. p 316. N. xxxvi. p 317. N. xxxvii, xxxviii. p 3. 19. N. xl. p 320. N. xliii. Epiſtomio Veteri in Balneo Regis. N. xliv. B. Regis. N. xlv. p 321. N. vlviii. p 322. N. xlix. p 324. N. liii. liv. p 325. N. liv, lv, lvi. p 326. N. lviii. p 327. N. lix. lxi. p 328. N. lxiii. lxiv. p 329. N. lxvi. p 330. N. lxviii. lxix. p 331. N. lxxii. lxxiii. lxxv. p 332. N. lxxvi. lxxvii. p 333. N. lxxviii. lxxix. p 334 N. lxxxi. lxxxii. lxxxiii. p 335. N. lxxxiv, lxxxv, lxxxvi, lxxxvii. p 336. N. lxxxviii. lxxxix. xc. p 337. xci, xcii, xciii. p 340. N. 1. C. 2. N. ii. C. 2. p 342. N. vi. C. 2. N. vii. C. 2. p 343. N. viii. C. 2. N. x. C. 2.

REGINÆ.

P303. N. iv. p 305. N. xi. xiii. p 309. N. xxiii. p 312. N. xxix. p 314. N. xxxii. p 315. N. xxxiii. p 316. N. xxxvi. p 317. N. xxxvii. p 321. N. xlvi. p. 332. N. xlix. p 327. N. lxi. p 328. N. lxii. lxiii. lxiv. p 329. N. lxvi. p 332. N. lxxvii. p 333. N. lxxviii. lxxix. p 334. N. lxxxi. lxxxiii. p. 335. N. lxxxiv. lxxxvi. lxxxvii. p 336. N. lxxxviii. lxxxix. xc. p 337. xci. xcii. xciii. p 339. N. C. p 340. N i. C. 2. N. ii. C 2. p 342. N. vi. C. 2. N. vii. C. 2. N. x. C. 2. Crucis

INDEX.

CRUCIS.

P 304. N. ix. p 306. N xiv. xvi. p 307. N. xvii. xviii. 308. N. xx. p 309. N. xxiv. p 312. N. xxix. p 314. N. xxxi. p 314. N. xxxii. p 315. N. xxxii. p 319. N. xl. xlii. p 321. N xlvii. p 325. N. liv. lv. lvi. p 326. N. lvii. p 327. N. lx. p 330. N. lxx. lxxi. p 338. N. xcv. xcvi xcvii. xcviii. xcix. p 339. N C. p 343 N. xi. C. 2.

LONGUM *dictum* CALIDUM.

P 308. Nxxi. i p 309. N. xxv. p 311. N. xxviii. p 313. N. xxx. p 315. N. xxxiii. p 319. N. xxxix. p 338. N. xciv. p 341. N. iii. C. 2. p. 341. N. iv. C 2.

LEPROSORUM.

P 315. N. xxxiv. p 319. N. xli. p 334. N. lxxxi. p. 341. N. iii. C. 2.

Balneorum *Omnium* uſus præter Leproſorum.

P. 330. N. i. p 313. N xxx. p 315. N. xxxiii.

Uſus *Luti* aut *Limi*.

P. 315. N. xxxiv. p 323. N. li. p 330. N. lxviii.

Spumæ uſus.

P. 302. N. iii.

Uſus Balneorum *Hyeme*.

P. 303. N. v. p 305. N. ii. p 323. N. lii. p 342. N. vi. C. 2.

Orlando Paine, Lepra fædâ *diù* miſerè afflictus, & a THOMA *Bathonienſi* & *Wellenſi* Epiſcopo Pio, *Hyeme* proximè elapſa, Thermarum uſui commendatus, Septimanarum xiv. ſpatio *omnino* convaluit. Reſcripſit *Gulielmus Clement*, Eccleſiæ Bathonienſis Rector, xviii *Feb.* 169½.

MEMORANDUM.

ANNO DOMINI. MDCXC.

THOMAS Epiſcopus *Bathonienſis* & *Wellenſis* GILBERTUS Epiſcopus *Briſtolienſis*, & *Joannes Mathew* Armiger; Illi Aquarum *Potatione*, Hic *Regis* & *Reginæ* Balneorum uſu, *Beneficium* obtinuerunt.

INDEX Nominum, *illorum*, puta qui *Capite* XV. de Thermarum effectis *Teſtimonium* Exhibuerunt.

A

Adams (*Gul.*) p. 307. N. 19.
Avuncula D. *Noel.* p. 304. N. 9.

B

Baber (*Ben.*) p 303. N. 6.
Bennet (*Mat.*) p 308. N. 22.
Binmore (*Joan.*) p 330. N. 68.
Bonamicus (*Pet.*) p. 312. N. 29.
Boniface (*Tho.*) p. 334. N. 83.
Bonny (*Tho.*) p. 333. N. 79.
Booth (*Eliz.*) p. 331. N. 71.
BRABAZON p. 303. N. 7.
Brooks (*Tho.*) p. 316. N. 27.

C

C. (*K.*) p. 314. N. 31.
Child (*Car.*) p 320. N. 43.
Clempſon (*Hen.*) p 341. N. 3. C. 2.
Coo (*Gul.*) p 306. N. 16.
Coſens (*Jo.*) p 317. N. 34.
Crumpe (D. *Ric.*) p 340. N. 1. C. 2.
Cuningham (D. *Alex.*) p. 308. N. 21.
Cutler (*Hen.*) p 336. N. 87.

D

Day (*Gul.*) p 327. N. 61.
D'EVREUX p 305. N. 13.
Dixie (*Gul.*) p 343. N. 11. C. 2.
Dyer (*Corn.*) p 328. N. 64.

E

EGLINTOUN De, p 313. N. 32.
Eliot (*Mar.*) p 316. N. 36.
Ellesbie (*Jac.*) p 341. N. 5.

F

Fiſher (*Marg.*) p 309. N. 24.
Forder (*Rob.*) p 309. N. 23.
Fowler (*Rad.*) p 333. N. 78.

G.

Garey (*Mar.*) p 316. N. 35.
Guidott (*Tho.*) p. 339. N. 100.

H

Hall (*Jac.*) p 311. N. 28.
Harvy (*Conſt.*) p 306. N. 14.
Harvy (*Jo*) p 305. N. 12.
Harington (*Rob.*) p. 331. N. 75.
Haſtings (*Jac.*) p 342. N. 6. C. 2.
Headach (*Gul.*) p 329. N. 66.

Heckington

INDEX.

Heckington (*Fran.*) p 341. N. 4. C. 2.
Higdon (*Hen.*) p 332. N. 77.
Holmes (D. *Rob.*) p 315. N. 33.
Howe (*Jac.*) p 313. N. 30.
Huddle (*Edv.* p 335. N. 84.

I

Jones (*Hen.*) p 335. N. 86.
Jordan (*Eliz.*) p. 321. N. 46.
Ivy (*Hugo*) p 330. N. 67.

K

Kelly (*Geo.*) p 321. N. 53.
King (*Gul.*) p 337. N. 92.

L

Lane (*Anna*) p 319. N. 40.
Laughton (*Fran.*) p. 319. N. 41.
Levermore (*Moſes*) p. 325. N. 55.
Littleton (*Fiſher*) p 332. N. 76.
Lloyd (D. *Humf.*) p. 300. N. 1.
Lowther (*Joan*) p. 322. N. 76.

M

Molinex (*Fran.*) p. 342. N. 7. C. 2.
Morgan (*Gul.* p 338. N. 94.

N

Nichlis (*Ol.*) p 321. N. 48.
Noble (*Domina*) p. 321. N. 72.
Noel (*Domina*) p 304. N. 8.

O

Operarii p 302. N. 3.
Owen (*Hen.*) p 325. N. 54.

P

Perkins (*Gul.*) p 320. N. 45.
Pleydall (*Joſ.*) p 338. N. 99.
Pine (*Domina*) p 303. N. 4.
Pomeroy (*Elias*) p 325. N. 26.
Porter (*Domina*) p. 305. N. 11.
Purlewent (*Gul.*) p. 302. N. 3.
Pyke (*Jo.*) p 319. 39.
P. I. p 327. N. 60.

R

Revet (*Jo.*) p 306. N. 15.
Robertſon (*Jo.*) p 309. N. 25
Roe (*Ric.*) p 301. N. 2.
Roſſington (*Dor.*) p 337. N. 91.

S

Sancto-Legerus (*Ric.*) p 309. N. 26.
Shepheard (*Edv*) p. 320. N. 44.
Sherſtone (*Arthur*) p 323. N. 52.
Sheyler (*Rob.*) p 343. N. 8. C. 2.
Smart (*Tho.*) p 337. N. 93.
Spencer (*Eliz.*) p 304. N. 10.
STAFFORD. p 303. N. 5.
S. (*Domina*) p 321. N. 47.

T

Tailer (*Tab.*) p 336. N. 89.

Taylor (*Randal*) Societatis Bibliopolarum Londinensium Bedellus, imbecillo Brachio laborans, lervamen, usu Balnei *Regis*, invenit, A. D. 1690.
Trevanion (*Nic.*) p. 327. N. 59.

V

Vernon (*Ric.*) p 340. N. 2. C. 2.

W

W. (*Joannes*) p 328. N. 62.
Walker (*Anna*) p. 335. N. 85.
Weston (*Em.*) p 325. N. 34.
Willoughby (*Car.*) p 328. N. 62.
Wogan (*Domina*) p 343. N. X. C. 2.
Wolrich (*Collins*) p 331. N. 74.
Worley (*Jo.*) p 326. N. 58.
Wyke (*Edv.*) p 334. N. 82.

Y

Yate (*Eliz.*) p 307. N. 18.
Young (*Ric.*) p. 338. N. 97.

INDEX Gentium.

Comitatus, & *Civitates* ANGLIÆ.

B

BATHONIÆ Civitas. p 303. N. xii. p 320. N. xliii xliv. p. 323. N. li. lii. p 342. N. vi. C. 2. p 343. N. viii. C. 2.
Bedfordiæ *Comitatus*. p 341. N. iii. C. 2.
Berkerienſis p 338. N. xciv.
Briſtolienſis Civitas, & *Comitatus*. p 322. N. xlix. p 340 N. 1. C. 2.
Buckinghamienſis. p 335. N. lxxxiv.
Banburienſis. V. *Oxoni-Banburienſis*.

C

Cantianus. p 327. N. lxi.
Ciceſtrenſis. p 338. N. xcix.
Cornubienſis. p 305. N. xl.
Cumbrienſis. p 309. N. xxv.

D

Devonienſis. p 303. N. iv. p. 318. N. xxxviii. p 325. N. lvi. p 333. N. lxxviii. p 338. N. xcvi. miles. N. xcviii.
Dorſetenſis. p. 329. N. lxviii.

E Eboracenſis.

E

Eboracenſis. p 341. N. lv. C. 2.
Eſſexiæ *Comitatus*. p 321. N. xlvi.
Exoniæ *Civitas*. p 330. N. lxvii. p 333. N. lxxviii.

G

Gloceſtrenſis. p 340. N. 11. C. 2.

H

Hantonienſis. p 309. N. xxiii. p 317. N. xxxvii. Hantoni-Sarnienſis. p 312. N. xxix. Hantoni-vectenſis. p 315. N. xxxiii.
Herefordienſis. p 331. N. lxxiii. p 335. N. lxxxv. lxxxvii.

I

Incerti Latis. p 315. N. xxxiv p 319. N. xlii. p 330. N. lxix. p 333. N. lxxx. p. 334. N. lxxxi. p 335. N. lxxxvi. p 339. N. xcix. p 343. N. ix. C. 2.

L

Civitas LONDON. p 306. N. xv. p 307. N. xvii. xviii. xix. p 308 N. xx. p 310. N. xxvii. p 313. N. xxx. p 314. N. xxxi. p 316. N. xxxvi. p 319. N. xlii. p 320. N. xlv. p 321. N. xlviii. p 324. N. liii. liv. p 326. N. lviii. p 327. N. lix. lx. p. 328. N. lxiii. p 330. N. lxx. p 331. N. lxxv. p 332. N. lxxvi. lxxvii. p 333. N. lxxix. lxxx. p 334. N. lxxxiii. p p 338. N. xcv. p 334. N. x. C. 2.
Leiceſtrenſis. p 343. N. xi. C. 2.

M

Middleſexiæ *Comitatus*. p 337. N. xci. V. *Londinenſis*.

N

Northamptonienſis. p 306. N. xvi.
Nottinghamenſis. p 319. N. xli.
Neviſenſis (ſub ditione *Anglorum*) p 325. N. lv.

O

Oxonienſis. p 328. N. lxii. Oxoni-Banburienſis. p 319 N. xl.

R

Roffenſis *Civitas* p 326. N. lvii.

S

Salopienſis p 315. N. xxxiv. p 331. N. lxxiv.
Somerſetenſis. p 306. N. xiv. p 330. N. lxvii.

* * * Southwark

Southwark *Burgus*. Ex Hospitio D. *Thomæ* p. 336. N. lxxxix.

V

Vectenſis *Inſula*. p 315. N. xxxiii.

W

Wallia. V. Cambro-Britanni.
Warwicenſis. p 301. N. ii. p 336. N. xc. p 342. N. vii. C. 2.
Wellenſis *Civitas*. p. 322. N. L.
Weſtmonaſterienſis. p 334. N. lxxxii.
Wiltonienſis. p 323. N. lii. p 328. N. lxiv. p 337. N. xcii. xciii.
Windeſorienſis. p 338. N. xciv.

His Succedunt

Cambro-Britanni.

P. 300. N. 1. p. 302. N. iii. p. 328. N. xciv.

Scoti.

P. 308. N. xxi. p. 314. N. xxxii. p. 316. N. xxxv.

Hiberni.

P. 303. N. vii. p. 309. N. xxiv. xxvi. p. 311. N. xxviii. p. 328. N. lxii.

INDEX *Effectorum* Aquarum *Potatarum*.

Balneum REGIS.

IN *Renum*, & *Veſicæ* morbis. p 310. N. xxvi.
Flatu Hypochondriaco. p 313. N. xxx.
Linguæ paralyſi. p 320. N. xliv. xlv.
Nervorum imbecillitate, p 321. N. xlviii.
Flatibus *Ventriculi*., & Torminibus *inteſtinorum* p 324. N. liii. p 325. N. liv.
Scorbuto p 326. N. lviii.
Faciei *Puſtulis*, & rubedine p 327. N. lx.
Hæmoptoe, aqua *potæ* frigida p 329. N. lxv.
Mole nimia p 330. N. lxvii.
Paralyſi, & Hydrope p 330. N. lxviii.
Ventriculi, & Inteſtinorum *affectibus* p 331. N. lxxiv.
Colica p 332. N. lxxvi.
Flatu Hypochondriaco, & *Colica*. p 334 N. lxxxii.
Torminibus inteſtinorum p 337. N. xciii.

Hepatis

INDEX.

Hepatis *Obſtructionibus*, & Ictero p 338. N. xcviii.
Elephantiaſi p 340. N. ii. C. 2.
Ventriculi, & *Inteſtinorum* imbecillitate, inappetentia, & *Corporis* macie p 341. N. v. C. 2.

REGINÆ.

Per *Lotii* meatus tranſit *liberè* p 304. N. X.

CRUCIS.

In Flatu Hypochondriaco p 313. N. xxx.
Siti moleſta p 314. N. xxxi.
Flatibus, & *Torminibus* Inteſtinorum p 324. N. liv.
Fluore alborum p 330. N. lxx.

CALIDUM.

Alvum *Movet* p 304. N. viii.
In Flatu Hypochondriaco p 313. N. xxx.
Flatibus *Ventriculi*, & Torminibus *Inteſtinorum*, p 324. N. liii. liv.

INDEX Aquarum Mineralium *Angliæ* in hoc *Tractatu* memoratarum.

ACtonenſis, p 63. 277. S.
Alfordenſis, p 146. S.
Aſtropenſis p 277. 377. F.
Barnetenſis p 412. S.
Bathonienſis ubique, *Calida*. S. F.
De Box, p 154. S.
Briſtolienſis, *Tepid.* p 371. SF.
Buxtonenſis, *Tepid.* p 395. S F.
Caſtellariana. v. Alfordenſis.
Chigwellenſis p 412. S.
Cobhamenſis, p 412. S.
Cornubienſis, p 152. S.
Cumnerenſis p 412. S.
Dulvicenſis, p 277. S.
Ebſhamenſis, p 64. 271. S.
Hoxtenenſis, p 277. B.
Iſlingtonenſis, p 277. 375. 376. F.
Knaresburgenſis, p 240. S.
Montis Sagittariorum, p. 412. S.
Newnhamenſis, p. 170. & alibi. S.
Northallenſis, p 277. S.

Paulſholtenſis, p 405. F.
Qualmenſis p 412. S.
Ranalis plateæ p 152. A.
Scarburgenſis p 111. S.
Sendenſis, p 154. 376. F.
Shockervicenſis, p 153 A.
Strethamenſis, p 277. S.
Sunninghillenſis, p 412. F.
Swayenſis, p 412. F.
Tunbrigenſis, p 277. 376. F.
Wellingburgenſis, p 412. S.

Quibus *addi* Poteſt

Wexfordienſis, in Regno Hiberniæ, p 206. 289.

Hæ *Omnes* aquæ medicatæ, (A) *Acidæ* tantum, (B) *Balſamicæ*, (F) *Ferratæ*, (S) *Salſæ*, aut (SF) *Salſæ* & *Ferratæ*, ſive *mixtæ*, exiſtunt; Utrum *Alumen*, aut *Vitriolum* Naturale, in nonnullis contineatur, *alii* diſquirant: hoc tantum Noto, Medicatas aquas *Aluminoſas*, aut pure *Vitriolatas*, apud *Anglos* pauciores quùm ſint, *variores* occurrere; quæ verò cum gallis, aut *adſtringentibus* aliis, purpurafcunt, in ſe *Ferrum*, & conſequenter *Martis Vitriolum*, ſine alterius *Nativi* Vitrioli, aut *Aluminis*, indiciis manifeſtis, continere obſervantur.

Index

INDEX *Benefactorum* ad Balneorum *Annulos.*

Benefactores ad annulos *Æneos* in Balneo REGALI.

Thomas Wyndham de *Witham* in Comitatu Somerſet Armiger, dedit *Sex* Annulos circa *Crucem* A. D. 1664.

Rogerus Kempe Londinenſis Civis & Pellarius, dedit Annulum *unum* circa *Crucem* A. D. 1667.

E.F. Dedit Annulum *unum* antiquiſſimum, ſine Anno.

Columnis duabus in Balneo, *Occidentem* verſus & *Orientem* affiguntur Annuli *duo*, utrinque Unus, cum hac Inſcriptione.

In gratum Teſtimonium Divinæ Bonitatis poſuit

B. Carew.

Ad ingreſſum è *Regio* in *Reginæ* Balneum, propter *Hemiplegiam* iſthoc loci Sanatam, Annulum *majorem* præ cæteris conſpicuum, poſuit *Joannes Revet*, Ærarius Regius, cujus *Inſcriptio* occurrit Capite XV. Poſuit A. D. 1674.

Vir Doctiſſimus, & *Amicus* Singularis, Dominus *Georgius Norton* de *Abbots-Leigh*, in Comitatu Somerſet, *Baronettus*, dedit Annulum *unum* 26 July 1689.

Domina *Stratton* Londinenſis dedit Annulum *unum* A. D. 1689.

D. Duo *Annuli* ſine Inſcriptione.
T. E. dederunt Annulum *unum*.

Annuli *Omnes* Regalis *Balnei*. CIV.

****

Bene-

INDEX.

Benefactores ad Annulos *Æneos* in Balneo *Reginæ*.

Ricardus Pember dedit Annulum *unum*, ſine anno.

Elizabetha Cotton de *Plimmouth* in agro Devonienſi dedit Annulum *unum* A. D. 1683.

Annuli *Omnes* in Balneo *Reginæ* xxvi.

In Reginæ Balnei *Conclavi*, *ferreus* Unus. Omnes V.

Benefactores ad Annulos *Æneos* in Balneo *Crucis*.

Lydia White, Filia *Gulielmi White* Civis & Pannicularii *Londinenſis*, dedit annulum *unum* A. D. 1612.

Domina *Elizabetha Poulet*, D. *Joannis Poulet* de *Wincheſter* Equitis Aurati Uxor, dedit annulos IV. A. D. 1631.

P. K. dedit Annulum *unum* A. D. 1635.

I H. G. dedit Annulum *unum* A. D. 1635.

T. D. dederunt Annulos IV. A. D. 1639.

Anonymus 1639. dedit annulos IV.

T. C. dedit Annulos IV. 1639.

Samuel Carrington dedit Annulum *unum* 1661. addita hac Sententia, *Vivit poſt funera Virtus.*

Humfredus Wykham de *Swalclift* in Comitatu *Oxon* Armiger, dedit Annulum *unum* A. D. 1673.

Maria Uxor *Joannis Rous* de *Tachbrook* in Comitatu *Warwick* Armigeri, dedit Annulum *unum* A. D. 1673.

ANNA GREVIL Filia natu *maxima* Honoratiſſimi ROBERTI *nuper* Baronis BROOKE, Comitiſſa de KINGSTON, dedit *Filia*, animo ejuſque indice, *Patris* Simillima, Annulum *unum*, Julii XXXI. A. D. 1674.

BARBARA Duciſſa de CLEVELAND dedit annulos *duos* A. D. 1674.

RENEE LOUISE de KROVALLE Duciſſa de *Portsmouth* dedit Annulos *duos* A. D. 1674.

Domina ESSEXIA GRIFFIN dedit Annulum *unum* A. D. 1674.

Dominus

INDEX.

Dominus *Guilelmus VVhitmore* Baronettus, & D. *Thomas VVhitmore* Balnei Miles, *Fratres*, dederunt (*uterque*) annulos *duos* A. D. 1679.

Annulus *unus* ſine anno, *aut* Nomine.

Illuſtriſſima Domina MARIA FAIRFAX, Ducisſa BUCKINGHAMIÆ, dedit Annulos *duos* circa *Crucem* Marmoream A. D. MDCXC.

Annuli *Omnes* Balnei *Crucis* XL.

Benefactores ad Annulos *Æneos* in Balneo *Longo*.

Dominus *Thomas Delves* de *Doddington* in Comitatu *Ceſtriæ* Miles & Baronettus, dono dedit Annulos *duos* A. D. 1681.

Honorabilis *Robertus Holmes* Eques Auratus, & *Vectenſis* Inſulæ Gubernator, dedit annulos *Tres* A. D. 1683.

Gualterus Gibbes Civitatis BATHON Aldermanus, & hoc anno 1689 *Prætor*, dedit annulum *unum* A. D. 1683.

Robertus Peirce M.D. dedit annulum *unum* A.D. 1683.

Carolus Bave Generoſus, Cl. Viri *Samuelis Bave* M. D. Filius, dedit annulum *unum* A. D. 1683.

Thomas Smith Bathonienſis dedit annulum *unum* 1683.

Robertus Mathews Bathonienſis dedit annulum *unum* A. D. 1683.

Robertus Chapman Aldermanus Bathonienſis, dedit annulum *unum* A. D. 1684.

Robertus Long de *Stanton* in Comitatu *Somerſet* Armiger, dedit annulos duos A, D. 1685.

Honorabilis *Thomas Coventry* de *Smitfield* in Comitatu *VVarwick* Armiger, dedit annulos *duos* A D. 1686.

Annuli *Omnes* Longi Balnei. XXXIII.

Balneorum *Omnium* Annuli CCVIII.

Deſiderantur in Balneo *Regio* XLIX. *Reginæ*. X.

Crucis V. *Longo* X. *Omnes* LXXIV.

Capitum *Summaria*, & *Notæ* margini adſcriptæ *Rerum Indicis* locum abundè Supplebunt.

Sphalmata Typographica *graviora*, ita Corrigenda. Prior numerus *Paginam*, posterior *Lineam* designat.

In *Tractatu.*

P. 3. l. ult. *tèr.* 5. 15. *rigo.* 33. *quo.* 27. 7. *tur.* 39. 15. *planius ap.* 51. 21. *at, habeo Compertum.* f. 84. l. ult. *quod me tenuit Sol-* 135. 5. *Extraneis* (pro Exoticis,) 161. 10. *prec.* 177. 10. *ubi.* 203. 1. *bos. dos.* 205. 26. *nom.* 208. 4. *ad memb.* 221. 4. MCC. 246. 18. *Comes.* 281. 19. *licet non. ex.* 293. 31. *quod A.* 297. 15. *Creatos.* 304. 4. *mes.* 342. 18. *tus.* 65. 350. 6. *Vaporem Thermarum.* f. 357. 7. *pullum.* 359. 3. *mis.* 360. 27. *rosin.* 364. 6. *accidere posse.* 366. 8. *ut humores, qui* 371. CAP. XVII. l. 8. *Hypoch.* 388. 18. *ruit.* 396. 12. *aptissime.* 401. 12. *quam pr.* 403. 23. *lunt.* 26. *runt.* 412. 9. *Barnetensis* in *Midlesexia*, &. OBSERV. CENT. p. 2. l. 4. 5. *dr.* p. 27. 7. *bus.* lin. ult. *prec.* Præf. p. 1. l. 22. *pen.* 4. 16. *quon.* 29. *Sec.* 14. 17. *da non sunt, q-*

NOtandum fumum memoratum p. 373. l. 27. observatum fuisse circa Viæ Regiæ a *Bristolio* ad *Wellensem* Civitatem ducentis medium, ab occidentali parte montis dicti *Dundry Hill*, in Fossa ad viæ Sinistram. Nebulosus fumus circiter *sex* pedes spatii occupare videbatur.

JO. AUBREY.

FINIS.